

HISTORIÆ SS.

ANGELORVM EPITOME

Authore R. P. BONIFACIO CONSTANTINO, *è Societate Iesu Theologo*,




LVGDVNI

Sumptibus PH. BORDE, L. ARNAVD, & CL. RIGAVD

M. DC. LII.

Cum Permissu Superiorum.







ILL.^MO ET REVER.^MO

DD. PETRO DE VILLARS,

ARCHIEPISCOPO ET Comiti Viennensi, Galliarum Primatum Primati maximo, in Viennensi, septemque aliis Prouinciis Vicario S. Pontificis, & in Consistorio Regis Consiliario.

Ioannes Columbi Societ. Iesu.



QVem Bonifacij Constantini non ita pridem vita functi librum vides, PRIMATVM MAXIME, recitat Angelorum Historias. Cur eum ego præ ceteris nostræ Societatis hominibus, ad

te præ ceteris Galliarum noſtrarum Proceribus deferam, accipe. Etiam vos Chriſtianarum rerum antiſtites, Angeli eſtis, poſteriores quidem aliis origine, ſed dignitate, gloria, paternæ de cœlo hæreditatis parte non inferiores; hoc quoque maiores, quod Ioannes Apoſtolus accepit à Deo, vt palàm faceret nobis, vos eſſe Eccleſiarum Angelos, ſtellis in Chriſti dextera fixis pares, cum Paulus doceat illos cœlorum Angelos ſuppares flammæ ignis mitti in miniſterium ſalutis veſtrorum gregum. Angelorum igitur qui ſunt Annales, veſtri etiam ſint neceſſe eſt, & domeſtica fratrum, vt ita loquar, veſtrorum geſta referunt: atque ſi ad alium quàm è vobis vnum quis illos deferat, omnes eum meritò damnabitis rei veſtræ interuerſæ, & ad alienum furto tranſlatæ dominium. Iam qui vos omnes contingit, tibi potiſſimum debebatur hic liber. Scilicet in illo Viennæ ciuitatis tuæ

Colle

Collegio ſuus autor eum ſcripſit; quod tuum, tuæque gentis Archiepiſcoporum eſſe non immeritò dixerim, vt pote quod Petrus de Villars propatruus Cleri Gallicani, Sorbonæ, ac Viennenſium quondam ingens nobilitate; ſcientia, virtute decus, erigi à ciuibus vehementer contendit; quod Hieronymus patruus erectum perpetuo ac munifico auxit amore; quod tu tantorum Antiſtitum veluti hæres non minore tueris foueſque bonitate. Conſtantinus ergo ſi viueret, ipſe ſcriptum à ſe volumen tibi ſuo munus Pontifici nunc offerret. Vt opus perfecit, vt mortuus eſt, Angelis virum ad ſe vocantibus, ſuaque per agmina in præcipuam laboris mercedem inferentibus. Præ cæteris autem Collegij Viennenſis hominibus ego illud ad te defero, tum ob amorem, quem à puero mecum in Societatis noſtræ tirocinio initum, ſanctè ſeruauit, per annos ſupra qua-

draginta

draginta ; tum, & verò maximè, quòd nescio quæ fata fecerunt, vt relicto qui magnis laboribus erat affectus, tertio eoque vltimo perpetuorum in Testamentum vetus ad literam commentariorum tomo, statim ab ipsius morte, Lugduno Viennam Collegij noster Prorector ad sex menses futurus descenderim, & quod antiquæ amicitiæ volens alioqui concessissem, vera cum æquitate debuerim præstare vota demortui. Neque tu, ARCHIEPISCOPORVM OPTME, non bona manu volumen alienum à me accipies, cui omnia mea pro omni beneuolentiæ genere, quo cœterà antè ignotum prosequeris, certè debeo.

PIO

PIO LECTORI

Ioannes Columbi Societ. Iesu.

ANTE ad legendum hoc de præclaris Angelorum facinoribus opus quàm accedas, Pie Lector, amabis pro humani generis more puto scire quis, & qualis fuerit Bonifacius Constantinus, eius autor. Paucis accipe.

Bonifacius Constantinus, natione Sabaudus, Magnio materna hæreditatis ad Geneuam castro, nobilibus parentibus natus est, Societatem Iesu iniit anno supra millesimum sexcentesimum nono, & in ea quatuor vota professus vicesimo septimo. Vir magnæ pietatis, modestiæ, charitatis, obedientiæ annos in ea duxit omnino duos supra quadraginta, carus omnibus. Cum laude docuit Grammaticam, humaniores literas, Rethoricam, & demum Viennæ ac Lugduni Philosophiam. Hanc feliciter emensus totum animum adiunxit ad conciones, è superiore loco habendas, & cùm iam ætas in senectutem deflecteret ad scribendos etiam libros. Et illas quidem per reliquam ætatem habuit annuatim ad non infrequentem populum, hos autem amauit de rebus maximè ad spiri-

tum

tum pertinentibus scribere. Et sequentes quidem, cùm viueret, in lucem edidit sermone Gallicano.

De vita Claudij de Granyer Episcopi Genuensis libros 4.

Triplicem SS. Sacramenti coronam.

Experimenta piorum in S. Eucharistiam affectuum.

Ideam sanctæ mortis.

Vt has latinas Angelorum historias prælo paratas ederet, mors non est passa. Effectos reliquit vulgari sermone libros, qui sequuntur,

Easdem Angelorum historias.

Media ad obtinendam à Deo bene moriendi gratiam.


Officia hominis Christiani erga Christum cruci affixum.

Grande & spissum volumen, in quo nouus mundus in vetere corporeo aperitur, scilicet B. Virgo, Christus, anima hominis sancti, diuinitas, cuius programmata in vetere corporeo Deus duxit.

Hexaëmeron quadruplex.

Die Sanctis omnibus sacro, cum magnus sui contemptor curare post concionem corpus è dicendi labore calidum, sudoreque fluẽs neglexisset, incidit in pleuritidem, ex qua maximo cum pietatis sensu mortuus est, anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, die octaua Nouembris, natus annos sexaginta duos

PRÆFA



PRÆFATIO.

OPERÆ pretium facturus fortaſſe nemini videbor, ſi pro eo ac potero diligenter atque fideliter in pauca contraxero, quæ de primi, & potentiſſimi populorum omnium, hoc eſt Angelorum hiſtoria, rebuſque geſtis lumen animis noſtris inſitum deprehendit; ſacræ literæ prodiderunt; Sancti Patres, Interpretes ſacri, Theologi ſapienter coniecerunt, atque Eccleſiæ Annales memoriæ conſignarunt poſterorum. Sentio enim vix vnum, aut alterum otioſos etiam oculos in hanc ſcriptionẽ coniecturos ſi proferretur in lucem eoſdemque ſtatim abalienatũ iri vel ipſa ſtyli ruditate, vel orationis ieiunitate, ſi quãdo ſermo de rebus

Philoſophicis, aut Theologicis inciderit: vel denique rerum ab Angelis geſtarum ſimilitudine, & minutiis. Sed conſilium meum eſt Deo cum primis intuſque canere: id eſt rerum harumce ſublimium commentatione mentem, & animum excitare: Mihique Dei gratiam, nec non felicium Angelorum beneuolentiam conciliare hoc in eos obſequio.

Quamquam (vt hæc quæ obiici poſſunt diluere breuiter incipiam) minutum nihil exiſtimari debet, quod à tantis Principibus, diuino nutu, ad æternam hominum ſalutem geſtum eſt. Deinde non video rerum tractationes ſublimium hiſtoriæ poſſe prudenter inſeri: quas ne perſtringere quidem niſi breuibus debeas; ſi quando ſunt attingendæ neceſſariò. Delicati autem, & probroſi eſt faſtidij in hiſtoria profana legere cum voluptate, & plauſu pleraque quæ à diuerſis ducibus adhibita ſunt ſtratagemata om-

nino eadem; Vel pronunciata vt lo-
quuntuur oracula; aut præclare ge-
ſta in bellis prorſus gemina. Ea ve-
rò faſtidire, quæ cœlitum proceres
omni maiores humano faſtigio, in
hominum gratiam iterarunt: & vt
ſingulis pene momentis renouent ne-
mo eſt quin vehementer cupiat De
ſtylo enim nihil dicam, tametſi for-
taſſis non vſque adeo rudi: cum eius
elegantiam conſectari in rebus ſacris
tam iure damnarit Arnobius, cæteri-
que ſcriptores ſacri, quam prudenter
dixit Tullius de virtutibus præcipere
ornatè velle puerile eſſe. Sed facilè
patiar hoc opuſculum damnari tene-
bris dummodo gratum, & memo-
rem beneficiorum à Deo Sanctorum
Spirituum opera iampridem acce-
ptorum animum hoc qualicun-
que obſequio, & labore ipſis appro-
bem: merearque ſuauiſſimam illo-
rum lucem qui ſecundi ſplendores
audiunt, hac commentatione vt

cumque aſpicere.

Itaque quod à me Gallico ſermone de hac Epitome hiſtoriæ Angelorum aliàs ſcriptum, venit inneſcio cuius manus, qui id ſibi retinuit. Vna dempta Chronologia, quam ab opere reliquo auulſeram ? primum aggredior in anguſtum refercire, & coarctare ſicut à Sancto Anaſtaſio Synaita lego factum in Orthodoxæ fidei dogmatis, poſteaquam fuſioris ea de re tractationis iacturam temporum iniuria feciſſet. Atque hæc erit Prima Pars hiſtoriæ Angelorum. Quis enim de eorum natura, atque facultatibus breuem, & explicatam narrationem, hiſtoriam inſcribi poſſe neget, quin à Plinio naturalis hiſtoriæ ſcriptoris nomen abiudicet. Tum de eorumdem natalibus, & rebus geſtis cum Deo, & inter eos ante & poſt adeptam felicitatem diſſeram paucis. Poſt non omnia quidem quæ ab homine condito in eius præcipuè

commo

commodum effecere, sed multa tamen, & illustria suis distincta temporum quibus contigerunt notis, ordine indicabo. Denique nonnulla paucis colligam ex hac Epitome quæ videbuntur ad beatarum quidem mentium laudem: sed maxime ad Dei Christi, Virginis Matris gloriam nostrumque in Virtutis studio profectum pertinere. Memini quippe Vniuersorum opificem Deum se, Christum suum, Virginemque Matrem in suis operibus agnosci, & laudare velle: quodque ipse etiam obseruauit Plato sparsas in vniuerso dotes, totidem esse sanctè viuendi scriptas hominibus à Deo leges.

Huius porro scriptionis autorem si quæris, ne mirare quod latere voluit non post tabulam vt Apelles, ad captandam vel ex laudationibus delectationem, vel ex censuris disciplinam: sed suæ tenuitatis conscium in puluere: non ignarum præterea hu-


ius argumenti ſcriptioni quadrare op-timè quod de hiſtoria mundi conditi à Deo, & eorum quæ Geneſis libro narrantur annotauit. S. Anaſtaſius Synaita Angelorum opera innotuiſſe, ideoque Moſem in illo opere ſuum nomen inſcribere noluiſſe.

Appro

Approbatio R. P. Prouincialis in Prouincia Lugdunensi.

EGo infra scriptus Prouincialis Societatis Iesu in Prouincia Lugdunensi, iuxta Priuilegium eidem Societati à Regibus Christianissimis concessum quo Bibliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque Superiorum permissione imprimant, permitto PH. BORDE, L. ARNAVD, & CL. RIGAVD, vt Librum cui inscriptio est Historia Angelorum, Authore BONIFACIO CONSTANTINO eiusdem Societatis Sacerdote ad sex proximos annos imprimere ac libere diuendere possint. Datum Lugduni die 6. mensis Iunij 1651.

IONNES GAYETVS.



SERIES
CAPITVM PRIORIS Partis.

Immor

SERIES
CAPITVM PARTIS *Secundæ.*

Præcipites

SERIES
CAPITVM PARTIS Tertiæ.

SERIES

SERIES
CAPITVM PARTIS Quartæ.

Seoulum

SERIES



HISTORIÆ SS. ANGELORVM EPITOME.

Pars Prima.

PRÆLOQVIVM.

Angelicæ Naturæ præstantia & proprietates.

PRINCIPIO igitur vt quod rei cuiuſpiam ſcientiæ cupidum præcognoſcere oportet An, quid, & propter quid ſit ea res quâ de agendum eſt, huic Angelorum hiſtoriæ præmittam; ea breuitate, quæ decet Epitomen; & perſpecuitate quæ hiſtoriæ conſentanea eſt: ad ea tria digitum intendo, concertationum plenis, prolixis, ſubtilibus, ac ſpinoſis diſputationi-

bus vix perstrictis, quas Theologi, & Philosophi suo sibi iure vindicant. Nam hæc pauca quæ me legere memini in aliquot sanctorum patrum, aliorumque scriptorum monumentis satis superque erunt instituto.

Capvt. I.

Sunt Angeli.

PRimùm quidem esse Naturas creatis ab hominum animis distinctas, & iis superiores, præpotentis Dei administras quibus Angelorum est impositum nomen ab eo quod diuinorum interpretes, & nunciæ soleant esse, suadet ratio naturalis multiplex, & persuadent oracula diuina magno numero sacris vtriusque Testamenti paginis consignata.

Hæc adeo clara sunt, & tanto consensu in huius veritatis confirmationem ab omnibus orthodoxis accepta Patribus, vt impietatis, & amentiæ conuincatur; qui fidem illis abrogare non dubitauerit. Etsi enim nullam de Angelis mentionem fecerit Moses, cum de Vniuersi quod sub sensus cadit, ortu scribebat: fecit tamen alibi sæpissimè; siue cùm clarè dixit prohibitum Abrahamum ab Angelo ne sacrificium Isaaci perficeret cæde: siue cum Iacobum meminit benè precatum nepotibus suis Ephraïmo & Manasse vti propitium haberent eum Angelum, cuius benefactis se cumulatum gratulabatur. Adde distinctè ab eodem Mose scriptum præiuisse castris Israelitarum Angelum interdiu quidem

quidem columna ex nube; noctu autem ex igne conformata tectum: & minatum Deum non se vltra præcipuam eidem populo beneuolentiam præstaturum; sed Angelum daturum Vicarium. Quid enim memorem Angelos Iosue, Gedeoni, Dauidi, Tobiæ, Danieli, Isaiæ, Zachariæ, Machabeis, aliisque visos vt habent sacræ veteris testamenti paginæ? Ea autem vt nullam de Angelis facerent mentionem; certissima tamen constaret fides ex oraculis à Christo Domino, vel eius occasione à spiritu Sancto clarissimè editis. Nunciat Archangelus Gabriel Elisabethæ, & Virginis mirabiles conceptus, & partus: Celebrant Angeli natalem lucis æternæ noctem: indicit Angelus sancto Iosepho fugam in Ægyptum: & reditum in Palæstinam: Adest Angelus oranti in horto Gethsemani Christo: eundem excitatum à morte nunciant Angeli: coelis iterum venturum prædicunt: eos tutelares datos hominibus à Deo Dauid primo cecinit, Christus Dominus clarè deinde docuit. S.Thom Ricard.à S.Vict.

Quid plura? infinitum enim esset omnia percensere, quæ Deus ad huius veritatis testificationem fundere dignatus est oracula: quibus omnis de tanta re dubitatio tolleretur: Rationibusque è natura petitis firmitas, & lumen accederet. Hinc enim clarius intelligimus quàm bene concludatur Energumenos qui pleráque abstrusa penitus ab hominum sensu enunciant, & quidem linguis quas ipsi non intelligunt, ne dum callent, & aliqua supra vires humanas moliuntur, agi à naturis de quibus sermonem hîc instituimus. Indidem firmius stabilitur ea ratiocinatio, qua viros doctissimos hanc ipsam confirmasse doctrinam video: defuturum scilicet aliquid huius vniuersi perfectioni nisi Guil pa-ris.

vt habet naturas ſolo corpore conſtantes; & alias ex animo, & corpore coagmentatas : ita contineret in ſe mentes ex intelligentia ſictas, vt ita dicam; & ab omni contagione corporum ſecretas, & liberas.

CAPVT. II.

Angeli ſunt ſpiritus expertes materiæ.

SEdenim quam liquide conſtat eſſe res creatas vita fruentes, & homine præſtantiores : tam variæ ſunt, atque inter ſe diſſidentes doctorum virorum de illarum mentium natura, proprietatibus qualitatibus opiniones, è quibus eas indico potius quam explico, quæ mihi probabiliores, ac prope veræ viſæ ſunt.

Prima diſſenſio eſt de Angelorum Natura : ſitne Compoſita duabus ex partibus : qualis eſt humana ex Animo,& Corpore. An ſimplex vniuſmodi, eaque ab omni ſecreta materiæ : nam illos animo ſaltem non minus quam homines, Dei munere auctos, ex iis ſatis intelligitur rebus, quas gerere dicuntur.

Conſtare illos ex animo, & corpore tametſi vt ſcripſit Rupertus, longe ſubtiliori quam ſit humanum aſſeruerunt Origenes, Tertullianus, & alij; quibus non exiſtimauit Sanctus Auguſtinus ſumma contentione repugnandum. Vſque eo non liquet quid ratione naturali, quid ex ſacris litteris, quid ex Eccleſiæ authoritate certo concludi poſſit de

de Angelorum essentia. (quid enim hanc vocem quasi parum Latinam reformidem, quam Seneca non dubitauit autore inquit Tullio vsurpare?)

Quamquam autem vni Deo perspectum, & exploratum esse scribat S. Ioannes Damascenus quid hac de re firmissime asseuerandum sit: Censeo tamen ab iis standum & priscis Philosophis iam inde ab Aristotelis, & Homeri ætate, atque Sanctis Patribus, nec non Theologis qui fere omnes hoc præsertim tempore, simplices, esse, omnisque expertes materiæ docuerunt; ne vt supra dicebam hæc vniuerso species deesset, atque pulchritudo. Adde quòd cùm nulla sit probabilis ratio dignitatem hanc ab Angelis abiudicandi; consentaneum est nostræ erga beatos hominum Tutelares, & Patronos pietati gloriosas illas *Spirituum, & naturarum spiritualium* appellationes quibus à sacris litteris, & duobus Generalibus Conciliis ornantur, accipere vt verba sonant: Nec pati quicquam illis decedere existimationis apud mortales; qui ad nostram salutem; & ad gratiam nobis augendam apud Deum continenter incumbunt.

CAPVT. III.

Angeli sunt intelligentiæ participes.

VTcunque porro se res habeat quia constat illos esse spiritus, aut puros & ab omni materiæ concretione segregatos aut illi quauis ratione coniunctos, inde effici docet Sanctus Thomas, & alij

plerique, Intelligentiæ participes esse. euid quod Guillielmus Parisiensis indiuiduam & simplicem Angelorum naturam interpretatur eorum Intelligentiæ amplitudinem, & capacitatem. Et verò cùm experientia liqueat Visum verbi causa, & Auditum eò cæteris sensibus præcellere, suorum obiectorum cognitione quo minus in materiam sunt immersi; quæ quia grauis est, & iners adeo nihil iuuat efficientiam, vt illi plurimum officiat: consequenens est quod Sanctus Dionysius, omni asseueratione confirmat hoc magis Intellligentia præstare Angelos, quod nihil, aut minimum habeant cum Materia, & corpore commercij: atque adeò longè verissimum esse de illis Trismegisti de hominis animo pronunciatum *Esse semper, & vbique omnia*: quatenus videlicet earum rerum in quas intentam mentis habent aciem perfectas in se formas, & similitudines efficiunt; quibus affecta vis intelligendi, non aliter ab iis denominatur, ac manus ab inhærente sibi calore calida dicitur, hoc enim est, quò spectabat Sanctus Augustinus cum scripsit vnumquemque fieri non illud solum ad quod amore fertur, verum etiam illud quod ad se rapit intelligentia: Qua in re nimium quantum præcellunt hominibus Angeli.

Etenim cùm ea quorum proprias imagines, & species ab obiectis aut aliunde impressas in animo non habemus, sic intelligere soleamus vt ea fingamus ex natura nostra: quæ causa fuit Xenocrati philosopho dicendi, quod refert Clemens Alexandrinus Leones si quam Dei speciem possent effingere Leoninæ simillimam efficturos: ex eo sequitur quæ ab Angelis ingenita virtute cognoscuntur, nobiliori existere modo in eorum intelligentia, quàm

in

in hominum mente: proindeque nobiliores ab illis, quam à nobis haberi rerum notitias. Liberi quippe ab omni concretione corporea puri spiritus ita rerum quas perspiciunt imagines in mente describunt à similitudine cum materia secretas; vt naturas inferiores, & materiæ immistas exprimant effigie quæ præstat exemplari; æquales autem æquali, superiores non adeo dispari similitudine repræsentent. Hominum autem animus quamdiu corpori immersus agit suæ tantum Naturæ viribus cum Deum, & puros spiritus sibi cognitione depingit, semper illis materiæ quiddam affingit: adeo crassas & obscuras rerum intelligentias mente concipit.

Quantauis autem sit vis intelligendi creatis animis ea reapse distinguitur à cognitione: neque enim natura condita Intelligentiæ particeps est sua intelligentia, & notitia: neque necessario mentem habent Angeli defixam in eas res, quas percipiunt: multoque minus omnium rerum, & nunquam interruptam cognitionem capiunt suam naturam intuentes. Hæc enim omnia vni Deo conueniunt: in quo vtpote simplicissimo, & infinite perfecto idem est Esse, & intelligere quicquid mente percipi potest: à cuius naturæ infinite perfectæ oceano vt loquuntur Sancti Patres, res cæteræ sunt possibiles: causam autem exemplarem in eiusdem intelligentia efficientem habent in voluntate: vnde consequitur in se ipso Deum omnia, & semper intueri; qui se ipsum semper, & sine vlla intermissione scientia comprehendit infinita.

CAPVT. IV.

Quomodo Angeli res percipiant & quas.

HInc porro exiſtit quæſtio ſane perobſcura quanam ratione puri ſpiritus quales Angelos eſſe ſtatuimus ad res præſertim corporeas percipiendas excitentur: quæ cùm ex ſe non profundant niſi ſimiles ſui ſpecies quæ ad ſenſus externos ab obiectis ſuis affluunt, non videntur ſpirituum Intelligentiæ poſſe quantum neceſſe eſt coniungi.

Neque minor multò eſt dubitatio de modo quo ſubinde ad rerum à materia ſeiunctarum notitiam moueantur: Imaginibusne ab obiecto immiſſis, quales à lumine, & coloribus ad oculos putantur effundi: an inditis à Deo cùm primùm eos condidit. Hoc poſteriùs veriſimilitudinem, & dignitatem maiorem habet: ſed eius explicatio videtur adeò difficilis vt Theologiæ diſpùtatrici, aut Philoſophorum otio relinquenda ſit.

Satis ſuperque eſt in præſentia monere quomodocunque rerum cognitionem capiant Angeli, habere illos non ſolum eorum ſcientiam quæ infra ipſos ſunt, ſed etiam æqualium, atque ſuperiorum quæ quidem exiſtunt, nec non futurorum ſi cauſam habent in Natura neceſſariam, dummodo eius efficientia à Deo quod ſæpe fit minimè impediatur. Imo qua ſunt materiæ expertes Animi, ſagacitate, & ſolertia poſſunt acutè de futuris creati arbitrij effe-

ctis

ctis coniicere raro aberrandi periculo. Inde certè dictos à priſcis græcis dæmonas ſcribit Cicero Chriſtianus Lactantius.

Non eſt tamen neqûe par in omnibus hæc ſcientia; neque vt in Deo eius totius eodem momento, & nunquam intermiſſus vſus: neque vis omnibus intelligendi æqualis: cùm ſuperiores vno mentis actu plura percipiant, & clariùs quam inferiores multiplici.

Huius ſcientiæ in Angelis caput eſt Dei optimi Maximi cognitio quanta maxima pro cuiuſque Naturæ præſtantia poteſt haberi creatæ viribus intelligentiæ. Cūm enim ſe quilibet habeat penitus perſpectum, & intelligentia comprehenſum, tam certò ſcit eſſe Deum, quàm plenè intelligit ſe nec neceſſariò exiſtere, nec vllius efficientia conditum ex nihilo præter quam eius, qui rerum omnium eſt præpotens, Dei autem rerum omnium opificis quàm excellens, & admiranda ſit eſſentia hoc melius diſcit ex ſe ipſo quàm ex Mundi corporei pulchritudine, quod in Mundò Intelligentiarum (ſic enim Angelos vocat Æneas Gazæus) minimus rebus omnibus quæ in ſenſus incurrunt multo antecellit nobilitate ſpecie, ordine, & cum Deo ſimilitudine.

Capvt. V.

Angeli Voluntate ſunt libera.

HAnc facultatem omnia cognoſcendi, & variam, atquè multiplicem ſcientiam conſequitur Arbitrium autoribus Sanctis Gregorio Niſſæno

& Ioanne Damaſceno : quod in Angelis eſt multo excellentius quam in homine. Eius arbitrij initium & radix intelligentia continentur: ſpecies , forma, & dignitas eminent in voluntate, facultas enim cognoſcens initium dat libertati quatenus in rebus creatis percipit quiddam quod illicit ad amorem; & nonnihil eodem momento deprehendit quod voluntatem ab iis abalienet In voluntate perficitur quæ rem obiectam, & intelligentia perſpectam cum iſta quæ ἀδιαφορία dicitur poteſt arbitratu ſuo vel amore , vel odio proſequi : aut etiam neutram in partem moueri, & ſuſpenſa pendere.

Quo maior eſt hæc libertas,eò magis etiam Deo ad ſimilitudinem acceditur. Equidem neceſſariè generat Filium Pater æternus ; quia neceſſariè ſe & omnia cognoſcit:Eodemque modo Pater & filius Diuinam cum ſpiritu Sancto naturam communicāt quia neceſſario inuicem amant. Vtpote ſummum bonum intelligentia comprehenſum.Sed res creatas quibus non ineſt omnis boni ratio , Deus libera voluntate amnat:eaſque arbitrio ſuo facit ex nihilo in nihilum interituras niſi quas ſponte condidit ſuapte quoque conſeruare dignaretur : & eaſdem vltro aut ornat donis, aut in egeſtate deſtituit.

Angelos itaque , & homines : ſed Angelos maxime Deus ſuæ libertatis imagine & ſimilitudine voluit pro ſua infinita bonitate vſque eo conſpicuos eſſe vt tametſi neceſſitate quadam videantur defixam continenter in ſe ipſos habere mentem , ſeque amare ſuauiſſime, in alia tamen omnia præter quam in Deum clare viſum libera voluntate ferantur aut amore , aut odio : aut etiam arbitratu ſuo contineant ſe ab omni animi motu , & affectione.

CAPVT.

CAPVT. VI.

Minus sunt Angeli ad malum, & ad mutationem consilij procliues, quam humanum genus.

ABhorrent ab hac similitudine cùm diuina libertate, primum creati arbitrij mutatio, deinde frequens à recta ratione defectio: quibus ex naturæ creatæ, proindeque finitæ defectu manātibus minus obnoxij sunt Angeli quàm homines. Etenim corporis expertes cum sint nullis ab honesto possunt abduci voluptatum, & aliorum commodorum illecebris, quæ ferè solæ miseros mortales in scelera præcipites agunt. Præterea carent ea mutatione, quæ fit in temperatione corporum, & vicissitudine perturbationum vnde contingit vt pro varietate harum impulsionum crebra fiat in hominibus, & sæpe nocens mutatio consilij.

Ex quibus consequitur primò vix potuisse Angelos libera voluntate à recto, & honesto Naturæ lumine cognito aberrare (nam de iis ad quorum legitimam optionē supera gratiæ luce, & ardore opus est hîc non dissero.) Ad naturale si quidem honestū suapte naturâ propensi sunt; à quo nihil admodum est quod illos auocare possit. Nemo autem est qui malus gratis vt aiunt esse velit. Adde illos quà sunt perspicacitate, habere penitus perspectam naturalis honesti pulchritudinem, & dignitatem, nihilque eorum ignorare, quæ ad eius amorem illicere, aut ab eo auertere queant.

Vnde

Vnde etiam efficitur secundò cùm semel ad quippiam liberam adiecerunt voluntatem, diuinæ immutabilitatis æmulos vix vnquam ex eo ad contrarium inflecti posse. Quomodo enim id paterentur quibus nulla est vt nobis corporea commotio, quæ voluntatem impellat, neque ferè noua occurrit ratio, quæ arbitrium aliò flectat? Hæc autem dicta sint de vsu libertatis Angelorum circa illa ad quæ naturæ solius impulsu, & viribus amore feruntur aut odio, aliáve quauis animi affectione. Nam de iis quæ supra naturam creatam sunt, aliter ratiocinari cogit (vt monet Sanctus Gregorius Nazianzenus) magnæ partis Angelorum à Deo cui cœperant adhærere, scelerata defectio: & aliquorum saltem ex eo numero futura probabiliter pœnitentia, si vt nos miseros mortales post admissa crimina dignatur diuina bonitas suis reuocare ad meliorem mentem, & iuuare gratuitis auxiliis: ita lapsis Angelis spem veniæ, & opem ac præsidium ad resipiscendum afferre statuisset.

CAPVT. VII.

Quis Angelorum, & quas in res à Natura dominatus.

QVo similiores Deo sunt hac libertate Angeli, eò supremum eius in res omnes Dominatum perfectius participant. Et quidem in eo primúm quod Naturis Rationis, intelligentiæ, libertatis participibus, substrauit Deus cæteras, earum ex

pertes dotum, & has ab illis regi voluit. Deinde ſupremum obtinent ſub Deo dominatum Angeli, & proportione etiam homines in actus à libera voluntate elicitos. Imo etiam autore Sancto Auguſtino in notitias ad liberam voluntatem, & vt loquuntur ad cordis arcanum quouis modo pertinentes.

Iſte porro dominatus cum diuino in res conditas hoc maierem habet ſimilitudinem quòd vt Naturæ creatæ diuini ſunt arbitrij: ita actiones quibus de agimus Angelici, & humani ſunt effecta, & ſicut vtraque habent à libera voluntate vt eſſe cœperint; ſic ab eadem pendet vt eſſe perſeuerent, aut deſignant. Adde in natura ius cuiquam alteri eſſe creatæ rei niſi quod Agentis libera voluntas ſponte dederit. Sunt enim vt illa Dei, ſic iſta creati arbitrij *propria* (vt ſcribit Sanctus Auguſtinus) *bona*: quæ nemo alius ſibi præter Deum vindicare poſſit: & quæ ſolus Deus Angelo etiam inuito poſſit intueri, & intelligentia tanquam oculis vſurpare. Abdita ſunt enim, & abſtruſa creatam intra voluntatem, cuiuis naturæ conditæ prorſus inacceſſam niſi ſponte ipſa ſe aperiat.

Capvt. VIII.

Inter ſe conferunt Angeli ſermones, & quomodo.

Aperit autem ſe voluntas Angeli ſermone, quem cum aliis confert, de quo quis, & qualis ſit non

non est vna & consentiens doctorum hominum coniectura. quorum fusas disputationes perstringere non videtur alienum ab instituto, præterquam quod enim amœnitatis habet multum hæc quæstio: præterea lucis affert plurimum ad rerum ab Angelis gestarum notitiam clariorem.

Equidem conuenit inter omnes non hominibus tantum, sed & iam Angelis esse sermonem aliquem de quo plerique sanctorum Patrum acceperunt illam, *Angelorum linguam*, cuius meminit Apostolus. (1.Cor, 13) Nati quippe sunt ad societatem inter se omnes, qui rationis, & intelligentiæ sunt participes: neque arcanæ cogitationes, & affectiones in quarum mutua communicatione suauissimus est societatis fructus, possunt sine sermone naturis creatis ab Angelo nedum ab hominibus aperiri.

(Philippus presbiter in cap 24. Iobi. Ioan. Scotus subtili antiquior abud Dionys. Carth. in c. 15. coel. hierarchiæ. in c. 2. coel. hier.)

Audio visum fuisse nonnullis Angelos abdita mentis sensa, & voluntatis abstrusos affectus inuicem aspicere: ueque opus esse vt vllo sermone enuncient quæ substantia Angelica omnis corporeæ crassitudinis expers simplex, ideoque perspicua perspicacibus aliorum spirituum mentibus occultare nequit: præsertim si suas Angeli substantias mutuo peruadant: quod sufficere putauit Sanctus Maximus ad id vt, mutuo mentis arcana videant. Verum id difficillimos habet explicatus, & iure doctis ab hominibus exploditur. Soli enim Deo aperta sunt omnia tametsi nullo illi sermone pandantur.

Cæterum qui Angelos omnino corporis expertes sibi cum maxima Catholicorum huius ætatis parte sine dubitatione persuadent: neque idem omnes sentiunt de huius sermonis Angelici natura: neque se omnibus æque facile expediunt difficultatibus.

tibus vt illi qui ex animo & corpore illos constare censent: quippe qui nodos omnes aut soluunt, aut incidunt vnico effato eamdem sermonem Angelorum habere ad humanum proportionem, quam habet eorum corpus cum nostro comparationem.

Nobis igitur qui puros esse Spiritus, & corporeæ molis expertes asseruimus, ita de hac re videtur esse pronunciandum. Primum quidem videri Angelos quandoque inter se colloqui posse non aliter ac cum hominibus agunt sæpissime, sonis scilicet quibusdam distinctis, & pressis quales in nobis lingua plectri instar efficit, cum ad dentes, & alias oris partes velut ad chordas spiritu ductum pellit aërem: Sonos autem editum iri ab Angelis facultatis illius opera qua loco mouentur, & mouent. Cum enim humanas omnes intelligant atque calleant linguas; necnon instituere nouas possint: iisdem possunt variis sonis inter se conferre sermones: non sic tamen vt sint clam futuri nisi aut longissime absint à colloquentibus alij spiritus; (si verè dictum est à quibusdam Theologis non quouis interuallo posse Angelos inter se habere sermonem) aut ij qui à colloquentibus non absunt, sic in alia mentem habeant intentam vt ad præsentia non aduertant.

Verisimile est deinde, imo necessarie sentiendum, esse aliam aliquam Angelorum linguam qua inter se quoties lubitum fuerit clam aliis tametsi loco præsentibus mentem patefaciant: quod superiore via ne vix quidem fieri potest. De hac autem lingua quæ & qualis sit non est vna & consentiens omnium opinio.

Existimarunt aliqui idem sentiendum de puris illis animis, quod de mentibus hominum censuit

fuit Sanctus Basilius, in sua nimirum substantia pictorum instar suas pro arbitrio delineare cogitationes; quas quibus lubet ita exhibent vt alios omnes etiam præsentes cælent: sed præter quam quod Platonicum nescio quid habet ista commentatio vt erudite obseruauit Petauius: non satis liquet qua ratione possint hæ notæ latere spiritus omnes præter eum quem conscium vult esse qui sic loqui dicitur. Sunt enim imagines publici quodammodo iuris factæ; nec minus cæteris Angelis apertæ, quam ipsa loquentis substantia, quæque illi accidunt.

Nihilo similius veri est quod alij censent Angelum videlicet loquentem, quiddam characterum instar in eius mentem cum quo sermonem habet, quasi insculpere: Nam vel isti characteres signa sunt naturalia, vel instituta sponte consentientibus ab Angelis: vel à Deo: eaque omnibus futura communia, nisi dicas vnicuique esse tot proprios characteres, ac diuersos quot sunt Angeli quibuscum possit colloqui. Si prius: æque percipietur eorum characterum significatio ab iis qui haud procul à colloquentibus aberunt præter quamquod si ab Angelis consentientibus facta est ista characterum designatio, necesse fuit eos inter se colloqui antequam sermone vti possent. E posteriore sententia consequitur præterea non tot esse Sinarum genti characteres ad sua sensa litteris exprimenda, qui tamen sunt innumeri, quot essent Angelis singulis linguæ.

In tanta veri ignoratione, qua laborare conuincimur adeoque multiplici opinionum varietate; nihil meo quidem iudicio probabilius de Angelorum inter se arcano sermone dici potest, quam quod habet Theophylactus *linguam eorum esse intelligentiam:*

tiam : ſermonem eſſe cogitationem, qua ſibi mens Angeli quippiam ita depingit, vt cum certo quodam velit communicatam, qui eodem momento temporis huius arcani fit conſcius Deo mira, neque ſatis explorata efficientia in mentem eius illabente Cum enim naturis intelligentiæ participibus hanc ad colloquendum inter ſe propenſionem rerum omnium præpotens numen inſeruerit: nec alia nobis oſtendatur via, & ratio probabilis fouendæ, ſermonis vſu, ſocietatis inter animos à materiæ concretione ſecretos; (nam cæteris ius imminuitur quod cuique naturæ intelligenti eſt ad clam agendum cum aliis) Reliquum eſt vt hanc ineamus viam ad eius difficilis quæſtionis explicationem. Video quidem obiici poſſe tritum illud vetuſtate prouerbium, Deus ex Machina, verum id me parum, imo nihil mouet aduertentem ad præcluſam aliam omnem viam hiſce ſpinis expediendi ſe, & reſpicientem ad virtutem actuoſam Dei in res multo minus continenter influentis.

CAP. IX.

Motu ſuo diuinam Angeli quodam modo participant Immenſitatem.

HÆc ſi vera ſunt non video quare conuenerint ſancti Angeli (vt eſt in ſacris litteris) ad conſultandum de iis quæ ad Dei gloriam, & ho-

minum illis commissorum salutem spectant: possunt enim eiusmodi sermonem ex omni interuallo inter se conferre. Quamquam est illis alia mouendi se ex bono loco in alium necessitas: non enim de illis accipiendum est illud Tertulliani vt nudus est verborum sonus *Totus orbis illis vnus locus est.*

In Tim. L. de immutabil. Dei

Quomodocunque enim sint in loco (qua de re verbis potius quam sententiis, doctorum hominum plurimi inter se dissentiunt) in aliquo loco sunt certo, ac definito. Solius enim Dei est non tantum immensitate sua præsentem adesse, & intimum rebus omnibus si quæ sunt etiam extra complexum aspectabilis huius vniuersi; sed eodem etiā momēto semperque Cœlum & Terram sua implere substantia. Moueant ergo se oportet ex vno loco si velint in alium migrare Angeli; & diuinam aliquantulum immensitatem non aliter participare dum variis locis se deinceps sistunt præsentes, ac æternitatem imitantur dum eadem semper, & vniusmodi sua natura, temporis cuius exemplar esse dixit in æternitate post Platonem Philo, præterfluentes omnes deinceps partes adæquant.

ep. 28. ad S. Hieronym.

Eius certe participes immensitatis sunt eo perfectius quod ita sunt in loco quomodo Deus in Vniuerso. *Per omnes* quippe loci *particulas tota simul adest eorum substantia*: quemadmodum de anima corpori suo coniuncta scribit S. Augustinus. Deinde tanta inest illis mouendi se ex loco virtus, vt eam non improbabili ratiocinatione censuerint aliqui à voluntate reipsa non distingui, quod adeo breui tempore longissimum emoliantur iter nullo suæ substantiæ graues pondere: spiritus quippe sunt, nulla corporum per quæ permeant, & transeunt

seunt impediti crassitudine, quippe qui ea non diuidant, sed penetrent: vt videantur arbitratu suo in aliquem locum fulgure citius peruenisse: imo in relicto loco, totoque inter vtrumque interiecto simul extitisse. Non possunt tamen vt cogitatione, sic loci mutatione ab vno ferri in alium distantem prætérito spatio quod inter vtrumque est interpositum: quicquid contra senserit Guilielmus Parisiensis, non enim dum intelligentiæ obiiciuntur res eandem habent continuationem, atque dum facultas mouens eas percurrit. Itaque lubens accipio illud Tertulliani, *Omnis spiritus ales: hoc est Angeli, & Dæmones: Igitur momento vbique sunt, totus orbis illis vnus locus est. Quid vbique geratur tam facile sciunt, quam enunciant.* De vniuerso parto 1.

In postremis ipsis Tertulliani verbis latere suspicor duas rationes quibus adduci possunt Angeli vt se loco moueant. Prior est vt aliquid eorum ediscant, quæ in rerum natura fiunt. Posterior vt hominibus saltem aliqua re gratificentur. Hanc confirmat frequens cælestium Animorum descensus è cælo in mortalium gratiam. Priori non obstat quod perstrinxi de rerum naturalium scientia mentibus illorum à Deo iam tunc indita cum ex nihilo conditi sunt. Quod enim Theologi docent impressas Angelis à conditore Deo rerum naturalium similitudines, id de vniuersarum naturarum, generum videlicet & specierum, non de indiuiduarum, & singularium imaginibus accipi volunt.

Rerum quidem singularium si minus imagines omnes, plurimas saltem hauriendas ab ipsis rebus coram positis non contendo effici ex eo quod Abrahamo dictum est ab Angelo, qui cum duobus

ſociis de cælo deſcenderat vt Sodomitarum ſcelera propriusinſpiceret : ſed ex eo non improbabiliter coniici poſſe puto quod Annalibus ſuis non eſt grauatus inſerere Cardinalis Baronius. Ducebat in Perſidem exercitum Romanum Chriſti deſertor impius Iulianus cum ſciendi quod interim in Italia gereretur cupidus, eo dæmonum quorum ad flagitioſam familiaritatem ſe applicuerat, vnum amandauit qui poſt dies aliquot reuerſus ex itinere nihil renunciauit, cauſatus ſe coactum decem integros dies in via ſubſiſtere, ac tandem re infecta reuerti, iugi quippe certi cuiuſdam Anachoretæ oratione quaſi obiecta mole inſuperabili ſe progredi vetitum. Vnde conſtare videtur quod Guilelmus Pariſienſis notat non poſſe naturæ viribus Angelos ſingularia quælibet perſpicere, niſi ad ea proprius acceſſerint: Indeque contigiſſe vt ſanctiſſimæ Dei matris virginitas omnino latuerit dæmones quemadmodum aſſeruerunt Sancti Patriarchæ Antiocheni Ignatius, & poſt eos Romanus Pontifex S. Leo cognomento Magnus quia quod etiam dæmonum vnus nuper dicebat procul à Maria ſemper Deus eos prohibuiſſet.

2. partis de vniuerſo p 1. c. 40.
Ig apud S. Hieron.
Theoph. 1 comm. in Euan.
Serm. 2. de Nat. Domini.

Cap. X.

Angelorum poteſtas quæ, & vnde.

INdidem etiam liquere exiſtimo eamdem Mouendi vim vſui eſſe Angelis non ſolum ad formanda ſibi ex aëre, aut alia ex materie corpora quibus in hominum, veniant conſpectum ; ſed ad

alias etiam quaslibet res mouendas quà trahendo, aut portando sicut ab equis trahuntur currus, & portantur onera: quà impellendo quemadmodum naues agit in mari ventus, & lapidem proiicit homo: quà circum agendo in rotæ modum: nam his omnibus rationibus & si qua est alia possunt corporis expertes naturæ in cæteris varios ciere motus.

Et si enim Angeli corporea mole liberi vt verisimilius esse supra statuimus, videantur plurimis Theologis se mutuo posse peruadere, & eidem loco præsentes adesse; attamen quod de pulso dæmone impurissimo in Ægypti solitudinem ab Archangelo Raphaële sacræ produnt literæ, videtur ita Dei nutu, & imperio perfectum, vt ad eam rem Angelorum obsequentium Deo sit adhibita facultas mouens. Atque ideo probabile est Angelo cuilibet præstantiori liberum esse, cum volet impedire, ne alterius substantia suam peruadat: sicque illum vel sistat immotum quando conanti progredi sese obiicit: vel impellat aut trahat, aut portet, aut verset prout ipse magno impetu se loco mouebit, aliumque suæ obiectu substantiæ, & quasi complexu sic continebit vt aliò deflectere nequeat. Idemque videtur omninò statuendum de plurium conspiratione Angelorum, qui coniunctis viribus eum spiritum loco mouebunt, aut sistent immotum, cui singuli pares non essent.

Hac facultate se & quiduis aliud mouendi coniuncta rerum naturalium perfectæ notitiæ, laus ea continetur Potentiæ quam naturæ tribuit Angelorum Deus Iobum alloquens, cum Ceti, atque Elephanti vim prædicat, & robur. Nam eorum animalium nomine putant Interpretes aliqui de

ſpiritibus agi non mole Corporis vt loquuntur, ſed virtutis quantitate nobiliſſimis: Nihil in illos agere poteſt vniuerſi natura corporei: poſſunt illi ſaltem coniuncti miſcere totam, & turbare, facerentque Dæmones niſi à ſupremo numine prohiberentur.

Fortunatus Lichetus de Capide Bononienſi.

Quod S. Thomas aliquando cenſuit poſſe ab Angelis effici lucem quæ ſub aſpectum cadat: eatenus id fieri poſſe probabile ſit, vt ſparſas ignis, & lucidi alicuius corporis ſubtiles particulas colligant, & Deus in conſpectum: vel (quod in lapide Bononienſi nuper arte naturam adiuuante perfectum vidimus) vt hauſtam ex ſole, aut aliunde lucem, & aliquamdiu ſeruatum repræſentent.

Cæterum Angelus ab Angelo ſic moueri loco poteſt, aut impediri ne aliquo progrediatur, vt quamquam inde grauiſſima triſtitia quodammodo contrahatur dæmon indignatus eo quaſi arctiſſimo vinculo ſuam coërceri licentiam, & viuendi vt volebat libertatem: non propterea poſſit illius ſubſtantiæ aliquod afferri detrimentum vel inuri qualitas niſi à Deo, quæ cruciet; ac multo minus quæ mortem inferat.

Capvt. XI.

Immortales ſunt Angeli.

Etenim ſiue Angeli ex corpore conſtent, & Animo: ſiue corporis omnino ſint expertes, ſic ſunt immortales, vt à nulla vi creata poſſint interire: ſic ſunt robuſti, & firmi aduerſus omnes creatas

creatas impressiones præter quam eas quibus aliquo loco possunt excludi vt nihil in se inuicem valeant efficere quod quidem cruciet.

Immortales dixi, non eo modo quo Deus, qui ex se suàque natura neque potuit principium, neque finem habere potest existendi. Voluntate namque diuina ex nihilo ita conditi sunt vt nulla creata vi possint ne à se ipsis quidem perimi: possint tamen in nihilum diuino, quo conseruantur arbitratu recidere. Atque hæc est subiecta notio vocibus illis quibus plerique sanctorum Patrum controuersiam de Angelorum immortalitate dirimunt asserentés eos non natura, sed gratia (gratuita scilicet Dei voluntate) esse immortales.

Alia gaudent immortales immortalitate Cælestes animi qua suo vitio Tartarei exciderunt, quatenus illi nunquam sciungendi sunt à Deo, qui est vera participum intelligentiæ naturarum vita: & sine qua prior immortalitas miserrima est, & naturali morte prior.

Ex hac secunda immortalitate consequitur in Sanctis Angelis tertiæ participatio cupidè sanè, & vehementer expetenda. Cùm enim vt S. Augustinus, Prosper, Gregorius magnus disserunt quodnam sit mortis genus in actionum, morum, qualitatum mutatione, quæ vt à Deo prorsus abest vtpote simplicissimæ naturæ in qua idem omnino sunt Esse, posse, agere. Ita naturis creatis frequentissima est ac proinde mortem quamdam obeunt quoties agere desistunt, aut esse desinunt quod fuerunt antea. Ab hac morte longius absunt sancti Angeli qui mentem, & voluntatem sic habent defixam in Deum vt numquam in eius cognitione, & amore cessauerint, aut cessaturi sint: nullasque

nisi leues, & quidem in melius, & perfectius mutationes habituri.

Quæ triplex Immortalitas cum cæteris naturæ bonis de quibus fusius fortasse disserui quam par erat historicæ epitomes scriptori: quando & quomodo illis contigerit enarrare aggrediar paulo post vbi curiose quærentibus an, & quæ sint iis spiritibus nomina breuibus satisfecero.

Cap. XII.

Angelorum nomina.

NEque enim pluribus de nominum quæ possunt Angelis conuenire varietate disserendum est, quandoquidem æque certum videtur nihil illis opus esse propriis Nominibus, ac notum est quod à Concilio Romano Zacharia Pontifice fuit definitum, nullum aliud sanctorum Cœli principum nomen fuisse mortalibus diuinitus enunciatum præter tria Michaëlis, Gabrielis, & Raphaëlis. Nam Vrielis nomen ab Esdra proditum non magis sacris annumeratur appellationibus, quam huius scriptoris nomine inscripti libri tertius & quartus in sacrum canonem adscribuntur. Cætera octo supra decem quæ Andreas Victorellus refert ex variis scriptoribus reiici passim solent à Theologis vel ipso teste Victorello qui lubens iis subscribit. La Cerda post Cornelium à Lapide alia dicit ex sacris litteris colligi probabiliter sed quia sunt incerta non refero.

Hæc autem quia non trium Cœli Principum naturam

naturam, aut eius naturæ proprietatem significant sed tantummudo quas ad res Deus illis vtatur administris : sicut dæmonum nomina fere trahuntur ab iis sceleribus quæ ipsi vel in se susceperunt, vel ad quæ homines nequissime impellunt ideo facile adducor vt asseram propriis omnes carere nominibus. Illis certe non indigent ad sermones inter se conferendos, quod præstant vt dixi cogitationum communicatione nullo prorsus interiecto signo.

Ad mutuam distinctionem multo minus est distinctis opus appellationibus, habent enim singuli omnium satis perspectam naturam : & ea quibus inter se differunt. Quare non est opus nomine quo qui loquitur eum de quo sermo inciderit alteri indicet cum quo sermonem habet : sufficit enim si eum quo de agitur in animo suo depingat eadem cogitatione quam illi manifestam fieri vult cum quo sermonem confert.

Quid quod ? ne hominum quidem causa necessaria prorsus est ea nominum propriorum varietas in Angelis, quia neque cum multis mortalibus manifesta est illis consuetudo ; neque frequentes cum viris etiam sanctissimis familiaritates. Possunt itaque acceptorum ab iis beneficiorum commemoratione sola denotari ab hominibus qui eos appellant. Adde quod aliquando me legere memini, & in Chronico referam, qua luce supra sancti diuinitus collustrantur ad beatos spiritus mente percipiendos, eadem illos vnum Angelorum ab alio facillime discernere solitos. Atque hæc de propriis breuiter ; de communibus autem etiam breuius ita statuo.

Pluribus Angelos vniuersim nominibus insignes esse sacrarum liquet authoritate literarum. Nam L. 2. de August. c. 1.

Nam præter nouem ordinum paucissimis Christianorum inauditas appellationes quæ,sic sunt singulorum ordinum propriæ, communes vt sint cum superioribus qui collectas habent in se perfectiones inferiorum. Alias aliquot obseruatas à Rabbinis refert Petauius: Alias sancti Patres indiderunt.

Apoc. 1. Ez. 1, 6. Apoc. 5. Zach. 4. Iobi 38. pineda ibid.

Dicuntur itaque *Animalia sancta* quia sanctis Ezechieli, & Ioanni conspecti sunt bestiarum specie:vt nimirum intelligeremus eos non tantum vitam quodammodo in inferiora deriuare; sed perinde à diuina maiestate distare vt bestias, imo magis quam bestias ab homine.

Audiunt *Rota* & *Electra* apud eumdem prophetam. *Fortes* eos nominat Isaias: *Viros* Daniel. quia viri specie se Gabriel dederat in eius conspectum. *Dij* vocantur præterea, *filij Dei, Rectores mundi.*

Septem spiritus stare in conspectu Dei dicuntur ab Apostolo Ioanne, quos post Aretam scribunt Ribera, Viegas, Pererius, Serarius & Victorellus esse totidem Angelos qui vt habet Clemens Alexandrinus plurimum possunt,suntque primogeniti inquit Angelorum principes. Illos mundi administrationi à Deo propositos idem S. Ioannes post Zachariam appellat *Oculos* Iesu; quia per eos omnia lustrat, & omnibus prospicit;sic enim & diaconi ab Anacleto pontifice dicti sunt Episcoporum oculi. Eosdem lego in Apocalipsi & Iob historia vocari *Stellas, lampades, Cornua.* ob excellentem scientiæ lucem, charitatis ardorem & virium præstantiam.



ANGELORVM NATALES, apud Deum gratia & res gestæ, ante aditam cœlorum hæreditatem.

Pars Secunda.

CAPVT. I.

E Nihilo creati à Deo Angeli omnes, & quando.



COELVM illud supremum quod ab igneo splendore Empyreum Theologi nuncuparunt. Petauius dicendum esse, Empyreum contendit ἔμπυρ☉ enim inquit non ἐμπύρι☉ igneum sonet quodque apud S. Clementem Apostolorum princeps dixit suo complexu coercere firmamentum, cœlosque aspectabiles, esse perpetuum, æternum, nullo sensu humano percipi; Ita Deus ex nihilo condidit initio temporis vt de illo dici non potuit quod de terra scripsit Moses, defuisse nimirum illi ornatum omnem, & decus eius naturæ congruens. Præterquam quod enim fulgebat innata sibi luce, quæ ornamentorum est maximum

L. 1. de opificio sex dier. c. 2.

maximum, & fons pulcritudinis: fuit illico clarissimis aliis illustratum luminibus, id est nobilissimis, & innumeris repletum ciuibus Angelis videlicet qui vt ante referebam, sunt secundi splendores à primo qui est Deus, mirabiliter diffusi.

In eo si quidem cœlo simul ac fuit conditum, habitare cœpisse naturas corporis expertes vt in loco præstantiæ suæ consentaneo facile adducor vt asseram, cum aliquot Theologis: quandocunque illas à Deo creatas fuisse sentiamus quod in medio reliquit S. Augustinus. Et iure quidem quippe qui videret Patrum antiquissimos magno numero in Græcia, & è Latinis aliquot sensisse conditos Angelos ante mundum hunc qui sub sensus cadit ex cœlis, & elementis coagmentatus. Quamquam autem huius ætatis Theologorum pluribus post Patrum Latinorum partem maximam, & nonnullos Græcorum, magis arrideat: Lateranensisque Concilij decreto, vnique, aut alteri sacrarum literarum oraculo mage congruere videatur, simul ab initio temporis secretos à materia spiritus ex nihilo cum hoc vniuerso corporeo extitisse Dei solius efficientia; quibus ego prorsus assentior: alterutrum tamen, etiamnum sentiendi soluta est omnibus optio nullo temeritatis, nedum erroris periculo si Vasquezium & Petauium audimus, imo sanctum Thomam vt ipsi asserunt: qui priorem illam sententiam negat erroris habere satis legitimam suspicionem.

L. 11. de ciuit. c. 32. SS. Basil. Nazianz. Chrisost. Damasc. Ambros. Hilarius Isidorus

Petau. L. 1. de Angelis. c. 15, 1. p. q. 61. à 3. Vasquez ibi disp. 224. 3.

Quandocunque autem existere coeperint hoc certe constat creatos omnes à Deo, neque causam esse opinandi alios aliis priùs conditos: quippe qui materiæ expertes cum sint non ab alio nisi à creatore Deo velutà sole radij prodierunt, cui ad quid-

LaCerda lib. de excel. col. spirit. c. 7.

uis

uis efficiendum neque materia ex qua id moliatur, neque mora temporis est opus. Nam vt Basilides sectarius tacito saltem Ecclesiæ iudicio damnatus est impietatis & stultitiæ quod inferiores Angelos comminiscebatur hominum more propagatos longa progenitorum serie à trecētis sexaginta & quinque superioribus Angelis: qui etiam nati erant eodem modo quibusdam diuis: Ita obsoletum est & ab omnibus refutatum id quod sancti Gregorius Nyssænus,& Cæsarius visi sunt opinari,eos scilicet arcano propagationis modo fuisse Angelos ab Angelis procreatos quo censebant ab Adamo, & Eua ac deinceps à cæteris homines nisi in Deū peccauissent multiplicatum iri absque nuptiis & sexuum coniunctione. Obsoletū quoque est quod Aristotelem sensisse refert Guillielmus Parisiensis de prima intelligentia creatrice secundæ atque ita deinceps vsque ad decimam.

Neque Propterea deest natalium splendor Angelis, & generis nobilitas: tametsi enim vulgi iudicio laus hæc postrema non sit, multis, & clarissimis, natum esse maioribus: idque hominum ratione causam habeat fortasse non improbabilem: vniuersè tamen si loquamur, nemo assentietur,qui primis Christianæ fidei radiis collustratus didicit neque patrem æternum qui omnis nobilitatis fons est vllius ortum satu:neque filium antiquissimum genere maiores habere, sed vna patris gloria commendari: adeo esse vera nobilitas sine maioribus potest vt acute scripsit in sui Dei hominis Elogiis P. Aloysius Iuglaris. Atque indidem, sed infinitis partibus inferiori modo suorum natalium hauriunt splendorem Angeli, quod à Deo solo procreari potuerint non per traducem, aut ex

Parte, 1. partis de vniuerso c. 21. 24. 25. 26. &c.

Elogio 1.

materia

materia, sed ex nihilo vtpote puri spiritus omni naturæ creatæ efficientia superiores.

CAPVT. II.

Quam multi Angeli.

CÆterùm tam multos creauit Angelos Deus vt eorum numerum prope infinitum videatur indicare voluisse Iesu Christo dilectissimus commentariensis Ioannes cum de sanctis illis animis scripsit idem quod iam viderat Daniel millies mille adstare diuino throno, atque etiam frequentiores. Prope infinitum dixi, reuera enim certus est eorum spirituum numerus, sed tantum vt eos multitudine prorsus innumerabiles existimatura fuerit cui se in conspectum dederant, virgo quædam sanctissima nisi inaudisset, nullam cuiusquam nisi diuinæ naturæ esse infinitatem.

Apoc. 5. v. 11. Daniel. 7.

An autem hominum æquent, aut superent numerum: aut quam habeant ad illum comparationem, ne coniici quidem satis probabiliter potest: adeo parum est firmamenti in iis rationibus quibus adducti nonnulli sanctorum Patrum censuerunt beatorum spirituum numerum eamdem habere proportionem ad hominum multitudinem quam vel denarius drachmarum, vel oues nouem supra nonaginta habent ad vnam. Neque certiora sunt quæ alij affirmare non dubitarunt plures esse Angelis homines: id enim ex eo necessariò sequitur quod litteris consignarunt, tertiam Angelorum partem sanctitate excidisse, & beatitudinis spe deiectam, parique numero beandos homines: duplo

SS. Hilarius. Ambros. Nyssenus. Moses Barcepha l. de parad.

duplo si quidem, imo triplo cum sit maior mortalium ruentium in Tartarum, quam cælesti ciuitate donandorum multitudo efficeretur inde hominum maiorem tandem futuram multitudinem quam sit nunc Angelorum, quod multò magis infertur ex aliorum coniectura de futuro beatorum spirituum & hominum æquali numero.

S. Aug. 22. de ciuit c. 1. in Enchirid. c. 29. S. Greg. homil. 34.

CAPVT. III.

An, & quibus rebus inter se differant Angeli.

EXistentem ex hac tanta præstantium animorum multitudine admirabilem pulchritudinem amplificauit Deus eo discrimine vel naturæ, vel qualitatum quod inter eos esse voluit, non aliter atque inter, illa ex quibus constat hoc quod sensibus vsurpamus vniuersum.

De naturæ quidem inter Angelos differentia nihil exploratum habetur præter quam veterum sanctorum Patrum quam plurimos censuisse natura æque omnes conuenire vt homines, solis autem qualitatibus esse inter se dissimiles. Namque persuaserunt quibusdam Theologis differre omnes inter se specie: quia cum materiæ sint expertes non videtur fuisse ratio multiplicandi naturæ eiusdem indiuidua, qualis est in hominum propagatione, & si quæ sunt aliæ ratiocinationes minus apud me momenti habent quam eorum quibus probatæ sunt autoritas. Huic certe tantum tribuo vt inclinem ad sentiendum si minus inter

omnes

omnes; saltem inter plurimos esse discrimen etiam naturæ: ne mundus intelligentiarum ea careat pulchritudine quæ in mundo corporeo existitè naturæ varietate.

Qualitatibus autem iam inde ab origine dissimiles esse nemo vnus, opinor, inficiabitur: quandoquidem vt concedam fuisse naturæ præstantia pares, hominum instar: verissimile tamen est hanc cælestes inter & proturbatos in tartarum dæmones morum discrepantiam, & sanctitatis inter beatos differentiam, ita natam ex eorum arbitrio, vt varia iam tunc fuerint à Deo sanctitate, super lumine, & calore impertiti: quibus differenter, & ornati, & adiuti, inæquali etiam animi ardore se totos ad Dei nutum conuerterunt, & accommodarunt; sicque quod habet S. Augustinus Deus simul in Angelis condiderit naturam, & largitus sit gratiam.

lib. 12. de ciuit. c. 9.

Cap. IV.

Quando Gratiæ donis ornati.

Primæ partis de vniuerso parte 1. c. 40.

TAmetsi enim dilatam aliquamdiu hanc Angelorum illuminationem vt experientia suæ naturalis inopiæ docti perpetuam haberent demissionis coram Deo causam quæ ab experientia fit potentior; multo haud improbabiliter sensisse puto Guillelmum Parisiensem post aliquot sanctos & doctos. Attamen S. Augustino Theologorum facile principi vt hac in re assentiar facit præter eius authoritatis pondus: hæc quoque ratiocinatio quod probabile minime videatur Angelos cùm primùm ex nihilo conditi sunt vlla re fuissę

fuisse inferiores Adamo nascenti, cui Deus creditur non prius vitam quàm Gratiæ dona liberaliter impertitus. Est quippe Gratia nouus Angelorum naturæ splendor, & excellentia singularis præ qua minimi ducere oportet inferiora omnia, ipsamque adeo naturalem creatorum spirituum formam, & dignitatem: illa proinde caruisse cùm esse cœperunt, si nascens Adamus eadem claruit, nunquam asseram, quandiu quidem liberum erit hac de re iudicium orthodoxis. Cit. à Petau. l. 1. de Ang. c. 16. Rupertus Guil. Parisiens. &c.

Non inficior quidem probabile esse, & verisimile quod grauissimis Theologis post magistrum atque etiam (vt huic visum est) post sanctum Augustinum placuisse video, tunc tantũ hanc Dei liberalitatem expertos fuisse Angelos, cum viribus arbitrij benè vsi ad eius finxerunt voluntatem naturali quadam dilectione (sic enim ferè magister loquitur) licet enim primam gratiam ad perfectum Dei amorem, & diuinis præceptis obdientiam omnino cuiuis etiam Angelo necessariam, vt idem docet non meruerint: quippe quæ superior omni naturalis amoris & obedientiæ merito, diuini arbitrij gratuitæ liberalitati accepta referenda est: ad eam tamen velut per quosdam gradus diuina benignitate adspirarunt. Diuinæ (inquiunt ij Theologi) videtur prouidentię suauitati congruisse vt sua sensim opera perficeret: & à natura intelligentiæ participe eum primum cultum exigeret quẽ integræ naturæ viribus præstare potest. Sicque bene vsam naturalibus donaret pro sua bonitate immerita gratia. Sed præterquam quod illa ratione concluderetur eumdem decuisse teneri ordinem in hominis primi ornatu, & sanctitate, non defuerunt vt paulo post dicam occasiones Angelis naturæ lumine Deum rerum in 2. distinct. 3. 1. c. dist. 5.

autorem contemplandi, & pari dilectione prose-quendi.

C A P V T. V.

Quam multis; & quam magnis gratiæ ornamentis affecti.

CVm autem gratiæ ornamenta non sint vniuſmodi, ſed admodum varia: neque iure dubitari poſſit quin iis voluerit Deus inſignes eſſe ſpiritus quos naturæ bonis præ cæteris intelligentiæ participibus cumularat, multis eos iam tum ante adeptam illam gloriam qua Deo ſimillimi enaſcerunt illorum plurimi, & clariſſimis luminibus ornatos fuiſſe intellexit diuinorum operum æquè conſcius ac futurorum prouidus Ezechiel; & magna verborum ſignificauit pompa quæ rerum ſplendori aliqua ex parte reſponderet.

Idquo planius fiat meminiſſe oportet orthodoxos à ſpiritu ſancto doctos tribuere gratiæ dona, primû in ea quæ dantur ad ſanctitatem eius qui iis ornatur, & ea quæ vſui ſunt maxime ad aliorum commodum, & ſalutem· quæ quia prioribus illis inferiora ſunt dignitate, nomine omnibus communi Gratuitorum donorum deſignantur cum priora ſanctitatis quam afferunt glorioſo vocabulo nuncupantur, atque hæc rurſus diſtingunt iidem orthodoxi in qualitates ſtabiles, & fluentes: quarum illæ intelligenti naturæ ſic inhærent vt in ea permaneant quamdiu ſe illis indignam graui aliquo

ſcelere

ſcelere minime præſtat: Iſtæ pro diuino arbitrio prætereunt. Sunt enim diuini afflatus, ardores, auxilia quibus ad agendum quæ præcipit Deus ab eodem excitamur, & iuuamur. Illas Theologorum plurimi ita diſtinguunt vt alia ſit ſingularis quædam, & omni creata natura ſuperior diuinæ participatio ſanctitatis: aliæ ſint infuſæ diuinitus virtutes, & quæ dicuntur ſpiritus ſancti dona quibus omnibus conuenit vt ſint eiuſdem Dei efficientiæ, & actuoſæ naturæ imitatio ab iis enim habent iuſti vt ſupera cognoſcant, ſperent, ament aliaque moliantur, ad quæ naturales intelligentiæ participis naturæ vires neque cogitatione excitari, neque ſpe exigi, neque ſincero amore adſpirare queunt.

De gratuitis illis quales ſunt vis efficiendi mira ſupra creatæ naturæ efficientiam, rerum futurarum quæ ex libera voluntate pendent certa ſcientia, & præſenſio; aliaque eius generis videtur ſtatuendum non fuiſſe neque neceſſarium, neque fortaſſe conueniens iis Angelos impertiri antequàm ſuam ſalutem in tuto collocaſſent, & humanæ procurationem habere iuberentur: Neque tamen videri dubium quin Deus beatos Angelos hominum præſides iis ſæpiſſime dignatus ſit:

De luce ſanctitatis, & virtutum fulgore quam inſignis fuerit in cœleſtibus illis animis iam inde ab ortu ſuo ſatis euidenter docuit ſupra laudatus Ezechiel cum eadem oratione qua tyrij Regis increpat arrogantiam maiori lapſum ſuperbia dæmonum principem priſtini decoris admonet, & donorum à Deo acceptorum: vt enim verbis illis quibus eum compellat. *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia perfectus decore* diuinæ ſanctitatis par-

ticipationem aptissime designauit;ita virtutes magnifice expressit sequentibus vocibus *Omnis lapis pretiosus operimentum tuum.*

Secundi porro generis donis seu fluentibus qualitatibus non caruisse Angelos vsque adeo certum habent Theologi quia sine illis, quod supra referebam, non possit mens creata suæ naturæ quantumlibet perfectæ viribus assurgere ad supera; vt existimauerint aliqui diuinam in eos conditos liberalitatem inde cœpisse: & horum vsu sancto donorum ad sanctitatis & virtutum ornatum fuisse præparatos. Sunt enim hæc vt dixi partim supera quædam lumina quibus intelligentia illustratur, venitque in diuinorum maiorem alia quauis naturali, cognitionem; partim suauis quidam ardor quo Deus voluntatem accendit illorum amore quorum notitiam dedit. His excitati qui Deo se permittunt ad eius nutum expediti diuinum præsto habent auxilium sine quo nec agere quicquam supra naturæ vires, nec in obedientia diuinis præceptis perseuerare possunt.

CAPVT. VI.

Inæqualiter diuinis donis fuerunt ornati Angeli.

ITa vero naturæ Angelicæ dignitas hoc gemino gratiæ splendore mirum in modum aucta fuit in omnibus vt tamen eius participem quemlibet illorum spirituum voluerit esse Deus, pro naturæ cuiusque

iusque præstãtia, si est inter eos aliquod eius discrimen: si minus prout quemque in ampliori dignitatis gradu collocare, cæterisque præferre statuerat. Has enim inter Angelos inæqualis gratiæ causas agnoscunt Theologorum Coriphæi; in eam sententiam adducti hac probabili ratione, quod cum superi splendoris inæqualitas non minus augeat intelligentiarum mundi pulchritudinem, quam Cæli speciem, & Terræ formam ea commendet & amplificet quæ cernitur lucis in Syderibus, & colorum in floribus amœna varietas: videtur diuinæ fuisse consentaneum sapientiæ vt quos Angelos ad æternum tempus aliis voluerit alteruter de supradictis dignitate præcellere, eosdem maioribus excitaret gratiæ donis quibus se pararent hòc facilius & certiùs ad gratiæ præstantiam suæ vel naturæ vel dignitatis amplitudini parem, quod iis liberis ab omni concretione corporea nihil obstat, quominus excitanti gratiæ toto conatu voluntatis obsequantur.

Magister in 2. d. 3. S. Th. 1. p. q. 62 à 6 post SS. Basilium. c. 6. de spir. sancto. Gregor. Nazian. or 40.

Capvt. VII.

In Hierarchias, & ordines distincti Angeli.

De hac dignitatis differentia, quam inter Cælestes animos statuit Deus, siue postea quam arbitrio suo, & excitante gratia bene alij, & sanctè; perperam alij sunt vsi: siue cùm primùm illos condidit quod omnino videtur verisimilius, ne di-

ci posset intelligentiarum mundum minus initio fuisse perfectum quam hunc aspectabilem : vt pote cui deesset ordo rerum omnium ex quibus vniuersum aliquod coalescit vinculum , & summa pulchritudo : De hac inquam dignitatis differentia primus disseruit qui ex sanctorum Apostolorum schola per quam eruditus euaserat S. Dionysius : atque cæteris deinceps sanctis Patribus , & Theologis faciem prætulit.Ego in pręsentia mutuabor ab illo distinctionis eius summam : Rationes partes, munera persecuturus paulo post. Quibus si animo tuo non fit satis : quid mirum cum S. Augustinus ita se fide indubitata tenere scribit differre inter se Angelorum ordines vt quid inter se differant se nescire fateatur.

in Enchiridio c.58. lib. contra Priscillianistas . cap. 11.

Intelligentium Animorum mundum Deus eiusdem artifex, & supremus Monarcha tres tribuit in Hierarchias id est sacros, seu vt alij vertunt sacrorum principatus:Eorum autem principatuum quemlibet in tres ordines ; qui proinde sunt nouem quorum nomina partim ex sacris vatibus, partim ex sanctis innotuerunt Apostolis. Sunt autem hæc Seraphini Cherubini , Throni Dominationes, virtutes, potestates , Principatus , Archangeli Angeli. E tribus primo loco nominatis ordinibus prima constat Hierarchia : è tribus deinceps Media ; postremis tribus Infima.

Aliqui sanctorum Patrum immutarunt hunc ordinem : nam & Thronos in quinto gradu S. Ignatius Antiochenus : in septimo autem S. Basilius magnus collocauit : & virtutes in locum Thronorum substituit S..Basilius : septimum autem gradum virtutes obtinere censuit S. Nazianzenus His tamen , & aliis sententiarum varietatibus

omissis

omiſſis S. Thomas, cæterique Theologi tradentes à S. Dionyſio Superiorem ordine eò conſtantiùs probarunt, quòd his ordo maximè congruat cum ſingularum hierarchiarum amplitudine: & cum eo munere ad quòd ſuſtinendum Deus eas conſtituit: quodque beati Angeli ſanctiſſimè explent, impij autem præpoſterè tantum exequuntur ſed de his fuſius poſtea diſſerendi commoda erit occaſio.

Nunc ſatis fuerit cum pro ſcriptore qui ante annos ferè quingentos Eccleſiam ſua doctrina illuſtrabat nouem illos Angelorum ordines totidem orbibus deſignare qui paribus inter ſe diſtantes interuallis circa centrum aliquod diſcripti ſint: in ea ſi quidem imagine, inquit ille, expreſſos habemus nouem intelligentium animorum ordines. Horum enim vt quiſque à Deo rerum omnium centro minimùm abeſt Naturæ, & Gratiæ præſtantia; ita eius ſimplicis, & ab omni mutatione alienæ Diuinitatis eſt particeps: ab eo ipſo paucis docetur, quæ à Deo doctus communicet pluribus & ita docent ve[illegible]is cam vicinioribus Angelis; atque hi aliis deinceps enuncient hoc ſemper diſcrimine quod ſicut nutrices cibum, quem integrum ipſæ deuorarent, ſi pueris in os inſerendus eſt eò plura diuidunt in menſa quo tenerior eſt alumnorum ætas, & os minus: ita ſuperiores Angeli quod vnica mentis agitatione, vel paucoribus comprehenderunt actibus, id in varias digerant notitias vt ab inferioribus percipi queat.

Potho. presb. Prumienſis de domo Dei l. 4. c. 8. habetur tom 9. biblioth. ſſ. pp. edit Pariſ. an. 1624.

An autem omnes ſummi ordinis, aut etiam totius hierarchiæ primæ doceantur à Deo: an vnus tantum & ille quidem ſummi in prima hierarchia Princeps ordinis à quo ſinguli deinceps earumdem hauriant rerum ſcientiam, ſanè non liquet

adeo sancti etiam Patres, multoque amplius Theologi inter se dissentiunt, quin ipse Sanctus Dionysius, de re variè locutus videtur: quamquam in eam magis inclinat sententiam quæ S. Bernardo probata est asserenti omnes eos ex quibus prima constat hierarchia, ex Deo ipso discere nullius interiectu quæ ipsi mediæ hierarchiæ statim aperiant: mediaque internuncia illustrari infimam, ab hac autem si fuerit è re diuina doceri postmodum homines. Cum putatur Deus arbitrio suo quandoque hunc ordinem immutare, dignarique inferiores Angelos erudire, & illustrare. Sed hoc infrequenter admodum contingit vsque adeo in consiliis suis, & rebus gerendis seruat constantiam.

CAPVT. VIII.

Laudibus celebrant Deum, & amore prosequuntur.

ATque vtinam eam fuissent imitati, retinuissentque Angeli omnes in Dei contemplatione, & naturali saltem erga eum, beneuolentia constantiam. Hanc enim fuisse omnium occupationem simul ac conditi atque ad liberè agendum expediti fuerunt, ex eo fit probabilissimum quod Rupertus accipit vt verba sonant illud Ezechielis oraculum, de Auerni principe. *In medio lapidum ignitorum, ambulasti perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ donec inuenta est iniquitas in te.* Et nisi verisi

verisimilius esset ante perfectum suis partibus omnibus mundum proturbatos fuisse in Tartarum dæmones perduellionis reos, suoque etiam iudicio conuictos; eodem referrent illum Dei cum Iobo sermonem ex eo quærentis vbinam fuisset cum Angeli quos Astra matutina, & filios Dei nuncupat, magno consensu & gaudio celebrabant eam potentiam qua mundi huius ex nihilo conditi partes singulas aptis disponebat locis, & nouis afficiebat ornamentis. Quamquam quid obstat quo minus id factum etiam sit ab iis qui paulo post lapsi putantur tertio tantum mundi die quo Tartareum illis carcerem Deus excauauit? ea certè Dei oratio non cogit necessariè fateri aliud tum adhuc datum Angelis spectaculum præterquam cœli, terræ, & maris, quæ tertiæ diei diluculo iam perfectam habuerunt naturam. Adde quod existimarunt S. Basilius Seleuciæ episcopus, atque Theodoretus ideo vocibus quibusdam vsum numen supremum cum hoc vniuersum moliretur, vt Angeli eas perciperent & videntes illico existere quod iis significabatur vocibus *tanto perculsi spectaculo se ad notitiam laudemque transferrent creatoris.*

Erat equidem omnibus in cœli, & terræ, & cæterorum Elementorum molitione, aptis inter se nexibus, magnitudine, specie, vtilitatibus magna causa Deum qui à nemine adhuc videbatur agnoscendi, mirandi, diligendi in suis effectis quæ penitus hababant perspecta; quando nos qui rerum istarum admodum nihil percipimus præter externam speciem, earum spectaculo cogimur confiteri esse præstantem aliquam, & æternam naturam hominum suspiciendam generi: quæque sui in natu-

ræ minimè deprauata singularem excitet amorem. Sed fuit præstantibus illis animis amoris in Deum & laudationis amplior materies in sua cuique natura segregata ab omni concretione mortali, libertatis æquè ac intelligentiæ participe, eximiisque insuper gratiæ donis exornata. Adde suapte propensos ad eum à quò se conditos planè intelligebant contemplandum, & amandum, superis gratiæ afflatibus impulsos didicisse se primi illius luminis secunda lumina ad eum finem procreatos vt sui essent opificis admiratores, & laudatores perpetui: eidem parerent, & famularentur animi demissione summa; Amore iungerentur ardentissimo simul, & suauissimo.

Hoc gemino impulsu permoti omnes, Deum amore complexi sunt sed inæquali: nam eorum qui postea ab eo defecerunt vnus nuper fatebatur se ita leuiter amasse numen vt eas quæ sunt in eo amando cœlestes, delicias numquam delibirit: cæteri autem omni mentis acie suum opificem contemplantes, in eum amore ardentissimo inflammati, ad omne paratos obsequium se sine vlla exceptione, & lætitia exultantes singulari profiteri perseuerabant: cum de subito luctus immensi causa extitit, illius & culpa, & malo qui omnium diuinorum operum principatum obtinebat quique à luce naturæ, & gratiæ præ cæteris fulgebat omnibus; vnde etiam nomen inuenerat.

CAPVT.

CAPVT. IX.

Efferuntur ſuperbia plerique Angelorum: ſeque auertunt à Deo Luciferi exemplo, & impulſione.

HVnc enim ſuperbia tranſuerſum egit diuini cuiuſdam conſilij (ſi qua fides mendacibus eius aſſeclis haberi aliquando poteſt) ipſi & ſociis omnibus enunciati occaſione vix enim aliud inquiebant fuit illis peccandi periculum quod autem fuerit id conſilium quia non ſatis liquet; nihil affirmabo, ſed quæ à variis probabiliter dici putantur indicabo: libera erit cuiuis ſentiendi optio dummodo ſtet illud firmum in quo conſentiunt omnes ſuperbia elatum cecidiſſe.

Hunc igitur abſtraxit à Deo admiratio, & amor ſui, cum enim numen ſupremum in ſe quaſi in ſpeculo ſuſpicere deberet ſeque præterito ſuum opificem vnum cogitatione & amore complecti, exemplar oblitus, hæſit defixus in Imagine. Simitudine igitur cum Deo cui parem eſſe nullam in rebus condictis exploratum habebat, non contentus, maiorem ambiit atque auſu nefario quamdam affectauit æqualitatem; imo etiam præſtantiam: dum ſuæ voluntati diuinam adiungi non ſuam Deo ſubeſſe concupiuit. Eò enim ſpectat illud apud Ezechielem quod Lucifero tribuunt ſancti

Patres

Patres *Dicebas in corde tuo In cælum conſcendam. Supra aſtra Dei exaltabo ſolium meum; ſed ibo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis; aſcendam ſuper altitudinem nubium: ſimilis ero altiſſimo.* Etſi autem id oraculum alio fortaſſis ita ſpectet, vt ad rem præſentem non pertineat: æque tamen conſtans eſt maximæ partis ſanctorum patrum & Theologorum ſententia, Luciferum *Superbia tumidum propriæ poteſtatis delectatione corruptum ſe à luce veritatis auertiſſe*: atqui inter ſe diſſident de ſuperbiæ genere quo in Deum peccauit, de quo proinde nihil exploratum habetur: hoc autem probabiliſſime dici poſſe opinor ſua ſpecie, ſcientia & magnitudine captum quibus Deo præ cæteris erat ſimillimus, ſic affectaſſe in res omnes conditas dominari vt nulli ſubeſſet: ac ne ipſi quidem Deo ſi fieri poſſet, eſſet obnoxius: tametſi enim eum dominatum nulli obnoxiũ & ſuis viuendi legibus libertatem intelligeret ſibi non poſſe contingere; quia non magis ſupremo res in omnes conditas imperio Deus abdicare ſe poteſt, quam diuinitate exuere; in eo tamen grauiſſime deliquit quod eius libertatis delectatus, ficta ſpecie in eius amore licet inefficaci acquieuerit: & ſuam clyentelaris in Deum obſequij auerſatus ſit obligationem. Eius autem ſuperbiæ contagione non video quomodo ſe Angelorum plurimi contaminarint, niſi qui aut naturæ perfectione æquales, paris quoque dominatus & libertatis amore clientelare in Deum obſequium oderunt, aut inferioris cum eſſent naturæ, ſunt Lucifero adulati, & Deo quem non videbant ſubeſſe grauiſſimum ducentes exiſtimarunt ſe tolerabiliore conditione ſeruitutis futuros ſub Lucifero, qui non naturalem vt Deus, ſed

S. Augu. l. 11. de Gen. ad lit. c. 23.

quaſi precariam in intelligentias omnes eſſet habiturus dominationem.

Ex ea ſuperbia facile manarunt cætera ſi quidem verum eſt quod cenſuerunt aliqui de ſchola Theologi pluribus gradatim, & ordine quodam ſe aſtrinxiſſe ſceleribus. Suæ quippe pulchritudinis admiratione, & amore ebrij vt ſic loquar & partim amplioris dignitatis partim tolerabilioris ſeruitutis deſiderio licet ineffaci ſuccenſi, proclиues fuerunt, ad id in quo S. Thomas ſenſit eos peccaſſe dum ſuperbia tumidi, naturæ ſuæ bonis acquieſcere ita concupierunt vt aut aliam omnem beatitatem faſtidirent; aut eam non diuinæ gratiæ ſed ſuæ naturæ viribus acceptam ferre vellent; ſicque Deo ſimiles eſſent. Quem animi affectum Gelaſius Papa *Spiritualem fornicationem*. S. Ambroſius *Auaritiam* poſſe dici aſſerit, qua *Lucifer ſuam*, inquit, *menſuram exceſſit non dignatus eſſe diues niſi proprijs: tanquam habiturus hoc ſimile Deo vt bonorum ſuorum ipſe ſibi fons; ipſe eſſet copia.*

Scotus in 2. diſt 3 q. 1.

1. p q. 63 a. 3.

Epiſt. aduerſus Pelag. hæreſ l. 4 ep 33.

Indidem facile intelligitur quomodo indignati ſint cum humanam naturam Angelicæ inferiorem didicerunt ex Deo dominatum in vniuerſum corporeum obtenturam: ad eandem homines, & intelligentias gloriam euehendos: ad quorum interim procurationem eſſent Angeli adhibendi. Quid ſi præterea quod ſatis multis hac ætate placere video participandæ Diuinitatis cupidiſſimis cœleſtibus illis animis Deus poſſibilem ſignificauit eſſe ſuæ diuinæ naturæ cum intelligentię participe coniunctionem tantam, vt ea vere ac propriè ſit Deus? Quid ſi eis prædixit futuram eam aliquando coniunctionem cum ſingulari aliqua natura eiuſmodi cui cæteras omnes ſummam venerationem, &

cultum

cultum tribuere, & dicto audientes esse vellet & iuberet quantos ea res desiderij succendit ignes in quolibet vt sibi tanta dignitas obtingeret? quam vehementer autem pupugisse, & confidisse verisimile est excellentiæ propriæ auidissimum Lucifeum cui diuinus etiam videbatur impatibilis dominatus, audire eam diuinæ maiestatis participationem & supremam res in vniuersas dominationem humanæ naturæ destinatam? Quam procliue fuit & ipsi tale detrectare imperium & quam plurimis persuadere hanc esse naturæ Angelicæ si minus iniuriam.: Ignominiam tamen, & seruitutem minime ferendam; & quomodocunque à se repellendam.

Iacobus Episcop. Chryso. in psal.

E quidem grauior hæc fuerit illi visa causa diuinis repugnandi consiliis quam aut dominatus in res corporeas Adamo destinatus ad quem velut ad circi metas omnium vt sic loquar fortunarum & salutis naufragium ab eo factum censuere S. Anastasius Synaita & Tertullianus: aut eiusdem hominis dignitas quam suæ quodammodo in eo quodammodo in eo æmulam quo ad Dei similitudinem effectus, esset perperam interpretatus ægerrime tulit: Deumque in eo grauiter ostendit, & corruit vt quidem visum est SS. Cypriano, Gregorio Nysseno, & Methodio.

L. de patient. c. 5. 1. l. de zelo 2. catech. c. 6. 3. apud Photium cod, 234.

Nam diuinæ maiestatis imminutæ reum factum Luciferum quod cum neminem Angelorum haberet conscium suæ creationis: quippe qui omnium primus esset conditus, & à nemine comprehenderetur scientia, voluerit ab inferioribus Angelis haberi Deus quod Prudentius, & Alcimus Auitus cecinerunt: aut inferiores deinde Angelos à Deo defecisse insano, & impuro mulierum amore inflammatos

1. in hamarti- gen. 2. l. 2

inflammatos nihil habet probabilitatis tametsi hoc posterius multos ex Antiquis & SS. Patribus autores habeat. Liberos enim ab omni corporea concretione spiritus insanus corporum amor inflammare nequit. Neque si post casum & præcisam omnem pristinæ dignitatis recuperandæ expectationem cum non minus odio in Deum quam igne tartareo deflagratLucifer cum suis sectatoribus diuinum cultum & nomen quoad eius fieri potest sibi tribui semper appetiit, & vt consequeretur omni ope contendit. Ideo fit probabile florenrem & integro atque incorrupto iudicio tanta de mentia çœpisse deprauari, atque hostis Dei fieri.

CAPVT. X.

Lucifer plurimos Angelos ad se abduxit.

QVocunque autem superbiæ genere se in fælix à supremo numine auerterit: quæsiit in plurimorum atque omnium si posset Angelorum scelerata societate probabilem aliquam sui criminis excusationem. Quare tametsi Vincentius Bellouacensis censeat illos Lucifero sponte,& sine suggestione consensisse: probabilius est eum de subito suum cum iis, quos naturæ præstantia proximos habebat sermones conferre cœpisse vt illos in suam sententiam perduceret: Et indignum esse dicere vel humanam naturam tanto Angelica minorem illi æquari vel etiam ita præferri vt hæc summam illi

Speculi historial. lib. 1. c. 10.

illi venerationem & cultum tribuere iubeatur vel se tantis ornatos naturæ dotibus ad quas cæteræ res à Deo conditæ nihil admodum essent idem ac res infimas iugum seruitutis pati:cumque possent suis bonis felices & beati esse; ad nescio quam felicitatem meta supliciorum adigi, quam si obtineant non illam suo arbitrio sed diuino auxilio ferre debeant acceptam, non aliter atque humiles & infirmis viribus homunculi.

His aut nihilominus impiis semonibus suæ superbiæ malum facile afflauit illorum quampluri-mis: in quorum velut amicissimorum sinum suæ virus acerbitatis effudit; Primo quidem clam, vt verisimilius opinor; post vbi principum nonnullos suas in partes traxit palam, per se, perque eos quos sibi adiunxerat ad defectionem vniuersos sollicitans. Sic enim Rupertus probabiliter accipit illud apud Ezechielē ad Tyri principem, nec non ad Luciferum pertinens *In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate & peccasti*, paulo post iterans. *In multitudine iniquitatum tuarum & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam.*

L. de Victor verbi Dei c. 11.

Capvt. XI.

Facit à Deo Michaël.

EIdem autem facile assentior in eorum quæ deinceps contigerunt narratione. Primo quidem nefariis Angelorum perduellium consiliis simul ac innotuerunt restitisse pro diuina gloria Michaë-lem

lem ; & ad præstandum debitum obsequium Deo quam maxima demissione, deque illo magnifice sentiendum quasi signum aliquod sustilisse spiritibus quos impietatis autor nondum ad suam nequitiam abduxerat :"Tum adiunctis sibi aut potius Deo iis omnibus, maximo prælio dimicatum. *Inter magnas iras Dæmonum ; magnumque, & bonum zelum spirituum bonorum* vt Rupertus loquitur. Vt enim istos inflammatus erga supremum numen amor ad generose repugnandum suasionibus impiis incitabat : sic impiorum princeps grauissimè ferebat sua damnari consilia:& spem atque gloriam infringi. Itum vtrimque infestis signis in hostem: certatum est diu, non manu & armis : sed intelligentia, cagitatione & effectu multiplici : impiis naturæ angelicæ falsam libertatem, & inanem excellentiam nequiter inculaantibus ; pro diuina autem gloria, & vera sua sempiternaqne felicitate fortiter stantibus qui Michaelem sequebantur.

Spectauit hoc certamen aliquandiu Deus : Neque enim momento, quod fieri poterat, confici voluit id bellum:& sanctorum quos gratia retinebat in officio meritum hoc magis augeretur quo diuturnior esset pugna ; vtque ipsis perduellium scelerata nequitia & sumendæ de iis vindictæ æquitas tanto notior fieret quanto diutiùs superbè in Deum, & arroganter peccauissent. Ipso interim dissimulante vt aut quod liberum illis erat superbire tam impie desisterent aliquando : aut etiam quod non nemini visum est suscepti in se flagitij pœniteret.

Capvt. XI.

Præcipites acti in Tartarum dæmones, eorumque pœna.

SEd cum obstinatum Luciferum & socios nulla creata natura posset de sententia depellere; neque Deus vellet nullo (qualis hominibus ruina esse solet) turbido, & concitato animi motu, aut errore; sed suapte sponte in fraudem inductas, gratuitis, & supernis auxiliis excitare, & iuuare ad veniam petendam & impetrandam, *Verbum æternum intonuit horrendum in modum*, ait Rupertus: eoque tonitruo contremuit vniuersus exercitus spirituum corporeæ molis expertium, præ reuerentia quidem pars maxima & perseuerantia in diuino cultu nobilis; Lucifer autem eiusdemque sectatores proximæ cladis quam pronuntiabat motu. Vox illa tonitrui fuit qua Babylonici regis postea castigata est ambitio, & insana diuinitatis cupiditas, *Ad Infernum detraheris in profundum laci*. Dictum factum: sancti quippe Angeli quibus Dei obseruare nutus & exequi mandata omnia semper cordi fuit, qua virtute creduntur à quibusdam cœlorum immensos orbes & sydera globos circa terram celeritate ciere mirabili; eadem intente Deo perhibentur à duobus magnis Theologis impressione coniunctim facta in perduelles spiritus eos cœlo proturbasse & in tartara præcipites egisse: vbi teste Sancto Petro *rudentibus*, ex caligine ad stricti, seu vt habet S. Iudas, *vinculis æternis sub caligine*

Naryo Gerson.

caligine, æque veris ac miris modis igne crucian-tur, iustasque superbiæ suæ pœnas dant dabunt-que in æternum tempus procul à felicitatis do-micilio relegati, ab omnibus gratuitis donis nudi; naturalibus autem ornamentis in tristia pœnarum suarum conuersis instrumenta. Etenim nihil illis ex rerum naturalium scientia nascitur nisi dolor & opinione maior tristitia, quod iis cœrcita velut claustris intelligentia ad Dei claram notitiam cu-ius cupiditate depereunt, emergere nunquam po-terunt, voluntatis arbitrium sua partim obstina-tione, partim diuinorum luminum inopia ad aman-dum & quærendum honestum iners turpia tan-tum & sibi noxia consectatur. Vnde & bona quæ naturarum liberi compotum arbitri. propria dixi-mus mentis videlicet arcana sensa, mala sunt illis maxima, & intolerabilium ærumnarum fontes, quippe quæ nihil aliud fere sunt nisi machinatio-nes impiæ quæ in caput architectorum suorum re-cidunt & eos quemcunque tandem habeant exi-tum, ignominia, cruciatibus, desperatione iustissi-mè mactant. Vis illa qua pollent ad se aliaque lo-co mouenda, continuorum est illis dolorum origo: quia quandoque ignibus velut carcere conclusi coguntur immoti iacere vt Lucifero traditur con-tigisse iam inde à Christi Domini ad inferos des-censu: semper autem diuino nutu coercentur, ne quod maximè cuperent moliantur aliquid ad vni-uersi perturbationem; sæpe à Beatis Angelis, non raro à sanctis hominibus ex obsessis corporibus aut infessis locis exterminantur.

Si puri spiritus sunt ab omni materia segregati quam esse communissimam dixi Theologorum sententiam: Inde hauriunt immensam tristitiam

quod tametsi nullum illis rerum corporearum naturalis efficientia ferre possit incommodum, ab igne tamen reapse torqueantur, Deo flammas, & corporatum mundum armante ad sumendas de reis imminutæ suæ maiestatis spiritibus pœnas.

Immortalitatis amabilissimum, & iucundissimum Beatis Angelis bonum, infelicibus illis desertoribus factum est odiosum & molestissimũ; quia sua grauitate impatibiles ad breuissimam etiam temporis moram cruciatus præstat sempiternos.

Naturæ excellentia qua dux perduellium antecedebat omnes, quaque cæteri ipsis saltem hominibus longe multumque antecellebant, quantæ in Tartara deturbatis causa est ægritudinis & ignominiæ, cùm isti quo instigante diuini dominatus suauissimum & honestissimum iugum à se contenderunt repellere, coguntur immanissimo Tyranno subesse: ille autem Vltorem Deum & Christum inuitus patitur apud quem suauem & beneficum Dominum & amantissimum Patrem addicti clientis, aut etiam filij professionem edere graue & intolerandum videbatur.

Perseuerat inter illos ea distinctio in hierarchias& ordines de qua non nihil obiter perstrinxi: sed nulli est vsui, nisi ad diuinæ sapientiæ prædicationem, quæ in pœnis etiam ordinem seruari vult: Cæteroquin apud inferos nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Neque enim ea diuisione in hierarchias & ordines vtuntur vt Beati Angeli, eum in finem ad quem facta est: vt scilicet hausta ex Deo lumina primi cum cæteris deinceps communicarent, & ad eiusdem supremi numinis cultum & hominum in virtutis studio profe-

ctum

ctû quiſque munere ſibi aſſignato perfungeretur. Quod enim lumen inferret tenebrarum princeps ſuis ſectatoribus? aut quam curam ſuſciperent de diuina propaganda gloria & hominum ſalute qui in vnum habent defixam mentem, & internas vires omnes vt diuinum ad ſe cultum & venerationem trahant, & mortales omnes ſcelerum contaminatos colluuie ſempiternis excrucient ſupliciis.

Capvt. XIII.

Quis ſanctorum Angelorum de profligatis impiis fuerit ſenſus.

Sed ſtylum & cogitationem, vtinam & voluntatem, noſque ipſos totos in perpetuum auertamus à ſpectaculo tam triſti vt ipſis etiam beatis Angelis mœroris aliquem ſenſum attuliſſe putauerit Rupertus, poſtea quam vacuum tertia ſuorum ciuium parte cælum aduerterunt; vixque induxiſſent animum de victis ciuibus triumphum agere niſi perduelles & Deo inuiſos, atque infeſtos meminiſſet: ac proinde prorſus alienos & hoſtes crudeliſſimos: qui ne ſoli perirent in capitale facinus & in æternam perniciem impellere conati fuerunt vniuerſos. Veriſimile quoque eſt quod idem Rupertus ſapienter coniecit reſpectantes in miſeros illos, ſecumque reputantes quam ſublimi ex faſtigio dignitatis & ſperatæ Beatitudinis in profundam ignominiæ & miſeriarum abyſſum præciſa omni meliorum expectatione præcipites illos

l. 2. de vict. verbi Dei c. 2.

ſcelerum vindex Deus egiſſet, cohorruiſſe & ſancto timore perculſos illud ab Apoſtolorum Principe tanto poſt pronunciatum occupaſſe. *Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis.*

Si qui autem miuus fortiter & ſtrenue repugnarant impiis reproborum ſuaſionibus quod audio viſum fuiſſe nonnullis, eos hoc gemino affectu doloris & timoris diuinæ charitatis impulſu concitato auſim opinari ſuis meritis addidiſſe quod propter eiuſdem amoris & fortitudinis remiſſionem deerat in cumulum.

Quamquam de Sanctis Angelis ne vno quidem dempto malum honorificentius, & ſentire, & prædicare cum diuinæ gratiæ impulſionibus fortiſſime obſequuti omnibus animi viribus eidem gratiæ adlaboraſſent; victis & proturbatis è cœlorum Domicilio deſertoribus eximium hoc erga Deum obſequium aliunde magno aùxiſſe cumulo. De malignorum miſero ſtatu, & contumaci in Deum, & homines furore præclare diſſeruit Guillielmus Pariſienſis tota ſua tertia parte ſecundæ partis de vniuerſo.

SANCTO



HISTORIÆ SS. ANGELORVM.

Pars Tertia.

EORVM TRIVMPHVS.
Gloria, & munera.

CAPVT. I.

Triumphus.



VICTORIAM suam Deo ferentes & par erat acceptam Sancti Angeli primò eius Iustitiæ in sumendis pœnis de perduellibus & misericordiæ qua ipsi stabant laudes nouo cantico statim celebrare cœperunt, vt sapienter coniecit Rupertus: Tum à Deo reuocati in cœlum vbi suæ fidei & victoriæ præmiis donarentur, eò mirabili celeritate conscendere triumphantes gaudio gratiæ qua sunt sancti palmata vt sic loquar, & picta

l. 1. de vict. verbi Dei c. 30.

virtutum, rerumque fortiter gestarum toga conspicui, meritorumque coronis redimiti.

Etsi autem quot erant in hoc innumerabilium spirituum exercitu Angeli, totidem triumphantes Imperatores videri potuerint, (adeò præcipuam, & singularem quilibet in hoc bello nauarat operam:) attamen quia vt naturæ aut dignitatis discrimen inter illos statuerat Deus, ita gratiæ voluerat esse inter eosdem ac proinde meritorum differentiam; illos eo crediderim ordine in cœlum se penetrasse & ad Dei Thronum accessisse quem in hierarchiis tenere voluerat. Si enim quod censet S.Thomas, pro naturæ & dignitatis præstantia gratiæ donis ornati; iisdem grauiter vsi sunt singuli, se tanto quisque gesserat in eo conflictu generosiùs & eò maius decus fuerat promeritus, quò cæteris naturæ aut muneris antecellebat dignitate.

Primos itaque ordines ducebat Michael qui vt Ruperto visum est ex eo quod primus Lucifero fortiter obstitit gloriosum nomen inuenit & summum atque altissimum inter sanctos spiritus gradum obtinere promeruit. Cæteri deinceps suo quisque ordine sequebantur, non vocum aut Musicorum instrumentorum, quorum sonus sub sensus cadit, sed cogitationum de Diuinitatis excellentia& magnitudine atque in eam inflammati studij, & amoris concentu mirabili complentes loca omnia quibus iter illis ad Dei Thronum fuit.

Hic abiecti, & prostrati omnes eo scilicet modo qui naturis corporeæ molis expertibus est possibilis; substantia (quam arbitratu suo nunc in angustum contrahunt, post diducunt in varias loci dimensiones) in longitudinem extensa aut etiam contracta & proiecta ante Dei Thronum suum rerum que

tumque omnium præpotentem & ſapientiſſimum opificem ſumma demiſſione animi venerantur: Iuſtitiam prædicant qua merito ſupplicio perduelles affecerat: Miſericordiæ gratias agunt qua ruentibus in præceps ſociis in gradu ſteterant ab ea ne laberentur retenti: ſupremum eius vtpote conditoris res in omnes dominatum agnoſcunt: quæcunque naturæ aut gratiæ bona poſſiderent illius bonitati accepta ferunt? ſeque addictiſſimos clientes, & ad omne paratiſſimos obſequium profitentur.

Caput. II.

Cœleſtem adeunt hæreditatem.

INterea verò dum pro cuiuſque hierarchiæ gradu recipiant ab eo mandata quæ diligenter perſequantur & afficiant, purgandis, illuminandis perficiendis inferioribus; in eas totis incumbunt viribus ſacras actiones in quibus circa Deum ſanctiſſimè ſimul, & iucundiſſimè exercentur, in eius ſcilicet contemplationem, amorem, laudem, & religioſum cultum.

Nec vana eſt coniectura inter hæc ardere cœpiſſe eò vehementiori clarè videndæ naturæ diuinæ & Auguſtiſſimæ Triadis deſiderio, quò formã & ſpeciem eius, quà naturæ lux exigua; quà fidei ſub obſcura mentis oculis obiiciebat auguſtiorem nimirũ quod fermè vſu venit ſanctis hominibus, afflante Deo vt quo propius abſunt à beata vita hoc ardẽtius Dei claro conſpectu frui cupiant: Id quin SS. Angelis contigerit nemo iure dubiũ habere poteſt.

Deus qui ſuapte ſponte, & infinitæ bonitatis quodam quaſi pondere ad ornandos beneficiis etiam immerentes fertur cum ad reos ſuppliciis afficiendos prope modum inuitus trahatur ; non fuiſſet paſſus perduellibus Angelis pœnam prius infligi quam fuiſſent obſequentes merito præmio donati:niſi breui dilatione decreuiſſet eius deſiderium in iis accendere quo incredibilis fieret ad meritum, & futuram mercedem acceſſio.

Imo non diſtulit vel ad breue tempus obſequij maximam illis rependere mercedem : quo enim momento præcipites in Tartara Dæmones acti ſunt : eodem ſanctis ſpiritibus certa fuit ſalus in eo quod autore S. Auguſtino, certiſſime nouerunt *Se in dilectionis æternitate à Deo firmatos* vt loquitur S. Fulgentius : Et quod habet S. Iſidorus Hiſpalenſis ita *firmitatem æternæ perſeuerantiæ conſequuti ſunt* vt teſte S. Greg. Magno *iam cadere omnino non poſſent* : & quod poſt Sanctum Auguſtinum ſcripſit S. Proſper *diuino, iuſtoque iudicio quæ fuit illis manendi voluntas, fieret permanendi, voluntaria felixque neceſſitas.*

l. de corrept & gratia c. 3.
l. 7. Orig.
hom. 7. in Ezec.
ſupra c. 11.
l. 1. de vita contemp. c. 3.

Hanc Porro neceſſitatem vt perfectiorem, diuinæque ſimlliorem haberent *de excelſo ſuo Throno miſit* Auguſtiſſima Trinitas *ignem* in ſanctos Angelos : qui lumine gloriæ mentes eorum ſic illuſtraret vt diuinitatem ad æternum tempus clare intuerentur ne momento quidem vnquam coniuentibus aut ab ea deflexis oculis ; eius perpetuo & ardentiſſimo flagrarent amore ; in eaque ſuauiſſime in omnem acquieſcerent perpetuitatem.

CAP. III.

Summa rerum ab Angelis gestarum & gerendarum.

ATque in eo orta est diuinæ participatio fœlicitatis; naturæ Angelicæ summa cum Deo similitudo; & quidquid de sanctis Angelis eximium aut dici, aut cogitari potest. Enimimo hæc ab iis momento ex illo gestarum rerum, & in omnem perpetuitatem gerendarum historia summa est & Epitoma: nam quæ præterea aut gesserunt, aut gerunt, aut gesturi sunt ea profecto ad hanc mentis agitationem, ad hunc voluntatis affectum ad hoc gaudium, atque (vt vno verbo complectar omnia) ad hanc vitalem cum Deo coniunctionem nihil admodum sunt.

Eius diuturnitas eatenus est diuinæ æternitatis imitatio vt cum cæteræ Angelorum actiones fluant nec diutius in vno eodemque sint statu quemadmodum ex dictis & dicendis planum fit: ista semper eadem permaneat eumdemque statum in omnem perpetuitatem obtineat.

Si enim quærat curiosus aliquis quid egerunt Angeli ex eo momento quo beatitudinem consequuti sunt, & quid gesturi sint in æternum, satis illi fieri poterit hoc vno verbo: id ipsum prorsus gessisse, & gesturos & quidem immutabile quo summo bono Deo scilicet frui cœperunt hoc est. Instans Angelicum diuinæ æternitati quoad eius

fieri

fieri poteſt ſimillimum, indiuiduum videlicet, totum ſimul exiſtens : & nullum vnquam finem habiturum.

Quamquam autem hæc mentis agitatio omni creata vi maior ſit: ideoque oporteat diuina luce intelligentiam compleri, & ardore voluntatem inflammari ad claram diuinitatis notitiam & charitatem : non tamen vires naturales Angelorum exhaurit, quo minus varias obeant functiones : multaque præterea deinceps agant ad ampliorem Dei cultum, ad ſuauiorem cum aliis intelligentiis con uictum & ſocietatem, atque ad hominum commodum & ſalutem.

Qua in re Deus illos etiam ſui maiore ſimilitudine dignatus eſt: quippe qui non impeditur æterna ſuauiſſima, infinita ſui comprehenſione & charitate ne res creatas conſeruet potentia, adminiſtret prouidentia, foueat, augeat perficiat bonitate.

Angelos itaque quos ſibi contemplatione, & dilectione nunquam aut intermiſſa, aut mutata voluit in perpetuitatem omnem attentiſſime, & arctiſſime coniungi, donauit viribus ad alia pleraque præſtanda ; & in varios principatus ſacros, & ordines tribuit,ſuo cuique aſſignato munere:cuius diligẽti functione gaudiũ promereri poſſint omnes aduentium. Aduentitium inquam non modo quia lætitiæ quæ Dei poſſeſſionem cõſequitur eſt quaſi leuis quædam appendicula, ſed etiam quia minime quæritùr ab Angelis in ſui mumeris functione vnũ in illud defixis vt ad Dei nutus ſe fingant,nulla nouæ mercedis expectatione,..tque præ amoris in Deũ puriſſimi, & ſinceriſſimi ardore, in omnes illi vni obſequendi,& placendi occaſiones intenti.

CAP

Cap. IV.

Hierarchiæ cœlestes, & earum functiones.

CVm igitur Beatitudinis Angelorum acerrimi contemplatores aduertant præter eas actiones in quibus sita est eorum æterna felicitas alias esse sacras, seu vt loquuntur hierarchicas: alias honestas quidem, sed minime tamen religiosas; ad quas scilicet non sunt à Deo diuisi in varias hierarchias seu sacrorum Principatus, sic enim eam græcam vocem à S. Dionysio traditam interpretari oportere putat pòst S. Maximum Petauius. Hæ vix à sanctis Angelis vnquam eduntur quia neque intelligentiæ viribus innatis in suæ naturæ præstantiam, aut in res alias conditas cogitatione, vel dilectione sola naturali, ferri: Neque inter se aut cum hominibus de rebus eiusmodi sermonem habere existimo; nisi quando, & quatenus ad hierarchici muneris functionem vtile, aut necessarium est. in c. 3. coel. hier c. 2. de Aug. c. 2.

Actiones autem sacræ eæ sunt ad quas Angelos dicebam supra, fuisse distributos à Deo simul ac eius efficaci imperio emerserunt è nihilo. Eæ scilicet omnes quibus Deo maximam quamdam ad similitudinem acceditur: siue perfectissima cum illo coniunctione, & subiecto eidem animo; siue beneficentiæ & efficacitatis diuinæ quoad fieri potest imitatione.

Quæ vt planiora fiant & euidentiora ad eorum intelligentiam quæ ad huius historiæ Epitomes absolutionem

absolutionem necessaria sunt: duo mihi breuibus sunt indicanda. Primùm enim quod perstrinxi de numero hierarchiarum & ordinibus, distinctius enarrandum est. Alterum, explicandæ sunt actiones sacræ Sanctorum Angelorum, primo circa Deum, deinde inter se, post in hominum commodum. De his duobus qui compendio didicerit, quid SS. Patres & Theologi censeant vix quicquam vltra desiderabit ad Angelicæ historiæ cognitionem, quantum satis esse debet consequendam.

CAPVT. V.

Hierarchiarum, & Ordinum numerus.

DE Primo nihil fere compertùm habetur nisi esse inter Angelos non minus quàm inter homines, atque etiam inter res ex quibus hoc vniuersum corporeum constat aliquam graduum, & dignitatis differentiam: sine qua ne minimæ quidem ciuitates starent, nedum florerent, & suam Maiestatem tuerentur. Illud quoque in hac re persuasum est omnibus mundum intelligentiarum in sacrorum Principatus aliquot, seu hierarchias; & istas in varios ordines distingui. Et quia nouem Angelorum communia nomina aut in sacris literis ligit aut ex S. Paulo didicit S. Dyonisius & post eum S. Gregorius Magnus: ideo totidem in ordines distributos censuerunt Angelos quàm plurimi, & eos ordines ita dispositos & ternis in vnam conuenientibus

uenientibus principatus formam, ex nouem ordinibus ita conflatæ sint tres hierarchiæ, seu sacrorum principatus, vt tamen scientia, potestate, actione prima cæteras & secunda tertiam antecellat.

Diuisionis huius plausibiles quidem afferunt rationes Theologi, sed quæ certam fidem minime faciant. Tres tantum intelligentiarum esse hierarchias, vel in earum singulis tres solum ordines S. Thomas trinas hierarchias ex eo probat, quod sint tres communes rationes cognoscendi res creatas, nimirum prout respectum habent vel ad Deum rerum omnium, primam, vnicam vniuersalem caussam: vel ad causas secundas easque hoc pauciores, quo sunt minus vniuersales; cuiusmodi sunt sol, & sydera quæ vulgo putantur ad plurimarum rerum procreationem non nihil influere; vel denique ad causas proprias & singulares quę pro multitudine & varietate effectorum variæ sunt, & multiplices. Primum conuenire dicit primæ hierarchiæ tribus ordinibus qui Deo proximi sunt, resque creatas quam plurimas vnica mentis agitatione percipiunt, in eo quod inter se conueniunt respectu ad causam primam. Secundam secundæ & tertiam vltimæ propriam esse asserit quæ duæ pro causarum multitudine suas notitias multiplicant,

Idem tamen affirmare non dubitauit inter singulas intelligentias quas omnes inter se differre specie docuit maximum esse rationum res cognoscendi, discrimen; ac proinde plurimas in hierarchias esse quoque distinctum earum intelligentiarum modum, totidemque esse ordines quot sunt Angeli quippe qui non minus inter se mentis perspicacitate quæ cuiusque naturæ præstantiæ congruit

gruit

gruit, quàm sydera claritate distent.

Neque hunc terminum Principatum in Angelis, trinumque in quolibet principatu ordinē satis certo definiunt aliæ duæ rationes quarum priorem petit S.Thomas ab eo quod in rebus publicis bene constitutis distingui fere solcant ciues omnes in tres ordines: quodque rerum quibus communis est aliqua perfectio aliæ sint ea virtute præcellētissimæ dum aliæ mediocriter eam participant, aliæ minimum eius habent. Posteriorem autem Hugo à Sancto Victore sanè perillustrem ducit à similitudine quæ cum tribus diuinis personis est singularum hierarchiarum ordinibus quàm suo loco perstringam. Et vero quis certe definire ausit hunc hierarchiarum, & ordinum numerum quando sanctus Chrysostomus non vno loco scripsit præter eos Angelorum ordines quorum nomina sacrarum litterarum monumentis habemus consignata, alios esse quam plurimos: quemadmodum Apostolus data ad Ephesios Epistola non obscure docuit; quid quod S.Dionysius qui primus in nouem istos ordines intelligentiarum mundum tributum esse clare significauit, negat exploratum esse, quot sint sublimium illarum ordines naturarum.

Hom 4. de incompt. Dei nat. orat 5. contra Anom. hom. 3. in ep. ad Ephes. c. 1. c 6. coel. hier.

Ita igitur ternas hierarchias, paremque in singulis ordinum numerum quem iam pridem Theologi probarunt retineamus: vt quæ ab illis dicuntur, de cæteris quoque si ex pluribus constat Angelicum vniuersum: posse maximam partem asseri censeamus. Nempe hierarchiam esse (vt eam describit S. Thomas) multitudinem naturarum intelligentiæ participum, quæ iisdem legibus eademque administrationis forma ab vno Principe regi possunt. Vnde effici docet neque esse posse

vnicam

vnicam ex hominibus & Angelis conflatam hierarchiam: neque in dubium vocari posse, quin tam multiplices sint inter Angelos quàm varius est inter eos, & diuersus modus res cognoscendi, naturalibus intelligentiæ viribus. Sed ea definitio minus instituto nostro congruit, quàm quæ à SS. Dionysio & Maximo græcè tradita quæ planiore hac interpretatione sic latinè exponi potest. Est quidam Principatus, & potestas sacrorum luminum diuinitus haustorum, ita in alios ordine transfundendorum, vt ad Dei similitudinem, & cum eo coniunctionem quantum fieri fas est accedatur.

Hinc enim primò intelligitur, tametsi forte hæc inter intelligentias distinctio facta sit à Deo communiter cuiusque Angeli præstantia naturali: dignitate tamen, potestate scientia, & functione naturæ Angelicæ viribus esse superiorem. Post efficitur indidem, actiones sacras quas hierarchicas dicunt vna contineri haustorum ab intelligentiarum sole Deo luminum diffusione in eos, quos eorumdem vult esse participes diuina bonitas: iisque sic purgari simul, illuminari, & perfici anteriorum hierarchiarum ministerio: vt prima aut integra, aut eius pars aliqua continenter à Deo purgetur non discussa caligine, aut abstersis sordibus quibus carent Beati Angeli, sed amplioris accessione lucis; eadem quoque lucis diffusione illuminari dicitur, quatenus venit in perfectam cognitionem rerum quarundam quas in essentia diuina tametsi clarè visa non intuetur. Neque enim necessariò diuinæ naturæ conspectum comitatur operum eius omnium & singulorum distincta cognitio. Eadem luce quoque perficitur hoc est in diuino quodam

ſtatu collocatur: quadam vt ita loquar conſtantiæ, & firmitatis acceſſione.

Et vero diuinum eſſe oportet, & ſacræ omnis ſcientiæ peritum qui Deum imitari ac triplici actione ſacra contendit: atque ideo neceſſe eſt vt in Deum prlùs quodammodo ſe immergat, aut potius eum illabentem in ſe recipiat quàm imitetur & exprimat purgandis, illuſtrandis, perficiendis inferioribus.

CAPVT. VI.

Angelorum ordinum nomina ex hierarchico munere erga Deum maxime ducta.

EQuidem id tanti eſſe me legere memini vt primæ hierarchicæ tres ordines quos plerique volunt æquales eſſe, naturæ præſtantia, gratiæ ſanctitate, hierarchico gradu atque functione nomina potius habeant ab intima cum Deo coniunctione quam ab acceptorum ab eo; bonorum ordinata & ſacra cum Inferioribus Spiritibus communicatione, prius enim & potius Seraphini, amore ſingulari & igneo vnde nomen habent, incenduntur à Deo; ad eumque toti conuertuntur & ardentiſſimo ſtudio rapiuntur quam inferiores ſpiritus qua ſuo mirabili exemplo qua peculiari quadam efficientia Deum imitati eadem charitate inflammare ſtudeant & conentur.

Et ſi autem Deo ſimiles eſſe contendant vehementer

menter Cherubini, ſapientiam hoc eſt diuinarum rerum cognitionem ex qua nomen inuenerunt cum aliis amiciſſime communicando, in eo tamen prius toti ſunt, in quo ſe diuinos maximè fieri intelligant vt ſcilicet os admoueant ipſi fonti ſapientiæ Deo; & multiplices oculos quibus ſparſi dicuntur in eum coniiciant de illo ne tunc quidem deiiciendos quando eius imitatione maximarum rerum ſcientiam quã habent aliis benigne tradunt.

Thronis ſimiliter nomen Magnificum impoſuit dignitas quidem ſublimis, & diuinæ prædicatio Maieſtatis cuius in ſe ipſis imaginem illuſtrem exhibent quamque ideo magnificè dicuntur ſpirituum inferiorum mente inuehere; ſed multo glorioſius fecit illis nomen ſedens in eis velut in ſolio Deus quatenus eius Maieſtate plurimum lætantur; ſe illi reuerenter ſubiiciunt, & conſtantiſſime adhærent; ab eo diſcunt recti iudicij de rebus agendis formam, & modum hauriuntque ſummam & inconcuſſam tranquillitatem.

Vno Verbo totam hanc ratiocinationem complexus eſſe dici poteſt Hugo à S. Victore cum dixit amare, cognoſcere & iudicare (quæ trium ordinum hierarchiæ primæ ſunt functiones) ad interiora reſpectum habere.

Haud aliter de tribus ſecundæ hierarchiæ ordinibus ſentiendum eſſe omnes dicent qui apud S. Dionyſium legerint Dominationes ita gaudere, & gloriari diuino in ipſas reſque vniuerſas dominatu vt inde vehementer excitentur ad ea mandata quæ eius nomine data ſunt à Thronis eatenus per ſe conficienda vt inferioribus Angelis quorum eſt ea exequi, certas ſingulatim præſcribant vias ad id feliciſſime præſtandum. c.8 coel. hierarch.

De virtutibus quarum munus esse plerique docent, Cœlos, elementa aliasque causas vniuersales ciere, eaque in iis admiranda moliri quibus Deus quasi signis ad sui nominis reuerentiam, & cultum maiestatis naturas intelligentiæ participes excitari vult: De iis inquam virtutibus haud absimilia S. Bernardus indicauit, cum dixit Deum qui est virtus in eis manens hæc mirabilia opera efficere, cui proinde prius eas iungi oportet arctissime quam eius efficientiæ consortes fiant, & administræ.

Potestates fortitudinem, qua Deum omnipotentem repræsentant, causas inferiores disponendo ad eas motus, quos illis virtutes impressuræ sunt: & dæmones coërcendo, nec non eam firmitatem qua non cedunt perduellibus, ne dum ab iis vincuntur, nanciscantur prius oportet adhæsione ad Deum à quo fluit omnis potestas.

Neque tertia hierarchia cuius est exequi diuina mandata, quæ illi per superiores innotuerunt hac laude caret. Siquidem primus ordo cui à principatu nomen est & ad humanos principatus regendos, & mutandos ius datum scripsit S. Bernardus, regere non mereretur, si à Deo regi desineret: nec suo
c. 9. coel. hierarch. Principatu diuinum imitaretur, & palam faceret (quod illius proprium ordinis dixit S. Dionysius) nisi continenter diuino dominatui se subiiceret, & eius viua & spirans imago perpetua contemplatione, & charitate fieret. Archangeli, & Angeli quos fere distingunt, & in hierarchico gradu collocant
ad c. 6. Isaiæ. rerum quas nunciare iubentur grauitas, & pondus longè maiorem habent laudem ab animi Deo subiecti obedientia quam S. Cyrillus asserit beatorum omnium animorum esse virtutem germanam. Vnde

Vnde etiam (vt ex Caſſiodoro ſæpe retuli) Angelorum ordo nomen inuenit atque ab imitatione vnigenæ Patris æterni infimus qui Magni conſilij Angelus audire ſibi duxit honorificum.

Capvt. VII.

Quæ ſint munera hierarchica Sanctorum Angelorum.

Atque hæc eſt prima muneris hierarchici functio aduerſus Deum: quam comitatur perennis & perpetua eiuſdem laudatio, ad quam ſe conditos, gratiaque, & beatitudine donatos intelligunt omnes cœleſtes animi. Ita quidem ſenſiſſe lego pluribus locis Theodoretum inter Græcos Patres & præſules magni nominis ſcriptorem, qui eos hoc vnum dumtaxat ſortitos munus aſſerit, vt in cœleſti choro factorem ſuum hymnis celebrent, ad quorum cantum eos natos aptoſque eſſe S. Athanaſius ita perſuaſum habuit, vt ea quaſi proprietate naturam eorum explicare non dubitauerit.

His certe duobus quæ hactenus memoraui, diuinæ nimirum pulchritudinis iugi contemplatione, muſicoque & æterno preconio primariam illorum & iucundiſſimam vitam contineri Procopius Gazæus aſſeuerauit; illis maxime perſuaſus Iſaiæ & Ioannis viſis: quorum alteri ſunt auditi Seraphini ter ſancti carmen alternis canere. Alteri Cherubini aſtantes Deo conſpecti qui eun-

dem hymnum cantare non cessabant. Adde alias huius muneris functiones, quas Guillelmus Parisiensis episcopus grauissima persequitur oratione quibus non fastidium leuant quod nullum esse potest in cœlo & in laudendo Deo clare viso & summe dilecto: sed suum prædicandi numinis desiderium explere student. nam & infinita illi bona gratulantur veriùs quam optant, eodem Ioanne teste; deque iis cum naturis intelligentiæ participibus sermonem habent in quo non congressus suauitatem quærunt, sed omnes prædicandi Dei captant occasiones.

Tertium munus hierarchicum erga Deum ab iis secerni nequit quibus rite funguntur inter se, & erga mortales: Actiones si quidem sacras nullas edunt in cæterarum intelligentiarum, aut hominum commodum nisi Dei iussu: cui seruire vnum solumque Angelorum officium scripsit Lactantius. ad idque præstandum. Prosper dixit institutos fuisse feliciter quippe regio quouis inter homines dominatu nobilior, & beatior est ea sanctorum spirituum seruitus.

CAPVT. VIII.

Sanctorum Angelorum hierarchicæ inter se functiones.

ETenim Deus, qui pro infinita bonitate in quamdam suæ naturæ societatem vocauit res omnes cùm eas è nihilo condidit, vnamquamque,

ſed Angelos in primis dignatus naturalibus bonis impertire quæ non exiguam habent cum diuinitate ſimilitudinem: voluit etiam eaſdem prout quæque erat apta nata, ſuæ qua non ſolum vniuerſis & magnis ſed etiam ſingulis & paruis rebus conſulit prouidentiæ habere adminiſtras. Qua in re non quæſiit vt ſe aliqua curæ ſuæ, ſollicitudinis, & laboris parte liberaret, quod Magnis Regibus propoſitum eſt: præter quam quod enim nihil eſt quod efficere non poſſit ſine labore, ſolo videlicet nutu, & arbitrio: æque occupatur in adminiſtratione rerum à ſe conditarum ſiue ſolus eas regat, ſiue vtatur aliorum opera: ſed dum naturas inferiores per eas adminiſtrat quas in ſuperiori gradu collocauit, ſuæ prouidentiæ ac dominatus ſuauitatem probauit omnibus eius rei conſciis; ſimulque eo maiore ſecum ſimilitudine donauit vnumquemque quo actuoſam eius naturam præſtantioribus in rebus eſſe voluit occupatam.

Et vero hunc eſſe hierarchiæ finem tradidit S. Dionyſius vt Deo ſimiles naturæ Dignitate, ſimiliores ſuperæ lucis & flammæ participatione: ſimillimj euadant efficientia: dumquæ nullius interiectu hauſerunt ex Deo, eadem ipſi in inferiorec Angelos, ac deinceps in homines ſuæ curæ commiſſos longe lateque diffundunt. Ad quas actiones cum ſint à ſummo numine velut conſecrati & diuinæ ſuæ voluntatis deſtinatione & donorum præſtantia: ſunt illæ profecto ſacræ; ſunt hierarchicæ: vix vnquam in iis plane ceſſant, aut ceſſaturi ſunt: quamdiu quidem vniuerſum in hac rerum viciſſitudine permanebit: quia nec homines inter ea iuuare & regere deſinent, neque deerit occaſio functionis hierarchicæ inter An-

gelos Deo subinde sua de hominum salute consilia supremis Angelis aperiente.

Istorum porro consiliorum notitiæ sunt materies maxima hierarchicarum inter beatos Angelos actionum. Etsi enim antequam claro diuinitatis conspectu fruerentur, multa de Deo supremis Angelis essent comperta, quæ docerent inferiores, qui neque innata mentis perspicacitate, neque gratiæ luce pares illis erant. Nunc tamen cum omnibus in diuinum vultum defigere oculos datum sit; atque ideo quodcunque tandem inter eos obtutus discrimen Theologi statuant; diuinam naturam & personas prout in se sunt videant omnes, nihil inferiores ex superioribus discere possunt, nisi Dei opera singularia, quæ cum ex ipsius natura, & personis non sequantur necessarie: liberum est Deo & decernere suo tempore facienda, & efficere & cui libuerit prædicere.

Huiusmodi fuerunt consilia de perduellibus Angelis & Adamo exterminandis illo ex cœlesti hoc e terreno paradiso: De perditis mortalibus quà terram vniuersam inundantibus aquis; quà pluuia ex igne & sulphure castigandis; de diuidendis in varias orbis partes Noëmi posteris linguarum diuisione: de republica Iudaica constituenda; de admirabili mysterio Verbi humanam naturam induturi: deque innumeris aliis, quæ ex illo apta sunt: de Christiana Ecclesia fundanda: deque eius administrandæ, augendæ, perficiendæ viis.

Hæc aliaque innumerabilia Deus supremis Angelis, atque etiam vt non nemini visum est aliquando mediis, vel infimis (quamquam hoc plane extraordinarium est) & iis internunciis reliquis

quis aperit quorum opera vult vti ad id exequendum quod ſtatuit.

Horum notitia qui eam primus ex Deo hauſit ab eo dicitur(vt ſupra breuibus quidem ſed perſpicue ſatis ediſſerui)purgari ſimul,illuſtrari& perfici: luce quippe illa cognitionis non parum accedit eius ſcientiæ, mens colluſtratur ; & Deo firmius & conſtantius adhæret. Idemque acceptæ ſcientiæ lumina dum in cæteris deinceps Dei iuſſu diffundit, ſacrum & hierarchicum obit munus;eoſque modo proportione ſimili purgat, illuminat, perficit.

Vna eſt trium hierarchiarum poſtrema, aut ſaltem infimus eius ordo cui neceſſariè, niſi aliquando fortaſſis extra ordinem, omni hierarchica functione erga beatos ſpiritus abſtinendum : eſt quippe infra omnes cum ſit diuina huiuſmodi conſilia non ex Deo, ſed ex intelligentiis ſupremis per medias interpretes diſcit : infra eam vero nihil eſt niſi humanum genus.

Capvt. IX.

Sanctorum Angelorum hierarchicum munus, erga homines.

PReuidit ergo diuina bonitas ne huic quoque hierarchiæ frequens & idonea deeſſet occaſio ſacrarum eiuſmodi actionum ad hominum commodum, & ſalutem : quodque mirum videatur dum referendæ quodam modo ſuperioribus Angelis gratiæ opportunitas de diuinis Myſteriis, plu-

rima præstantissima iis explicant Angeli quæ ipsi ex hominum quibus præsunt conuictu didicerunt de multiplici crucis fructu; De gentium ad Ecclesiam inexpectata transitione; deque aliis quæ ne summi quidem cœlitum adhuc perspicue intelligebant; cùm enim hæc minimum subsit sententia verbis Apostoli asserentis *Innotuisse Principatibus, & potestatibus in Cœlestibus per Ecclesiam multiformem sapientiam Dei*: verisimile est Angelos eius rei primo fuisse conscios qui erant præsentes testes & administri, perque eos deinde tantæ rei nuncium ad supremas hierarchias peruenisse.

Vtcunque autem ea se res habuerit, & habeat exploratum est primum omnibus qui vel leuiter Christiani, sint institutionibus eruditi omnes vniuersim beatos *Spiritus esse* vt loquitur Apostolus *administratorios & in ministerium missos propter eos qui hæreditatem capient salutis* ne exceptis quidem Seraphinis & Cherubinis aut septem illis Angelis qui Dei solio perhibentur adstare, vt fuse ex eo Apostoli loco & magno Patrum numero probant graues Theologi, quos adhibitos non semel administros, & interpretes maximis præsertim in negotiis quale fuit quod Gabriel gessit missus ad virginem: & Michael ad Christum orantem in horto Gethsemani; Raphaël ad Tobiam; qui tamen omnes de septem principibus cœlestis & summæ hierarchiæ esse crediti sunt à nonnullis hos certe septē Angelos censet la Cerda post Serarium nos defendere contra septem dæmones quorum singuli præsunt iis qui ad vnum ex vitiis capitalibus impellunt vt est apud Cassianum. Vel etiam esse septem quibus vniuersalior rerum administratio commissa est. Deinde certum est ita inter singulas

Petauius l.2.c.5. Andreas Victorel-lus l.1.de Angelorum custodia toto c.4. & 4.l.de excell. coel.spirituum.

ſingulas hierarchias diſtributas eſſe ſacras in hominum commodum functiones, vt ſumma diuinitus illuſtretur, & diſcat quæ Deus agi vult ad ſuam gloriam & mortalium ſalutem: De iisque ſecundam hierarchiam doceat hæc vias ad exhauriendum Dei mandatum præſcribat, cauſas vniuerſales virtute magna cieat, admirabiles effectus edendos obices amoueat, ſpiritus nequam pro poteſtate coercendo.

Tertia inter quam & hominem non tantum interiectum eſt dignitatis interuallum quanto hic abeſt à media, gloriæ ducit autore Deo patre: duce verbo humanæ naturæ vnitate perſonæ coniuncto; Impulſore Spiritu ſancto, quiduis in ſpeciem abiectum & minimum ſuſcipit ea exequitur; ſi modo inde laudis aliquid ſupremo numini, & ſpei miſeris mortalibus accedat.

Ex hac poſtrema præſertim hierarchia: atque etiam ex minima vt quibuſdam viſum eſt deſignati ſunt à Deo optimo maximo quorum alij cœlorum motui elementorum & naturæ corporeæ adminiſtrationi præeſſent; alij curam ſuſciperent ſingulorum hominum; alij Regnorum, Ciuitatum cœtuum ſacrorum, atque etiam altarium, & ſanctarum ædium.

Ita quidem perſuaſum eſt Chriſtianis omnibus non ab inſita mortalibus opinione de geniis hominum ciuitatum, & locorum præſidibus, quæ variorum inter gentiles errorum ſeminarium fuit: ſed ſacrarum litterarum & ſanctorum autoritate Patrum. Vt enim ex illis liquet Beatos minimum Angelos vniuersè tuendis hominibus iuſſos incumbere: ita Sanctos Patres illa oracula ſic fuiſſe interpretatos conſtat vt ſinguli Angeli cuſtodes

appoſiti

appositi sint à Deo singulis hominibus.

Pios, ac bonos solos hoc honore dignatos existimasse videntur SS. Basilius Magnus, Chrysostomus, Anastasius Synaita & post eos Euthymius; ad fideles omnes hoc diuinum beneficium censuerant etiam pertinere, post S. Hilarium iidem fere supra nominati Patres: iisque subscripsit B. Petrus Damiani: asserens emersis è sacro lauacro præfici à Deo præsides Angelos singulis singulos, qui eos de vitandis Dæmonum insidiis admonitos, ab iis tutos præstent, si fuerint obsequentes: vim ab iis illatam repellant, atque vt vno verbo omnia complectar æternæ clientum suorum saluti, atque etiam corporum incolumitati diligenter cõsulant, donec pie defunctos & expiatos Cœlo secum gloriose possint inuehere.

Sed æqualis atque etiam maior necessitas eorum hominum qui aut à fide christiana aut etiam à morum sanctitate sunt alieni, facile me adducit vt sentiam quod Christianis omnibus passim est persuasum, quodque SS. Hieronymi Theophylacti, Theodoreti authoritate & Theologorum huius ætatis amplissimis ita confirmari decretis video, vt temeritatis damnent eum qui negaret omnes & singulos homines hactenus hoc singulorum Angelorum præsidio tectos fuisse; eodemque munitos qui deinceps in terris viuent; hoc discrimine quod prout quisque ad altiorem est euectus dignitatis, aut sanctitatis gradum: Custode sublimioris ordinis atque etiam hierarchiæ quandoque etiam multiplici dignatur à Deo.

Quamquam existimarim ab impiis diutius abesse Angelos quàm à piis & sanctis. Etenim si verum est eos suis clientibus se aliquantisper saltem

fubducere, vt aut fe interim in bello cum dæmone exerceant (quod plerifque vifum eft Theologis) ficque maiorem à Deo gratiam ineant; aut quia tefte S. Bafilio Magno ficut apes fumus in fugam agit, & columbas malus odor abigit. Ita vitæ noftræ cuftos Angelus repellitur lachrimofo, ac fœtido peccato: perpetua effet illis impios deftituendi pofterior hæc caufa, nifi quod B. Petrus Damianus aduertit hoc maiore folicitudine ad eorum falutem incombant, qui nequam funt & improbi, quòd boni fit cuftodis maiorem de infirmis quàm de fanis curam fufcipere. in dſ.83. Serm.de exalt.ſ. crucis.

Omnibus autem communiter hæc maximè tribuunt beneficia Beati Angeli quacunque tandem ex hierarchia, & ordine hominibus præficiantur. Primum fic in vnam intenti funt fanctitatem, & æternam fuorum clientum felicitatem vt corporum commodis aut incommodis ita demum confulant fi animi integritati, & faluti viderint expedire. Ad eam falutem fecundum Dei gloriam & debitum ei obfequium referunt quæcunque in vniuerfo corporeo admiranda iubentur efficere, feu impulfione vehementi, & motu; feu res in quibus aliquid eft efficacitatis ad alias applicando, quæ fe actuofæ illarum virtuti tractabiles præbeant.

Tum quod caput eft à fuis clientibus fi ad eam ætatem peruenerunt, & corporis conftitutionem nacti funt quæ apta fit ad perfectæ rationis vfum, amouere conantur omnia quibus tenera mens infici, & flecti poffit ad vitium. Ad eos impellunt, & applicant à quibus rectè poffint inftitui: quandoque etiam fi defint qui id præftare valeant, ipfi per fe Doctores agunt non vt in adultis, & rerum

diuinarum ſcientia leuiſſimè ſaltem eruditis, corporearum quæ in eorum memoria conſeruantur imaginum interiore motu & varia inter ſe coniunctione; ſed externo ſono qui ad aures corporis perlatus animum de diuinis rebus, & officio quantum ſatis eſt erudiat.

Atque ita primam hierarchici muneris functionem obeunt in clientum gratiam dum eos purgant, & ab eis caliginem ignorantiæ depellunt qua obſcurata mens in ſqualore, & ſordibus iacet atque in vitiorum præceps ruit. Sic enim quod in Eccleſiaſtica hierarchia Catechiſtæ eſt munus ſanctam Mameltam vt eſt in Romano Martyrologio monuit efficaciter Angelus vt ab idolorum nefario cultu tranſiret ad Chriſtum. Sic S. Chriſtinam Virginem, genere Anglam, conditione Principem quippe vnius ex Angelorum Regibus vnigenam, Angelus mendici ſpecie fidei diſciplina inſtituit: Sic S. Herinæ Duodenni puellæ, chriſtianarumque inſtitutionum omnino rudi, & ignaræ Angelus doctor fuiſſe verè perhibetur vt opinor: quamquam in eius genere vehementer hallucinatus eius rei ſcriptor videatur, quippe qui eam faciat Imperatoris Licinij filiam: addatque multa quæ illi Principi minimè contigiſſe ſatis liquet; ſed facile fuit nominis ſimilitudine decipi, & Imperatori tribui quod illius cognomini duci minori feliciter euenit vt à filia Virgine traduceretur ad Chriſtum Angelos imitata quos præfectos pœnitentiæ video dici in Herme Paſtoris cum eorum vno ſuauiſſima collocutione, ſic enim ſuos clientes in aliquod crimen turpiter lapſos excitant, ad priſtinam reuocant integritatem, & munditiam.

Ita purgatis clientibus lumen accendunt de ſuo lumi

lumine præsides Angeli, dum quod proprium est secundæ sacræ actionis animos eorum confirmant in suscepto consilio diuinis obsequendi nutibus viam illis aperiunt ad maiorem in dies morum innocentiam conciliis, monitis, sæpeque visis quæ sensus mouent. Ita Sanctis Virginibus opportunæ &c. Quiteriæ Angelus apertè fauit, & lucem supetam prætulit. Huic quidem, virtutis excercendæ mirabilibus viis indicandis quibus demùm ad martyria gloriam adspirauit: illi autem dux factus ad cœnobium in quo postea vitam sanctissimè degit; Sic S. Heruæo Anachoretæ Britanno adhuc adolescenti auctor fuerat Angelus vt se in solitudinem abderet, quem postea senem admonuit de vicina morte: & symphonia cœlesti mortuum celebrauit.

Quos dicto reperiunt audientes: eos pro vehementi suo Deum imitandi studio nullum faciunt finem ad maiora impellendi, donec virtutis nunumeros omnes expleuisse, diuinumque statum adeptos fuisse intellexerit: eam in curam quæ summæ functionis hierarchiæ propria est sic incumbunt vt cùm à prima functione non malè inter interpretes eos nominari Pædagogos, & Pædonomos à S.Basilio: diaconos à Sancto Sophronio. A secunda verò pastores, Doctores, diuinarum rerum interpretes, viæ Duces, & vt habet idem Sophronius illuminantes.

Dicendum sit omnino à tertia nomen inuenisse Episcoporum & Apostolorum quippe qui inchoata purgatione, aucta luminum accessione: perficiunt iisdem minimum viis quibus id in Ecclesiastica hierarchia præstant Episcopi; Eucharistia scilicet impertienda. Hanc certe nunquam inuenias

ab

ab iis porrectam præterquam iis qui puri ab omni etiam grauis peccati suspicione, & virtutibus illustres propius à sanctificatis aberant perfectione: Sic cum S. Melanio coram Romano Pontifice pedum Rothomagensis Ecclesiæ obtulisset Angelus, tantum habuit apud summum hierarcham ea prærogatiua pondus, vt de subito eum Episcopum, id est omni laude perfectum & cæterorum perfectorem consecrarit. Sic S. Maglorium Dolensem Episcopum cum ei tertium afferret vicinæ mortis nuncium sacrò donauit Eucharistiæ viatico.

Sunt & aliæ plurimæ in hominum gratiam edi solitæ ab Angelis actiones, quæ aut ad aliquam trium superiorum referri possunt aut ex iis aptæ sunt: eæ omnes sacræ dici debent quia ad humanæ salutis procurationem destinatis sacrum est quidquid ad sui muneris functionem quoquomodo pertinet.

Perpetuum prope est, primo sibi commissos à vitiis deterrere, si nondum in ea delapsi sunt, & lapsos ab iis deinde abducere: Omnes ad virtutis studium, nominatimque ad precandum Deum impellere; & si opus est, eos viam id recte præstandi docere. Amant stolam induti pontificiam vt quidem eos describit S. Dionysius, & aureo thuribulo in manus sumpto ad cœlestem aram, & diuinæ Maiestatis solium, thus, hoc est suorum clientum preces incendere: vnde odores gratissimi afflantur cum eas non quidem suggerunt Deo, qui rerum omnium est conscius; sed suis cumulant à quibus vt pote omni laude perfectis, & igne charitatis succensis habent, vt quæ solæ futuræ fuerant sæpissimè minus gratæ, & irritæ, Angelicarum commendatione per quam iucundæ Deo accidant

cidant, & ab iis miram hauriant efficacitatem.

Vt non infrequenter consulrant inter se de modo amplificandæ efficacius diuinæ gloriæ, propagandæque religionis & pietatis. Ita priusquam satis illis constet quid nonnullis de rebus eò spectantibus statuerit Deus, non modo à nequam spiritibus boni, sed hi etiam inter se dissentiunt, & sententiis, atque si opus est virtute mortice, & quidem mirabili semper animi tranquilitate; atque amicissimè certant.

Non enim Michaeli cum solo Sathana De Mosis corpore fuit altercatio quod iste in Chananitidem volebat deportari non autem ignoto tumulo mandari; sed etiam vt plerique Danielem interpretantur cum Angelo Persarum tutelari, qui Hebræorum Babylone captiuorum redituri in Palestinam obstabat ne sui Persæ tantis orbarentur contra Dei ignoratiorum auxiliis. Armantur frequentissimè pro suis clientibus, aut singulis aut vniuersis contra impios etiam homines: Et (vt vno verbo complectar quidquid de rebus gestis beatorum spirituum nostra interest scire) Ita diuinæ gloriæ continenter & saluti nostræ promouendæ student vt nihil non suscipiant vnde spes est altervtram aut vtramque propagatum iri; Adeoque quod de se verè dixit Apostolus, pace illius dixerim de Beatis Angelis veriùs dici posse. *Omnibus omnia fieri vt omnes Christo lucrifaciant.*

Possem id planum facere & fortasse nitar id præstare sub huius opusculi finem enumeratione multiplicium personarum quas dignati sunt suscipere & sustinere ad hominum commodum non modo quæ sunt in honore apud mortales, sed earum etiam quæ despicatui ducuntur. Delectabit opinos

F amaŋ

amantiſſimum Angelorum id nullo monente obſeruare in ea quam ſubiicio ſynopſi rerum ab Angelis ſanctis geſtarum in hominum gratiam, ſiminus omnium, ſaltem plurimarum quas non equidem fuſe narrare aggredior id enim infinitum eſſet ſed pauciſſimis perſtringere; & ſuis vnamquamque quoad eius fieri poterit conſignare temporibus. Si quem delicati faſtidij auerterit ab hac lectione vel minutæ in ſpeciem res geſtæ, vel earum ſimilitudo: Eius illum credo pudebit faſtidij, vbi retractauerit quæ huius opuſculi proœmio ſcripſi: Nihil minutum in rebus quas tanti principes authore Deo ad mortalium ſalutem gerere dignati ſunt: Neque adhærere debere faſtidio eorum ſimilitudinem, quæ Deo gloriam, & mortalibus plurimis æternam attulerunt felicitatem quæque nemo eſt quin vehementer cuperet pluries experiri. Quamquam non admodum magna eſt, aut frequens hæc ſimilitudo: Contra potius tanta beneficiorum quæ variis hominibus SS. contulerunt Angeli varietas, vt ea lectionis laborem mirifice lenire poſſit: Noſque erga tam beneficos ſpiritus amore inflammare ſuauiſſimo.

Iam biennium atque ampliùs effluxerat ex quo hanc hiſtoricam Epitomen quo ad eius facere potui abſolutam in annos plurimos ſepoſueram cùm incidit in meas manus Andreæ victorelli opus ſanè eruditum, & varium de Angelorum cuſtodia, mihique nunquam hactenus viſum: tametſi ab annis quinque ſupra quadraginta publico datum fuiſſe conſtet in eius operis libro primo lege ſanè iucundiſſimè res illas geſtas à ſanctis Angelis quam ſpiritus Sanctus diuinis veteris potiſſimum teſtamenti paginis voluit intextas. Sed quia neque omnes

omnes prorsus is author est persecutus, nec ita breuiter: neque suis temporibus consignauit aut illas, aut alias quas secundo maximo libro retulit ex Annalibus Ecclesiasticis, sanctorúmque historiis in variâ digestas, argumenta: qua in re habuit imitatorem P. Ludouicum de la cerda opere toto de excellentia cœlestium spirituum quod in manus meas venit seriùs quàm virtorellus non existimaui fore ingratum hoc rerum huiusmodi chronicon quod multo ante scripseram & deinceps subiicio.



HISTORIÆ SS. ANGELORVM.

Pars Quarta.

RERVM A SANCTIS Angelis in mortalium gratiam gestarum.

ANNALES.

CAPVT. I.

Ætas mundi prima ab Adamo ad diluuium Noëmiticum.

A.M. 1. ANC rerum à Sanctis Angelis ad Dei optimi maximi gloriam, & commoditates hominum gestarum synopsin non possim felicius auspicari, quàm ab opera ut plerique Theologi putant ab ipsis

ipsis nauata opifici rerum omnium Deo: cùm res omnes, quæ sub sensus cadunt; quasque primo die permixtas, & confusas crearat (quæ est plurimorum probabilis opinio) reliquis deinceps quinque diebus in eum ordinem adducit, quo maximè continetur vniuèrsi pulchritudo. Et si enim præpotens numen non magis indigeret Angelorum industria ad eas res aptis, & accommodatis locis componendas, quàm indiguerat ad easdem eruendas è nihilo (quod solus Pater cum Filio, & Spiritu Sancto præstitit) attamen quæ est eius bonitas, iure existimatur iam tum honorem hunc beatis illis mentibus habere voluisse vt eas adhiberet ad conciliandam vniuerso pulchritudinem aspectabilem; quibus deinceps administris dignatus est vti ad eius ordinis conseruationem, & incrementum tanto diuinius; quanto mundi corporei formæ antecellit admirabilis species cœlestis Hierusalem; cui ædificandæ ex hominum iustorum animis, & corporibus velut è prætiosorum lapidum excellenti materia, continenter incumbunt.

Certè neque S. Thomas, qui ab Angelorum imitatione nomen inuenit multùm repugnat Theologis, quibus visum est beatas illas mentes diuino iussu, & arte finxisse è luto corpus humanum ea figura, si tu membrorum, & dignitate, quæ immortalis animi à Deo mox in illud infundendi maiestatem dicerent: neque sanctus Augustinus improbabile credidit eorumdem Angelorum impulsione, & ductu, venisse ad Adamum animantes brutas omnes apud eum velut Dominum edituras suo modo professionem clintelæ; nomenque ab eo acceptur as; & vt ex earum aspectu in-

1.P.q Pr a.2.q.02. a.4.

l.2.de Genes.ad lit.c.14

telligeret Adamus ſibi opus eſſe conſorte & ſociâ eiuſdem : atque ipſe eſſet naturæ : dubitari certè nefas eſt quin. Deum opificem , *laudarent* , iacientem terræ fundamenta & vt eſt apud Iobum. *Dubitarent omnes hi Dei filij.*

Geneſ. 3. Quæ deinceps paucis diebus interiectis conſecuta tradit moſes longè certiora ſunt ; imo certiſſima tametſi triſtiora; pulſos nimirum beatis hortis Adamum & Euam poſt fatale pomum ſceleratè deguſtatum; prohibitos eò amplius adſpirare ab Angelis humana forma gladio flammeo , & verſatili armatis ; nec non ante & circa delitiarum , & amœnitatis pleniſſimum locum illum quaſi in cuſtodia collocatis, quamquam id obſequium Deo ſcelerum vindici etiamnum præſtare ita perſeuerant (ſi adhuc ſtat in rerum natura fœlis illud pomarium) vt nobis perquam vtilis ea ſit opera quæ longioris vitæ ſpem eripiunt quod ſingulari numinis in nos beneuolentiæ miſerias noſtras contrahentis tribuit Sanctus Gregorius Nazianzenus adde quod eadem opera dæmones ab arbore vitali arceantur ne frequenter ea occaſione genus hominum in pernitioſiorem fraudem impellant ; & vitæ corporeæ ac miſeræ ad longa ſæcula propagandæ ſpecie , ab æternæ atque fœlicis certiſſima ſpe deiiciant.

Ita pererius l. 6. in Geneſ. Ludiuicus de la Cerda lib. de excellentia cœleſ ſpirituum cap. 5 ex SS. Augustino Chryſoſt Eucheni. Orat. 42.

Geneſ. 4 Iiſdem Angelis vſum miniſtris Deum ſeu ad demittendum cælitus eum ignem , quo ſignificauit Iuſti Abelis hoſtiam ſibi eſſe acceptiſſimam, ſeu ad coercendam primo Caini in Fratrem inuidiam ; poſt etiam ad caſtigandum verbis , & corporis tremore eiuſdem parricidium anno ab ortu mundi trigeſimo ſupra centeſimum ; nemo quiſquam negauerit , qui leuiter in Sacrarum littera-

rum

rum interpretatione fuerit eruditus. Est enim magnæ partis interpetum constans sententia; imo & Sanctorum Patrum, cùm in veteri testamento Deus alicui locutus perhibetur, id fere per internuncios beatos spiritus ab eo factum, maximeque per eum quem suam personam sustinere voluit in sanctæ suæ plebis gubernatione quemque fuisse sanctum Michaëlem omnes existimant. Ita S. Dionysius. cœlest. hier. c.4. S. Aug. 3. de Tri. c. 10. &c.

Deportatum ab iisdē beatis mentibus sub decimi sæculi finem septimum ab Adamo patriarchā Enochum in beatam aliquam regionem vbi Antichristi præstolatur aduentū, quis ausit inficiari cum etiam iidem igneæ quadrigæ specie multo post eodem consilio abstulerint. Adde fuisse cur. Enocho hanc vellent præstitam illustrem operam quippe quem origenes tradat beatorum Angelorum historiam scripsisse: eorumque vitam, & zelum imitatum constet: Illam quidem morum sanctitate, quà mirum in modum placuit Deo; hunc autem frequenter obeundo legationes iussu patriarcharum ad sethi posteros, vt eos auerteret à contrahenda cum Caimi: nepotibus affinitate, & quæ inde consequuta est scelerum societate hæc vt sexto ab Enochi beata deportatione sæculo Dei vindicis in mortales fere omnes prouocauit iram: ita cupidas salutis hominum beatas mentes in multis variisque erga illos officiis exercuit. genes. 5. hom. 21. in genes.

Dubitari prope modum nefas est quin natum anno septimo supra quinquagesimum vndecimi sæculi: Nœmum omni ope adimerint in conatu & studio reuocandi lapsos sethi posterorum mores ad eam sanctitatem qua *Filiorum Dei*, & *Angelorum* nomen meruerant, Illos Noëmus non cessabat officij admonere totis fere sexentis annis qui- genes. 5. genes. 6.

bus illis conuixit sed maximè vicenis illis supra centenos in arcæ structura consumptis denuntians omnibus resipicerent certam imminere vniuerso perniciem ab aquis terræ globo circunfundendis.

A.M. 1656. Genes. 7. Quod vnum supererat ad flectanos reorum animos ad pœnitentiam, sic diuinæ Iustitiæ suam commodarunt manum (quæ est Saliani sententia) tametsi minimè necessariam, in protrudendis ex intimo terræ sinu ad extimam eius superficiem aquis abyssi, cogendis nubibus, & fundendo imbre ad reorum necem; vt tamen ea tarditate quadraginta dierum libenter vsi sint (quam diuinæ misericordiæ tribuit Sanctus Chrysostomus) vrgebant nimirum ad pœnitentiam pereuntium animos dum lentam mortem Inferebant corporibus: vehementissime gauisi vel omnes (vt sancto Hieronymo visum est) vel saltem plurimos (quod ex epistola sancti Petri efficitur) in gratiam priùs cum Deo rediisse, quam in aquis misere præfocarentur.

Genes. 7. Omitto dicere quod probabile existimauit idem Salianus Angelorum cura perfectum quod habent sacræ litteræ de admirabili quadrupedum, reptilium, & auium ad Noëmi arcam accessu vt in ea conseruarentur ad sui generis propagationem vsque dum aquæ suum quæque in locum iisdem ad laborantibus Angelis se recepissent.

CAPVT. II.

Ætas mundi secunda à diluuio ad Abrahamum.

PRæterea quod video nonnullis viris doctis placuisse exportatas animantes ab iisdem naturæ corporeæ, & animalium præsidibus Angelis in insulas, & alia loca mari diuisa ab Armenia; ad cuius montes arcem suam appulit Noëmus nihil enim cogit id miraculo tribuere quando non desunt eruditi homnes qui censeant continentes esse, & coniunctas inter se præcipuas quatuor terræ globi partes: multas insulas quæ animalibus abundant aliunde minime importatis fuisse post diluuium abruptas à continente: vel certe ita perangusto freto ab ea diuisas, vt eo tranare potuerint animantes brutæ. A. M. 1657. Genes. 9.

Etsi autem distinctè non tradatur in sacris literis quid eximium & singulare præstiterint beatæ mentes in gratiam Noëmi & posterorum eius ad Abrahamum vsque: existimari tamen potest quod iam attigi, non nisi ab Angelo vice Dei promissum Noëmo non vltra submersum iri aquis vniuersum terræ globum: securumque ab ea parte redditum patriarcham obiecto eius occulis arcu mirabili specie, ex nubibus conformato, & radiis solis colorato. A.M.

Quod centesimo & vno supra trigesimum anno à diluuio fuit eidem patriarchæ diuinitus im- 1788.

peratum vt orbem habitabilem inter filios tres Semum, Iaphetum, & Chamum diuideret: id quoque verisimilius est factum fuisse per internuntium aliquem vnum de beatis spiritibus. Nam & origenes censuit eorum opera perfectam diuisionem communis tunc idiomatis in duas, & septuaginta linguas qua Noëmi nepotes iam centesimum & vigesimum circiter annum restitantes in vicinis Armeniæ locis (adeo durum iis opinor videbatur à se inuicem diuelli, & ab arcæ conspectu) coegit in eas abire terras, quæ cuique familiæ diuina sorte obtigerant: & imperfectam relinquere altitudinis immensæ turrim quam sui monumentum æternum moliebantur: iamque euexerant ad altitudinem vnius leucæ si Cædreno fides habenda est. Et
A. M. vero tametsi ea res videatur aliquibus naturalem
1931. Angelorum virtutem superare quia Dei solius est in animum humanum illabi & aliquid in eo efficere attamen nonnihil operæ ad eam conferre potuerunt varie coniungendis sensui communi, eoque corporeo impressis imaginibus singularum syllabarum quibus constabat communis illius temporis lingua.

Hoc saltem nemini dubium esse potest quin abeuntibus in diuersas orbis terræ partes septuaginta & duabus illis familiis suus cuique comitatus fuerit custos, & præses Angelus, & omni ope contenderit verum Dei cultum & morum sanctitatem in familia sibi credita fouere, si minus augere potuit.

Qua in re quid singuli præstiterint dici non potest quia neque quidquam memoriæ posterorum traditum est; neque admodum diuturna fuit in maxima parte mortalium patriarcharum pietas.

Eius

Eius autem qui heberis familiam (is semi fuit abnepos) regendam diuino nutu suscepit; eo feliciores fuere conatus; & crebriora ac manifestiora in suos clientes officia, quod in ea domo p æter veterem illam Adami, & posterorum communem linguam, quæ ab hebero dicta est hebrea; vera religio, & pietas hæsit, ac mirabiliter propagata est. S. Aug. l. 16. de ciuit. c. 12 & 13.

Cap. III.

Ætas Mundi Tertia à nato Abrahamo ad ortum mosis.

ET vero si certum habetur id quod simul iterumque monui, ita Deum cum hominibus se gessisse quousque Verbum æternum dignatum est humanæ naturæ coniungi vnitate personæ, vt per interpretes Angelos semper loquentur, & ageret in iis quæ præstare poterant, & decebat; haud dubium est quin principum illorum vnus, atque is fortasse cuius ministerio conuersum ex gentibus *A.M.*
Mechichedechum scripsit Sanctus Dionysius, Dei 2108.
nomine iusserit Abramo septuagenario vt excederet *A. M.*
primùm Vrchaldeorum: deinde. Carris in Me- 2114.
sopotamia vbi cum patre quinquennium habitarat cœl. hier.
abiret in Chananæam: vnde cum annos natus. c. 9.
Centum triginta & quinque reuisisset paternam genes. 11.
domum postremo iubente Dei vice Angelo in Act. 7.
Chananæam regressus est. Sic enim quæ ex Mosis narratione & Sancti stephani postrema oratione de

hæc

de hac te videntur inter se pugnare conciliant Sa, Mariana, Petauius.

Raton. temp. part. 1. l. 1 c. 2. Idem ingresso chananæam promisit mittendos in eius possessionem posteros: Intactam eius coniugem Sarai seruauit ab Ægyptiorum Regis libi-
A. M. 2115. dine: Chananeæ promissionem, & posterorum multitudinem iterauit. Aliquanto post, eum cer-
A. M. 2116. tum fecit de filio ex eo, & Sarai coniuge nasciturò quod sæpe postea confirmauit: aucto vtrique no-
Gen 12. Gen. 17. mine: huic quidem significationis tantum præstantiæ; illi autem etiam syllabarum numero.

Et vt hæc aliaque non pauca quibus Abrahamus mirificè recreatus est non fuerint Angelorum, sed vnius Dei opera perfecta, ea certè quæ subiicio tam certum est Angelos præstitisse quam Deum esse Sacrarum litterarum autorem.

Gen. 16. A. M. 2124. Nimirum interea dum promissus expectatur è Sara Filius, grauidam ex Abrahamo secundariam eius (quod eo tempore licebat) coniugem Agarem, quam Sara malè habebat; ideoque fugien-
A. M. 2138. tem Angelus suo dignatus est alloquio: & ad heram vt rediret persuasit; multa de filij ex ea nascituri nomine, moribus, posteris apertè vaticinatus.

Idem qui postea Circuncisionem imperauit: duobus aliis Angelis stipatus ad Abrahamum diuertit peregrini specie: hospitij pependit mercedem iterata promissione centenario patriarchæ filij ex Sara suscipiendi anno proximo: & amicissimè communicato cum eo Consilio suo de inferenda pentapolitanis nefandorum criminum reis clade hanc postridie igne & sulphure de cœlo: demissis intulerunt duo eiusdem comites Angeli educto prius Sodomis in Abrahæ gratiam Lotho cum vxore, &

ræ, & duabus filiabus, & dimisso in oppidum proximum segor quod eius causa communi exemerũt incendio. Neque multo post Rex Abimelech prohibitus est eiusdem Angeli personam Dei sustinentis prouidentia, nè Saram sibi acciperet in coniugem.

Vt autor fuit Abrahæ Dominus, aut eius vice extitum vnus audiendæ Saræ quæ dimitti Ismaëlem cum matre eius agare volebat: quia cùm Isaaco quinquenni de iure primogeniti contendere non dubitauerat quemadmodum existimauit Sanctus Hieronymus, ita compertissimum est iam prope modum siti enecto Ismaële in solitudine additos animos Agari grauiter afflictæ de filij periculo; & puteum vnde aquam hauriret non tam ab illo casu repertum, quàm ab eodem Angelo fuisse si minus effossum, saltem indicatum. *A. M.* 2144.

Agebat ætatis annum quintum supra vigesimum Isaacus (quamquam eum toto decennio minorem Hebræi dixerint; Cyranus maiorem) cùm in eo diuina sapientia dedit vberrimam tum ipsi & Patri religionis & obedientiæ materiam; tum Sanctis Angelis admirationis, & charitatis segetem. Iussus siquidem Abrahamus Angelo, vt probabilissimum est internuntio filium vnicum & quem in deliciis habebat sacrificare super monte Moria; vt Isaacum habuit in obedientia, & Religione socium; ita Angelum Michaelem tantæ virtutis admiratione defixit respicientem maximè ad Christum quem in Isaaco velut, *ænigmate & parabola*, præsignificatum dicit Apostolus, vt eum locum interpretantur Sa, & Mariana. *A. M.* 2163. Pantaleo diac. in encomio S.Michaelis. Hebr. 11. v. 16.

Et sanè vbi is Angelus sustinuit imminentem Isaaci iugulo parentis gladium; arietemque eius

loco

loco succidaneæ instar victimæ sufficit; dici nequit quanto ardore amoris in Patrem & Filium, & quàm magnificè huius obsequij respectu diuinam in eos, & Isaaci posteros, vniuersumque adeo genus humanum beneuolentiam promiserit & iureiurando confirmarit.

Gen. 25. Equidem dubitare non possum quin ille idem
A. M. promissionem eam renouarit Isaaco vetito descen-
2128. dere in Ægyptum, & si tum fames esset in Palæ-
A. M. stina. Eamdemque aliquot annis post, iterarit, ei-
2234. demque Patriarchæ cùm à Palestinis pulsus sede pristina, variis affligeretur modis.

A. M. Illud certe visum admirabile fugienti in Meso-
2276. potamiam Iacobo, & dormienti in monte diuinitùs obiectum, non modo significabat prouidum eius vtilitatum numen; quod apparebat innixum summis scalis quæ à terra pertinebant ad cœlum: sed etiam Angelorum per eas scalas ascendentium & descendentium de eius Patriarchæ commodis singularem curam palam fecit.

A. M. Quin quod sæpe numero monui quoties perhi-
2295. betur Deus Patriarchas allocutus id factum fuisse per Angelos fit manifestum eius Angeli oratione qui præter quam quod putatur Iacobum docuisse artem multiplicandarum ouium quæ illi ex pacto cum Socero inito cessuræ erant in mercedis partem: ipsum iussit redire ad Isaacum patrem, post annos viginti suæ commorationis in Mesopotamia. Quem enim Moses verbis conceptis Angelum Dei appellat; is Iacobum alloquens se Deum dicere non dubitauit, quia scilicet Dei nomine lo-
Samaritana. quereretur vt habent interpretes.

Quare consequens est sub idem tempus ab An-
Gen. 31. gelo vice Domini efferuescentem iracundia in Iacobum

ępbum qui cùm aufugerat: & illi extremam perniciem meditantem labanum auunculum simul & socerum minacibus verbis cohibitum fuisse, ne in generum innocentem sæuiret.

Obuiam illi fuerunt eo in itinere Angeli & quidem tanto numero vt *Castra Dei*, dixerit eius rei admiratione defixus Iacob.

Erant autem vel præsides Chananæorum spectantes, & gauisi eius viri Sancti reditu futurum vt sui clientes augerentur pietati: (quæ fuit Hebræorum coniectura sanè probabilis.) Vel eius Patriarchæ animum confirmaturi qui sibi ab Esaij fratre iam pridem irato vehementissimè timeret, quemadmodum de hoc viso scripsit Sanctus Hieronimus.

Huc enim pertinet quod noctem insequentem fere totam luctatus est cum illorum vno suas vires Iacobi viribus mirabiliter exæquante ad longiorem luctam: quique illi sub Auro eam benè precatus spem certam fecit non vincendam ab Esaij qui cum Angelo tam fortiter, & fœliciter pugnasset. Nam quod illi neruum seu Musculum femoris luxauit, fecit hoc autore Theodoreto vt inde Iacob ad sanctam animi proficeret demissionem. Simulque (quod obscurauit Sanctus Gregorius cognomento Magnus) caperet ex eo documentum, cupienti amore augeri diuino, valde opus esse vt in eo sæculi amor infirmetur & marcescat qua occasione gloriosum illi Israëlis hoc est Deum vincentis nomen imposuit atque inde fortassis factum vt Sirmiensis Synodus docuerit luctatum cum Dei Filio hominis specie facto iam tum aspectabili cuius synodi partim ab Ecclesia reprobatæ si vera est sententia dicendum omnino est, ne

In tradit hebr.

q 71. Homil. 14. in Ezech. & in ps. 6. pœnit.

S. Hilar. lib de Synodus Oscæ. 12

Oscæ

Oseæ vatis fides nutet asserentis, *Iacobum inualuisse ad Angelum*, vel Angeli nomine filium olim mittendum intelligi vel Angelorum qui eum referebat.

A. M. 2305. Gen. 34. Siue autem de Deo, siue de Angelo eius vice interpretemur quod eidem Iacobo deinceps contigit cum occisione deletos Sichimitas à Simeone præsertim, & leui eius filiis ob vim illatam eorum Sorori Dinæ à principis filio, Iussus est cœlitùs altare Deo ponere in Monte Bethel vbi Dominus iterum se Sancto Patriarchæ videndum obtulit Israëlis nomen confirmauit claros, & numerosos posteros se daturum recepit. Quos ad tantæ reifirmandam fidem dignatus est descendenti in
A. M. 2329. Gen. 46. Ægyptum iterum promittere ad puteum iuramenti, & certum eum facere de reditu suorum ad promissam toties Abrahamo, Isaaco, illi, Chananæam: siue inquam hæc à Deo ipso, siue ab Angelo eius vice perfecta censeamus: liquet tamen
A. M. 2345. Gen. 48. quod morti vicinus Iacob non vulgari grati animi significatione palam professus est cùm filiis Ioephi benè precaretur, se ab Angelo de cunctis malis erutum: vtque illis esset propitius, vehementer voluit, & suppliciter orauit.

Damnatum voti nemo quisquam negauerit tametsi enim de Angelorum erga Israelitas officiis nihil distinctè tradant sacræ litteræ totis pene ducentis annis qui à Iacobi morte fluxerunt vsque ad redditam eius posteris libertatem: & eorum profectionem in Chananæam attemen dubitari nefas est quin præcipuam de iis curam, cùm cæteri omnes eius populi custodes beati spiritus gesserint: tum ille in primis qui Dei vice iter in Ægyptum Iacobo imperarat ad puteum iuramenti

sanctè

ſanctè recipiens futurum vt eum in gentem magnam faceret ibi: cum eo illuc deſcenderet: & inde adduceret reuertentem.

Qui enim dubium eſſe pôſſit quin de Abrahami poſteris per Iacobum ad quem magnifica Dei promiſſa de Meſſia naſcituro ſpectabant, ſalutaria, & crebra beati ſpiritus conſilia caperent; cùm eos cernerent ſua maxime indigere opera in Ægipto commorantes; ſeu apud illum populum recente adhuc Ioſephi memoria, gratia pollerent; ſeu ea obliterata duram ſeruitutem ſeruirent? niſi credantur minus de vniuerſo Dei populo ſoliciti fuiſſe, quàm de Iobo ex Nachore Abrahami, aut Eſaij Iſraëlis fratre oriundo. Erga quem Iobum & filios ſic erant beneuoli vt frequenter eius filiorum & Prouinciæ in qua morabantur tutelares in Conſilium conuenirent ab eo vocati: qui quod Dei vices ageret Dominus præciſe dicitur. Cui ſui miniſterij rationem redderent, & quod facto eſſet opus ad ſuorem clientum ſalutem; aut inter ſe conſultarent: aut ab ſui conſilij præſide audirent, Sic enim rem geſtam vt ſimpliciter narratur à Moſe, aut Iobo malo accipere cum recentioribus multis doctiſque interpretibus; ſanctiſque patribus Athanaſio, Gregorio Nazianzeno, Auguſtino & aliis, quàm ad figuratam narrationem cum nonnullis detorquere.

A. M. 2398. Iob. 1.

Tyrinus Menoch. Sanchez Sa, Mariana.

G Cap.

CAPVT. IV.

Ætas Mundi quarta ab ortu Mosis ad Samuëlem.

A.M. 2464. Exod. 2. MOsen Iobo supparem imo propemodum æqualem: (natus quippe erat annos vnum & octoginta, cum Iobus anno vitæ ducentesimo decimo & septimo diem obiit) Mosen inquam si dixero cum vixdum bene aërem spiritu duceret feliciter iisdem præsidibus Angelis in vndis Nili fluitasse; iisdem ducibus venisse ad ripas eius fluuij A.M. 2543. Act 7. Pererius in Exo. 3 Regis Ægyptij filiam; cuius iussu naufragio puellulus subduceretur, & in spem educaretur Regni non aberrauero: siquidem congruunt principia mediis & fini. Certum quippe est primo eum commorantem in solitudine montis Horeb octogenarium vocatum ab Angelo quem aliqui putant fuisse Sanctum Michaëlem specie flammæ innoxiè rubum depascentis iussumque Dei nomine ire ad Pharaonem & illi esse instar Dei mirabilium effectorem, vltorem, scelerum, assertorem libertatis Israëlitarum, & ducem in Chananæam tandiu & toties promissam: quod imperium eidem sæpe deinceps iteratum est ab Angelo Dei vice. Ab eodem Exod. c. 5 6 pæt. Exod. 4. Mosi mortis aut periculum, aut timor fuit quòd in Ægyptum proficiscens nondum filium vix comitem circuncidisset: quem enim Dominum Mosi mortem intentasse scribit vulgatus interpres: septuaginta & Chaldæus Angelum vocant.

Annus proxime insequens fuit admodum insi-

gnis

gnis beatorum Angelorum beneuolentiæ erga If- A.M.
raëlitas perquam illuftribus teftimoniis. Per eos 2544.
enim facta eft illa de qua Regius vates loquitur Pf 77.
immiffio id eft præter nouem plagas etiam decima Exod.12
primogenitorum Ægyptiorum omnium scilicet Pererius
cædes. Neque enim refert quod à Dauide dicantur d. c.in
Angeli mali ad eam adhibiri à Deo. Ea enim vox c.7. Exo.
tantum indicat noxios fuiffe Ægyptiis de quibus ex eo
tam multarum fupremo numini illatarum iniuriarũ Andreas
reis pœnas fumere quis neget gloriofum Angelis victorel-
fuiffe? quando non indecorum fuit Tribunis, ali- lus l. 1.
ifque proceribus Romanis torquere Maieftatis im- de cufto-
minutæ reos? vt omittam bello captos Madiani- dia Angelorum
tarum Reges Zebée, & Salmana, & Amalechita-
rum Regem Agag cecidiffe, hunc Samuelis; illos
Gedeonis manu: datumque laudi à Deo Phinees Iudic. 8.
Aaronis ex Eleazaro filio nepori, quod vnum ex 1. Reg. c.
principibus Iuda graue fcelus admittentem con- 15.
fodiffet: vtque alios innumeros taceam qui fimili Nume-
pœna de reis repetenda *Suas manus Deo confecra-* ror. 25.
runt; quod Leuitis dictum eft à Mofe pofteaquam Exod.32.
cœfis viginti & tribus Ifraëlitarum millibus Dei
iniuriam vlti fuiffent ficque eius iram exoraffent.

Ab vno beatorum illorum fpirituum agi cæpit Exod.13
hoc anno ea columna, qua duce nubis quidem Abul. in
fpecie interdiu; ignis autem forma noctu, Ifraëli- cap. 13.
tæ totis quadraginta annis ad Iordanem vfque va- Exod. q.
rio viarum flexu profecti funt. Quid fi vt Pererio 114.
vifum eft duæ erant nubes in columnam figurata
vna, & dux viæ; altera Ifrælitas ab æftu defen-
dens.

Atque vt intelligerent quantum fibi fiduciæ ef-
fet in eius columnæ ducatu, aut verius in Angeli
qui eam agebat fide, & virtute ea ipfa nocte, qua

præire cœperat Hebræorum exercitum animis consternatum quia sibi videbant instare à tergo sexcentos falcibus armatos Ægyptiorum currus: & si Iosepho fides habenda est, quinquaginta equitum ducentaque peditum millia *Tollens se Angelus Do-*
Exod.14 *mini, qui præcedebat castra Israël,* verba sunt sacri scriptoris, & *cum eo pariter columna nubis*: ita stetit inter vtrumque exercitum, vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent.

Caldæus paraph. Et cum Ægyptij suo magis furore quam nubis qua parte illos respiciebat teterrima licet caligine obcæcati:& præcipites vestigiis insisterent Israëlitarum qui iubente Deo gradiebantur per medium maris clara in luce quæ illis ab eadem affulgebat columna fluctibus vtrimque specie murorum erectis, & induratis, (Angelorum opinor industria) simul ac Moses virgam mirabilium opificem extulerat; mirum dictu latens intra nubem Angelus Ægyptios vicissim consternauit multo tonitru & & frequenti fulgure; disiecit de curribus diffractis grandine, & fulmine; impressit rotarum orbitas in ipsos etiam Erithræi maris fluctus ad memoriam sempiternam Et ne quis tantæ cladi se fuga subduceret refudit primo diluculo maris aquas in priorem alueum quo factum est vt Ægyptij omnes ad vnum miseri perierint.

Exod.15 Tam certum habeo triduo post ostensum Mosi
Ecc.38. lignum, cui virtus erat innata tollendi amaroris ab aquis: & aliquanto post immissas in Israëlitarum castra coturnices ad cibum ab Angelis, Dei præpotentis imperio: adlaboratumque ab iisdem
Ps.76. semel & iterum ad fontium ex rupe scaturiginem;
Sap. 16. Exod.16 quàm compertum est ex Dauidis & sapientis oraculis illum cibum quo totos annos quadraginta pluisse

pluisse constat singulis noctibus vna dempta quæ sabbati pars erat; quique non magis ab admiratione, quam à mirabili sapore, aliisque qualitatibus *manna* dici meruit: Illum inquam cibum, Angelorum opera, & singulari de Israëlitis cura in aëre, & ex aëre paratum fuisse: quem Sanctus Cæsarius Arelatensis dixit *Mellifluum pluuiæ donum, sicci imbris obsequium.* Homil. 7 de pas.

Legem Mosi, audiente & spectante populo constat quinquagesimo post recuperatam liberatem die datam & quidem à vicario Dei Angelo, vt Sanctus Stephanus perorans dixit asseueranter, pompam hanc exornatam ab innumeris aliis cælestibus geniis cum ipse Moses, tum Dauid, & Sanctus Stephanus enarrant, aut satis clarè indicant. Exod. 19 Act. 7

His administris terror est iniectus salutaris spectanti: populo qua montis igne innoxio deflagrantis velut fumo, & succussu; quà intermicante crebro fulgure; quà horrendo tonitru, pluuiâ turbinibus, procellis; sed maxime buccinæ clangore quem sensim magis ac magis intendebat Angelus, qui mirabili illo sono decalogum articulatè promulgabat. Exod. 19

Et quoniam semel constát auctore Sancto Stephano protomartyre eum, qui in Sina loquebatur cum Mose fuisse Angelum: consequens est ea omnia quæ deinceps annis quadraginta cum domino dicitur habuisse colloquia; & ab eodem accepisse oracula, mandata, solatia, esse Angelorum tribuenda ministerio. Angelus erat Dei vicarius cum quo nube tectus Moses egit perquam familiariter & amice in montis Sina vertice totos ter quadraginta dies à quo incisum in lapides decalogum semel iterumque accepit, legesque alias ad Act 7 Saluianus post Caietan. hugonnē Cardin. & alios.

morum integritatem sacrificorum sanctitatem, reipublicæ Iudaïcæ administrationem vtiles, aut necessarias. Idem omnino pronuntiandum videtur de variis & multiplicibus Dei cum eodem Mose colloquiis intra tabernaculum; vel ad eius ostium fundente oracula, eo qui columnam agebat ignis, & nubis Angelo quamdiu versati sunt in solitudine Israëlitæ quique postea arcam fœderis habuit pro solio vnde consulenti pontifici responsa dabat.

Quod si depræteritis coniectura probabilis duci potest ex iis [1], quæ subsecuta sunt: quantam oportet fuisse beatorum spirituum de Mose viuo & apud Deum gratiosissimo, curam, & cum eodem familiaritatem: quos constat mortui cadauer extulisse, & magna pompa sepelisse. Ita tamen vt tumulus mortales omnes lateret obnitente frustra satana & altercante cum beatis geniis vt is palam esset. Captabat si quidem inde occasionem Hebræos in graue scelus idololatriæ impellendi quod ne accideret vehemēter obstitit præses eius gentis Archangelus Michaël: qui hoc eodem anno Balaamum, prophetam quidem veracem, sed impium parantem male precari Iudæis ab eo consilio deterruit, & deduxit Asinæ primùm articulatis vocibus; deinde suo minaci vultu, gladio, verbo, & frequente occursu.

Deuteron 34
Ep. Iudæ v. 9.
Nu. 22. 23.

Vt Mosis successori in administratione Iudaïcæ Reipublicæ Iosüe, suum Deus auxiliū prolixè pollicitus est eodem quo hactenus erat vsus internuntio Angelo: ita suam quoque beati spiritus non sunt passi operam deesse siue instaurando miraculum illud diuisorum Erithræi maris fluctuum cum sicco pariter vestigio Iordanis fluminis alueum transmiserunt

Iosüe 1.
Serar. in c. 3. Iosue q. 7.

transmiserunt Hebræi, omnes: siue in bellis si quæ geri oportuit ad exterminandos promissa patriarchis Chananitide indigenas. Ad hos certe bellorũ labores alacriter suscipiẽdos ducẽ Iosue confirmauit seu Gabriel, vt visũ est Abulensi: seu Michaël, vt probabilius censunt Theodoretus Lyranus Rupertus, & Pererius, & quidem viri armati specie qui se principem exercitus Domini clare professus est.

Lyranus in c.33. Exod.

Vid. Serarium in c.5. Iosüe q.41. & Victorellum l.1. de Angel. custodia.

Clarus innumeris victoriis Iosüe diuisaque inter tribus Israëliticas Chananitide licet nec dum omnino subacta nobilis; habuerat postremam suam orationẽ ad Hebræos in viri Dei cultu confirmandos admodum efficacem anno vt plerisque visum est imperij sui septimo supra decimum cum adfuit Silunte, vbi erat tabernaculum fœderis, Angelus qui apud numerosam concionem verba fecit tam illustria de beneficiis à Deo collatis in Iacobi posteros; tam clara de eo quod inter vtrosque conuenerat cùm fœdus sancitum est: tam fortia de non seruatis pactis à populo vt omnes præ doloris magnitudine vim lacrymarum profuderint: vnde & ille locus à fletu nomen accepit vsque adeo numeros omnes Imperatoris optimi voluit implere Sanctus Michaël, vt manum armatam auspicanti à bellis suum principatum Iosüe linguam autem eidem breui morituro commodarit ad populi sibi crediti sanctitatem, quam consequi solet certa felicitas.

A. M. 2599. Iudicũ. 2.

Vide Serarium in c. 2. Iud. Victorellũ l.1. de custodia Angelorum.

Tametsi autem mirum sit de Sanctorum Angelorum beneficiis in Israëlitas silentium annis fere centum & viginti ab adita ab iis Chananitidis hæreditate, nisi edita Silunte oracula armatis in Beniamini os sceleratos cæteris Israëlitis ab Angelo Dei vicario profecta dicas. Nefas tamen est dubitare

A. M. 2622. Iud. 20.

tare quin continenter in eorum salutem cogitationem & curas intenderent : præstarentque re ipsa clam licet quod postea publicum esse voluerunt. Primo quidem cum Baraeo fortissimo viro, & vate

A. M. clarissima Debbora insurgentibus in Sisaram exer-
2741. citus ingentis Ducem ; quem Rex Chananæus
Iud. 4. 5. Iabin Israëlitas dura seruitute premens in eosdem immiserat : *De cœlo dimicatum est.* Sic enim postea cecinit Debbora. Angeli quippe variis meteoris ris exercitum Sisaræ (vt olim Ægyptios in mari) consternatunt & specie armatorum militum strictis gladiis in aduersarios Israëlitarum irruerunt, Michaële nimirum, ductore exercitus populi Dei: & iis omnibus male precante qui Hebræis non essent auxilio, quod in Epinicio suo clare indicatum à Debbora existimauit post Abulensem Salianus.

A. M. Vix pacem, & libertatem ea victoria partam de-
2768. gustarat Dei populus, cum vetera scelera nouis
Iud. 6 7 cumulans concitauit in se cum diuina iracundia Madianitarum copias innumerabiles ;* quibus se
Serarius Gedeon iussus est ab Angelo obiicere vanno quo
q. 5 in. c 6 frumenta purgabat omisso. Nec ita multo post Ar-
Pautaleo changelo Michële suasore, Consiliario, duce ; sti-
cliac. in patus trecentis viris tuba tantum, & lampade in-
eu co- structis, insignem illam & sæculis deinceps omni-
mio 5. bus memorandam retulit victoriam sæuientibus
Michae- in sese inuicem penè ad internecionem Madianitis
lis. interea dum eorum castra trecenti illi viri buccinatum clangore, vasorum fictilium inter se commissorum fragore ; & lucernarum inopino fulgore complent, terrent exanimant, imo de mentis statu
Tyriuus. deiiciunt. Sed antequam hæc feliciter euenirent Angelus qui Gedeonem fortiter agere iusserat instructum sibi ab eo prandium (credebatur enim

morta

mortalium vnus quispiam!) sacerdotem agens commutauit sacrificio; & holocaustum fecit supremo numini accenso eius quam in manu habebat virgæ leui attactu igne, quo carnes & panes azymi deflagratunt ad supremum Dei cultum. Sic nimirum Angeli extraordinarium aliquando sacerdotium Dei nutu coniunxerunt Imperatoris ordinario muneri; vt fortitudine sua simul mortales iuuarent, & Religione erudirent.

Vt autem est admodum insolens Angelos sacerdotum munere defungi offerendis Deo sacrificiis quæ sensibus vsurpentur: ita nihil eiusmodi ab ipsis factum perhibetur nisi post annos fere centum cum scilicet Michaël si Serarium audimus, aut alius quispiam beatorum spirituum cuius nomen latinè redditum significat Mirabile, (vt quidem censuit Caietanus) Samsonem nasciturum primo prædixit matri eius sterili; post etiam eius mulieris coniugi Manüe. Tunc enim impositum saxo cum libamentis hœdum holocaustum fecit (si qua fides habenda est Caietano Lyrano, Serario) accenso nimirum mirabiliter igne per cuius flammam visus est in cœlum se recipere: Christumque tanto ante significasse perfecto sui crucifixi holocausto viam sibi in cœlum, & ad immortalem nominis gloriam aperturum. Imo, vt obseruauit Sanctus Augustinus, futuram in altari crucis acceptissimam diuinæ maiestati victimam flamma charitatis, & acerbissimorum cruciatuum igne depascendam. *A. M.* 2860. Iud. c. 13 Salianus hîc Serarius q 24

Vix erat in Imperio, iudicisque supremi dignitate Samson viginti annos vno minus; eiusque successor Heli: pontifex annos duodenos ita sine vllo quod quidem sit litteris proditum, externo

1.Reg.3. dato ab Angelis suæ de salute Israëlitarum, curæ
A. M. testimonio; vt ad eos etiam pertinere possit illud
2912. quod occasione Samüelis pueri tredecim annorum
1.Reg.2. dictum est à sacro scriptore: *Sermo Domini erat*
A.M. *pretiosus* (id est infrequens) *in diebus illis*; *non*
2913. *erat visio manifesta.* Adeo nihil palam tot annorum interuallo præstitum est ab iis in hominum gratíam &ratio ab illis se audiri, nedum videri sinebāt. Quare impatiens tam diuturni de illorū in homines beneficiis silentij, facile credo Abulensi non alium prophetam nisi Angelum missum ad Heli pontificem; qui eius intempestiuam lenitatem in coërcendis, & castigandis filiorum sacrilegiis, denuntiaret seuere vindicandam à Deo filiorum ipsiusque Patris morte & posterorum deiectione de pontificia dignitate. Nec alio nisi interprete Angelo iacentem in lectulo Samüelem quarto vocatum à Domino iteratas audiisse in Heli, & filios mortis & abdicationis posterorum minas.

Cap. V.

Ætas mundi quinta à Samuële ad solutam captiuitatem Babylonicam.

CÆterum Samuëlis obedientia, pietas, zelus,
A.M. quibus meruit Mosi, & Aaroni annumerari à
2940. Dauide & Iudex populi constitui à Deo sic illi
Ps.96. amorem conciliarunt beatarum mentium; quarum laus præcipua petitur ex zelo, teste Sancto

Ambro

Ambrosio; sic eundem cum illis familiaritate con- in Ps.118
iunxerunt; vt vix reperias qui illis fuerit amicior, oct. 17.
& familiarior postea quam à Mose discesseris.

Et verò cùm ab anno ætatis tertio supra deci- 1.Reg.3.
mum ad septuagesimum, & septimum quo è viuis
excessit sit habitus, *Fidelis Propheta Domini*, si cum
eo, vt cum eo vt cũ cœteris egit Dominus Angelo
interprete,(quod factum ante diuini verbi descen-
sum in terras plurimis iure ac merito visum esse A.M.
dixi,) consequens est toties cum Samuële Ange- 2960.
lum contulisse sermones; quoties vel adiutorem. 1.Reg.7.
habuit contra Philistæos, quos ingenti tonitru
consternauit, & cædendos obiecit Israëlitis; vel
iussus est Saülem biennio post vngere in Regem:
vel accepit quæ illi Dei nomine imperaret bella, &
denuntiaret supplicia: vel denique anno proximo
missus est Bethleem, vt Saüli abdicato à Deo quæst.23
subrogaret Dauidem. Abulensis certè diuina re- in c.16.
spõsa de illo quem ex octo Isai filiis elegisset Do- 1.Reg.
minus in Regem censuit ab Angelo clara voce,
quæque ab Isai & eius filiis audiretur data fuisse 1.Reg.16
Samuëli.

Vt autem tulit ægerrimè abdicatum Saülem, &
& ab eo recessisse Spiritum Domini: Ita vehementer
lætatus est Dauidem adolescentem, interea dum
confirmatur ætate: dum famam sibi apud popula-
res, & beneuolentiam conciliat ad imperium suo
tempore capescendum, *dirigi à Spiritu Domini ce-
pisse*; hoc est confirmari primum ad fortia quæque
& ardua prout regio solio destinatum decebat
generosè suscipienda, & constanter perficienda:
deinde etiam afflari ad psalmos componendos, quæ
illum sine Sanctorum Angelorum vel auxilio, vel
consuetudine præstitisse nemo existimauerit: nam

&

Pſ. 137. & diuinas laudes, *in conſpectu Angelorum*, ſe pro-
Pſ. 33. fitetur ceciniſſe: & ſe iis velut valido exercitu cir-
A.M. cundatum fuiſſe lætatur, cùm inſaniæ ſimulatione
2973. imminentem perniciem à ſe depulit.

1. Reg. Et ſanè non potuit tot ceptus periculis, quæ
17. 18. paſtori erant ab immanibus feris Leone & vrſo;
2. Reg. Quæ Regi electo Saül intendit: Quæ pacifice re-
15. gnanti conflauit parricida filius Abſalon; non po-
A.M. tuit, inquam, non experiri ſingularem illam cu-
3017. ram, quam de hominibus iuſtis iuſſit illos habere
Pſ. 90 præpotens Deus vt ipſe idem Dauid aſſeueranter
2. Reg. dixit; familiares autem illi fuiſſe beatos genios fit
24. ex eo probabiliſſimum.
1. Paral.
21.

Quod cum Ornam, & quatuor eius filij timore perculſi, ſe abdidiſſent viſo in monte Moria Angelo: qui ſtricto gladio parabat pœnas repetere à ciuibus Hieruſalem quas iam ſumpſerat de cæteris Hebræis cæſis intra triduum, aut vt alij putant intra horam vnam, ſeptuagies mille Iſraëlitis: & quidem ob numeratum à Dauide populum: ipſe viſis eiuſmodi, opinor, Aſſuetus adeo non eſt exterritus; vt prono in terram vultu Deum veneraretur, populo, non ſibi timeret. ab eo tantam cladem deprecaretur, ſe vnum reum, & ſupplicio dignum humiliter confeſſus.

Quod vero ſe Dauidi præbuit aſpectabilem Angelus, ſummæ id fuit benignitatis terribilem obiicere irati vltoris ſpeciem vt impelleret ad placandum infimis precibus numen. Quid illud? quod recondito in vagina enſe eum locum pacis, & religionis artibus dedicauit vbi ante parabat noxiorum fundere ſanguinem? iuſſit enim illico ibidem erigi aram: & fieri rem ſacram: vbi poſtea Dauidis filius, & ſucceſſor Salomon magnificentiſſimum

mum illud excitauit templum, in quod velut in alterum montem Sina Deus magna pompa Angelis stipatus, nubéque tectus descenderet: & in Sione velut terrestri cœlo stabilem tam ipse quam eius administri spiritus ad multa sæcula sedem collocarent. A.M. 3030. 3.Reg.8. 2.Paral. 5. & 6.

Etenim illata religiosè fœderis arca in templi eius aditum, eodem se penetrauit Angelus, qui Deum referebat; & super ea velut solio sedit: quod non gemini tantum Cherubini ad vtrumque eius latus vultibus aduersis affixi à mose; sed alij etiam duo ingentes à Salomone intra sanctuarium statuti expansis alio velut fixa vmbella contegebant. 3.Reg.6. Quid eorumdem Cherubinorum eminentes ex cedro effigies, aureis tectæ laminis totius sanctuarij, & sancti parietibus inter palmas dispositæ? nunquid indicabant haut procul esse eorum exemplaria: quibus curæ erat templi sanctitatem augere: & quæ in eo fundebantur preces Deo suppliciter offerre? Erit cum hanc coniecturam confirmabo primum castigato ab Angelis Heliodoro paranti templum expilare vt auaro, impio Regi morem gereret. Post etiam destituto ab iisdem templo recens abrogata Mosis lege. Interea mirabilem illum ignem, qui visus est cœlo dimitti in altare Holocaustorum stupente dicam, an exultante ad id spectaculum Salomone; non magis dubito tribuere Angelorum efficientiæ, quàm illa tria vasa: quorum primo facta Salomoni bonorum omnium optione; ille sapientia singulari quā prætulerat rebus omnibus, insuperque diuitiis & gloria magnificè fuit à numine impertitus; Secundo 2.Para.6. Deum exorauit vt propitius semper vellet esse omnibus qui in eo templo preces ritè funderent: cu-

ius

ius rei nuncium habuit vnum de beatis illis geniis vt Tostato visum est.

A.M. 3057. Vide Salian. an. Salomonis 38. Tertio verò iam in deteriora lapsus didicit diuisum i. i suum regnum: neque integrum peruenturum ad suum filium. Hoc quoque tertium visum eò facilius Angelo tribuerim qui tristi nuncio grauiter lapsum Regem ad sincerum de peccatis dolorem excitare voluit, quo magis iis assentior, qui paulò post eum seriò, & ad mortem vsque pœnituisse dicunt, tot admissorum scelerum. Vt enim fuit indignus, quem suo Deus dignaretur sermone: ita veterno consenuerat adeo graui; vt non nisi extraordinaria, & Angelica voce posset excitari.

A.M. 3061. 2. Paral. 11. Tametsi autem amantissimæ mortalium beatæ istæ mentes se palam beneficas in Roboamum Salomonis filium minimè præbuerunt, cum nec dum sapere didicisset totis quadraginta annis ante initũ principatum: neque parente mortuo sit Angelos imitatus vel amore in suos clientes, vel pietate & Religione in Deum: dubitari tamen non potest quin & fauerint occultis afflatibus & suasionibus impellendo quamplurimos decem tribuum ad eius partes: seu veriùs ad Dei cultum quorum transitione amplificatum est eius Imperium, & Ieroboami, quem sibi decem tribus Regem crearant fractæ sunt opes. Certum quidem habet Salianus ab hinc vno anno conatos Ieroboamum ab
2. Reg. 13 idolorum nefario cultu reuocare; altare profanum in quo Rex impius sacrificabat dirumpendo in eius oculis: simul ac id futurum illi prædixit vates à Deo missus.

Abiam Patri Roboamo haud multum absimilem non dubitarim dicere ab Angelis vehementer adiutum

iuṭum : quando quod humanam fidem penè supe- A.M.
rat. Diuino verò certò constat, quingenta millia 3077.
virorum fortium ex octingentis millibus quos ha- 2. Paral.
bebat sub signis Rex Israël seu decem tribuum Ie- 14.
roboamus, cæsa sunt à duplo minoribus Abiæ copiis. Id enim factum testantur sacræ litteræ quia sacerdotum Religioso tubarum clangore, militum Abiæque Regis generoso & pio clamore motus ad opem illis ferendam Deus perterruit Ieroboamum, & omnem Israëlem. Non dispari opinor ratione, quàm quomodo paucis post annis.

Asa eiusdem Abiæ filius victoriam, & victoriæ A.M.
præmia reportauit ex Æthiopum Rege Zara cæsis 3094.
ad internecionem decies centenis hostium milli- 2. Paral.
bus quia, *Domino cædente contriti sunt & exercitu il-* 14.
lius præliante, (verba sunt sacri scriptoris.) Quis autem fuit hic exercitus Domini nisi Angelorum vnus, aut plures: qui vultu, dexteraque minaci metum hostibus incusserunt: & in fugam actos gladiis Iudæorum dederunt occidendos? Sic enim putat explicari posse Salianus illud secundi Parali-
pomenon, *exterruit Dominus Æthiopes coram Asa,* cap.14.
& Iuda, fugeruntque Æthiopes & persecutus est eos Asa & populus qui cum eo erat.

Religiosum principem Iosephatum patre suo 2. Paral.
Asa multò constantiorem in Dei cultu, & morum 20.
sanctitate; quemque ideo Deus sibi acceptissimum omni ope fouit, & auxit gloria, diuitiis, felicitate: nihil opus est dicere habuisse adiutores Anlos cum alibi semper, tum maximè in ea per quam illustri victoria de copiis innumerabilibus Ammonitarum Moabitarum, Idumæorum, & quidem nouo pugnæ genere post annos fere quinquaginta relata, sacerdotum scilicet, ac Leuitarum pietate,

qui ſtabant ante inſtructam aciem : Deumque voce conſona laudabant. Cum enim per Angelos Deus hæc inferiora ſoleat adminiſtrare , quis ad rem adeò nouam , & admirabilem eos adhibitos neget cum maximè conſtet faciliori negotio potuiſſe id ab iis perfici , exterritis vt ſæpe alias , hoſtibus & inter ſe commiſſis : quàm (quod in Ezechiæ Regis gratiam præſtitum eſt poſt ducentos circiter annos) cœſis vna nocte centum octoginta & quinque Aſſyriorum millibus ab Angelo ſed hæc poſtea pluribus ſi vſus ſit, cum ad ea tempora deuenerimus.

Interea vero dum de Regibus Iudæ bene mereri pergunt Angeli , Dauidis reſpectu à quo genus ducebant : multoque magis Dei amore , quem legitimo ritu venerabantur: non omiſerunt Regum Iſraelis qui Ieroboamo deinceps ſucceſſerunt, decemque tribuum curam gerere:etſi à poſteris Dauidis , Deoque ipſo defeciſſent qua Salomonis immani auaritia , & Roboami crudelibus reſponſis efferatæ, quà Ieroboami ambitione, & timore ad nefariam vitulorum adorationem traductæ. Etſi enim Ieroboamo nihil admodum profuere , quæ ſupra memorabam; diſruptum Angelorum opera profanum altare ; effuſi cineres , diuina oracula: quæ ita fudit propheta in eius Regis impij ſalutem ſi aduertere voluiſſet & audire; vt eadem à Deo beatis illis mentibus internunciis accepiſſe vatem iure perſuaſum habeam non tamen ideo deſtiterunt Angeli eius ſucceſſores Reges , & ſubditos iis populos per ſe,perque prophetas auocare à ſcelere & ad pietatem impellere.

Equidem Ioſaphati Regis Iudæ ſanctiſſimi æquales Eliam & Eliſæum prophetas , quos conſtat diuina

diuina prouidentia in regno Israëlitarũ natos ibidem vitam duxisse ad decem illarum tribuum salutem, dici non potest quam frequenter, & sedulò beatæ mentes omni genere officiorum prosequutæ sint. Nam vt omittam quæ ex hebræis refert, Canisius de Elia adhuc in cunis iacente cuius in os visi sunt Angeli candida veste conspicui flammas pro lacte infundere prænuncias nimirum eius Zeli pro Dei gloria quem olim virili ætate per quàm ardentem præ se tulit: quis dubitet quin illi magna cum iisdem fuerit iam inde à puero familiaritas; vt pote virgineam integritatem professo; diuinæ gloriæ propugnatori acerrimo; salutis hominum per quàm studioso: quæ sunt in præcipuis Angelorum laudibus? Lic. 1. de S. Ioan. c. 1. ex Epiphan in vit. Prophet. ex Dorotheo in synopsi. Salianus ex SS. Hieron. & Ephr.

Adde ingentem mirabilium cœlestium visorum, oraculorum numerum: ad quæ illos Dei in administratione Mundi administros nemo facile neget suam operam contulisse. Adde virum probabile non nemini, perquàm erudito panem & carnes quæ bis quotidie corui ad Eliam latenrem in deserto, & inuio loco sub initium famis deferebant; ab Angelis fuisse subministrata. Quid si coruorum specie dignati sunt hoc tanto vati tribuere beneficium? Quis enim id illos decere negauerit? scilicet corui species externa minus quiddam est ad Angelum, quàm ad diuini spiritus personam columba. A.M. 3123. Salianus Lyranus citatus à v. Torel. 3. Reg. 17 Abulen. in 3 Reg 17. q. 11.

Vnum est de quo non magis ambigi potest quàm de sacrarum litterarum veritate triennio fere post Eliæ Iesabelem fugienti, & sub Iunipero vitæ potius tædio, quam viæ labore prostrato appositum ab Angelo panem & aquam: & ab eodem semel, iterumque excitatum ad recreandas hoc An- A.M. 3127. 2. Reg. 19.

gelicis manibus parato & confecto pane corporis exhausti vires. Neque multò incertius est eum Angelum, aut alium cum hoc propheta latente in spelunca montis Horeb suauissimos contulisse sermones: Illum iussisse redire ad Israëlitas cum grauibus & variis mandatis, nominatim autem de asciscendo sibi in socium, & successorem Elisæo.

Vt Lyranus putat post S. Augustinum.

4. Reg. 2.

A. M. 3127.

Quid illud quàm illustre? igneo curru, quem ignei pariter equi trahebent, ventus vehemens impellebat etiam ex hominum conspectu & consuetudine ablatum in locum secretum Angelo velut auriga ventum, & equos moderante? nisi magis placet existimare cum Sancto Ambrosio alium non fuisse hunc currum, & equos igneos nisi beatas mentes quæ flammæ ignis finciles esse dicuntur in sacris oraculis.

Ide sensit Sanct. Chrysostom. Lyran. & alij citati ab Andrea Rectorello l. 1. de cust. Angel.

Testis fuit huius rei Elisæus: ac proinde quod obnixe contenderat duplicis illius spiritus hæres quo fuerat ad Israëlitarum salutem à Deo donatus Elias, admirabilium scilicet efficientia, & præsensione, ac prædictione rerum futurarum. Neque defuit illi aut suo decessori Eliæ, patrocinium, consuetudo, familiaritas Angelorum. Quid enim ad ea omnia comprobanda lucutentius (omissis innumeris quæ in eam rem adduci possent ex eius historia sacris annalibus à spiritu sancto intexta) Quid, inquam, illustrius eo quod Elisæi seruo contigit? Exterruerat illum vehementer Syrorum militum aspectus qui vrbem Dothan in qua propheta tunc degebat circunsederant, missi à Benadado Rege vt virum sanctum vi abducerent Damascum. Ne deinceps ille pro sibi diuinitus impertita rerum occultissimarum scientia & Charitate in Re-

A. M. 3139.

4 Reg. 6

gem Iſraëlitarum pergeret illi aperire quæ Syrus in ſanctiore ſuo conſilio pericula moliretur Iſraëlitis, ſed forti animo ſeruum ſuum eſſe iuſſit Eliſæus, effecitque ſuis ad Deum precibus vt videret magnum Angelorum exercitum, equitum armatorum ſpecie, qui Syrorum conſilia in eorum capita retorquerent: vt re ipſa contigit: periiſſent enim Samaritanorum armis niſi idem Eliſæus quem quærebant, & à quo in mediam vſque Samariæ vrbem perducti fuerant, vetuiſſet Ioramum Regem in illos ſæuire.

Vt autem triennio antequam hæc contingerent aliquid atque adeo multum ad memorabilem illam contulerunt victoriã, quam ſupra dicebam nõ aliis armis niſi oratione ad Deum fuſa reportatam à Rege ſanctiſſimo Ioſaphato ita probabiliſſimum eſſe debet omnibus, quod mihi certum eſt biennio poſt eluſos Syrorum Eliſæum abducere tentantium conatus, ab iiſdem Iſraëlitarum præſidibus Angelis illum in tenebris editum ſonitum quaſi irruentium curruum, equorum, militum, qui ſuppetias ferrent obſeſſis Samaritis: quo territus Benadad, vniuerſæque eius copiæ ſe dedere præcipites in fugam. Neque inanis fuit ille timor: veniebant enim auxilio Iſraëlitis Angeli qui Deo optimo maximo Imperatore non iam ſibi amplius ſtipendia, ſed ſanctæ plebi quantum quidem poſſunt ſalutem, merentur. A. M. 3148. 4. Reg 7.

Et quia hanc vnam hominum incolumitatem habent ſecundum Dei gloriam ſuis omnibus in obſequiis propoſitam: imo quia hunc maxime in finem adhibentur à Deo ad varia, & quandoque etiam in ſpeciem abiecta miniſteria; non dubitauerim affirmare eorum opera fuiſſe perfecta quæ

non adeo multis post annis contigerunt admiranda circa Ionam Prophetam excuius prædicatione apta erat Niniuitarum salus. Detrectabat ille parere domino: hoc est Angelo Dei homine iubenti denunciari Niniuitis extremam post quadraginta dies perniciem: Ideoque fugiebat naui vel Tharsum Ciliciæ, vel Thartessum Bæticæ, vel Charthaginem Africæ vrbem: vel in alium quemuis Maris Mediterrannei locum; cũ iactato graui tempestate nauigio quo vehebatur, vltro consensit vt in mare præceps daretur. Quis enim ambigat quin Deo obsequentes sic mare agitarint, & turbarint vt nulla re tranquillari posset nisi Ionæ iactura. Cui tamen ne præfocaretur aquis præco futurus pœnitentiæ grandem piscem qui eum ore, & stomacho exciperet, & foueret viuum admouerunt ad nauigij latus, impuleruntque ad destinatum littus vt saluum & incolumem intra triduum redderet cælo & Niniuitis. Hæc omnia miracula (præter quam illud quod diuinam omnino manum ostendere videtur tamdiu illæsum durasse prophetam in ventre piscis) eo facilius per Angelos perfecta mihi persuadeo; quòd ab vno de illis Raphaële iuniórem Tobiam defensum à piscis voracitate sumus audituri non ita multo post hæc tempora.

S. Damascen. tract. de trisagio. Interea quàm reuerenter Deo adstent etiam qui cæteris omnibus antecellunt Seraphini, quam grauiter ferant illatas Deo iniurias; quam sint parati ad eas vlciscendas; quanto studio celebrent eius

A. M. 3216. Isaiæ 6. nomen; quàm illustria dent eius rei sanctis hominibus exempla quæ imtentur; & quàm propensa voluntate in eorum incumbant expiationem qui labe aliqua prohibentur à canendo cum illis Trisagio, (qui videtur hymnus omnium prstantissimus

mus) satis superque comprobarunt duo Seraphini ab Isaia siue corporis, siue mentis tantum oculis aut phantasiæ sensu visi. Stabant ante Deum excelso & eminenti solio aut tribunali sedentem ad scelerum vltionem: præ tantæ maiestatis reuerétia è senis alis quas quiuis habebat duas faciei vel Dei vel suæ modestè obtendebant; duabus se vel Angelum, qui Deum referebat hominis specie contegebant, ab vmbilico ad pedes vsque; reliquas ad volatum explicabant; alternis interea, & adeo contentis clamoribus Trisagium iterantes vt templi postes & limina commoueri viderentur: domusque tota velut fumo, & Caligine circunfunderetur. Quæ res Cum Isaiam Regiæ stupis hominem & prophetam vehementi desiderio inflammasset, illos imitandi: & gemeret se id præstare non posse ob labia silentio polluta, quod intempestiuè tenuerat cum Rex Ozias tentabat incensum adolere in templo quod erat proprium sacerdotum munus: perquam amanter expiatus fuit ab vno seraphino leui attactu carbonis accensi, & prophetæ labiis admoti: Ab eodem, aut alio crediderim eidem Isaiæ cùm post annos tres & sexaginta serra medius secaretur, inter eos cruciatus sitienti aquam vel in os infusam cælitus vel erumpente illico fonte subministratam, vt ex probatis autoribus refert Salianus, qui eum plusquam centenarium obiisse asserit.

Cæterum iucundior fuit, & salutarior ille ignis qui ex altari holocaustorũ dicitur acceptus, atque Seraphini, qui eum forcipe tulisse videbatur amoris ardori conuenientior, illo quem accendit Angelus post annos septem supra quinquaginta vt de Sennacheribo Rege in Deum impio, & in Ezechiã

A.M. ſanctiſſimum Principem iniurio pœnas ſumeret. Id enim præſtitit cæſis vna nocte centum
3324. octoginta & quinque Aſſyriorum millibus Hiero-
4 Reg. 19 ſolymorum vrbi circunfuſis: Et quidem vel im-
2. Parar. 32. miſſa in eos peſtilentia, vt exiſtimauit Ioſephus: vel vt ſanctus Hieronymus Hebræos ſenſiſſe refert, ſubtili & efficaci flamma depaſtus eorum corpora veſtibus illæſis & in cineres redacta: ne ſpolia deeſſent Iudæis, aut ij fœtore perirent mortuorum qui viuorum furori hac tanta cæde ſubducti ſunt Quod ſi ſpiritu ab eodem Angelo mirabiliter intercluſo perierunt, quod Toſtato viſum eſt, etiam ardore nimio perierunt: defectu nimirum aëris, qui ſpiritu ducitur ad temperandum cordis calorem.

Qui virtutes cœlorum de quibus ſæpe meminerunt ſacri ſcriptores, interpretantur Angelos, qui præſunt cæleſtium orbium, & ſyderum moti-
Iſaiæ. 10. bus; quàm vltro fatebuntur eos ſolem occidentem ſtitiſſe ad vocem & arbitrium Ioſüe, tam facile dicent eoſdem biennio antequam Aſſyriorum in-
4. Reg 20 ternecione Ezechiæ ſaluti côſuluiſſent adlaboraſſe;
2. Paral. 32. vt in ſpem valetudinis & vitæ longioris firmiorem
Iſaiæ. 38. veniret; ſiue Solis, vt patres ferè omnes dicunt, & conſequenter ſyderum omnium; ſiue vt quibuſdam viſum eſt vmbræ regreſſu in ſcioterico Regis Achas cum regreſſum Deus palam omnibus etiam Babyloniis eſſe voluit: vt ſic fieret eò illuſtrius beneficium reſtitutæ ſanitatis Ezechiæ Regi, quò foret euidentius ſignum abs Rege petitum, & à Deo perquam indulgenter datum.

Sed quia Sennacheribi furor ab Ezechia Iudæoque regno propulſatus illa mirabili vnius Angeli virtute ſe continuo in eos eos effudit Iſraëlitas qui

Niniue

Niniue captiui tenebantur, ac nominatim in sanctissimum virum Tobiam quando pluris fecit pietatem erga suos quàm eam gratiam qua valebat apud Regem; eo quoque suas curas intenderunt Angeli vt huius in primis viri charitatem fouerent, & constantiam firmarent in iactura bonorum & vitæ periculis quæ non semel adiuit iusta persoluens, iis quorum corpora tam ipse Sennacherib quam eius filius & successor Assarhaddo volebant insepulta. Huic defatigato ex labore in sepeliendis mortuis cum contigisset cœcitas ab effusis in eius dormientis oculos hirundinum excrementis, mirum quanta, & quam illustria vnus è septem cœliribus qui Dei Solio semper astant Raphael dederit ea occasione sui erga homines amoris testimonia. Rem infinitam, & qua nihil admirabilius, aut amœnius in hoc argumento me legere memini summatim refero, quam sacræ litteræ satis diffusam & explicatam habent.

Cum hinc cœcitate, & ab exore accepta contumelia vehementer afflictum senem Tobiam vitæ tædium caperet; eiusque à Deo finem ille suppliciter peteret. Illinc eius consanguinea Sara virgo non minus pietate; quàm genere & diuitiis nobilis quereretur suam infelicitatem apud Deum septem viris qui eam deinceps acceperant in coniugem à dæmone occisis antequam illam attingerent: quod illi prob roverterat Ancilla modestiæ & erga filiam vnicam Domini sui obseruantiæ immemor: vtriusque preceps vnus de septem qui adstane Deo principibus Angelorum Raphael suis orationibus efficaciter adiuuit, & vtrique iussus est medicinam afferre. Tobiæ 4.

Se itaque iuuenis Azariæ externa specie & no-

mine Iuniori Tobiæ ducem offert viæ in ciuitatem Medorum, cui Rages nomen erat; quo illum mittebat Senior Tobias repetiturum à Gabelo Israelita haud paruam pecuniæ vim quam olim ei mutuam dederat sumpto Chirographo: init cum eo viam; lauantem in Fluuio Tygri & graui timore perculsum ab irruente in eum callionymo pisce voracissimo simul, & immani aspectu, iubet præsenti esse animo; piscem per branchias prendere, in littus trahere; exenterare; cor eius, iecur, fel sibi seponere; hoc quidem ad medendum oculorum albugini; illa vero ad fugandum dæmonem: docet quo fine, & qua continentia sit vtendum matrimonio: conciliat, & fortunat illi nuptias cum Sara Raguelis filia; exacto procul eo qui septem illi sponsos occiderat cum libidine, non prolis amore ei iungi vellent: Et ne Iunior Tobias aut parentes nimis diuturna expectatione aut socerum properato discessu affligeret, non recusat Raphael procuratorem agere negotij, ad quod totum hoc iter à Tobia fuerat susceptum. Reges itaque Medorum proficiscitur; postulat ex syngrapha pecuniam à Gabelo decem nimirum argenti talenta. seu ex Saliani æstimatione coronatos æris gallici quinquagenos super ter & decies millenos atque septingentos: eam recipit reddito quod habebat Chirographo: Gabelum secum adducit ad nuptiale conuiuium: post auctum vxore, & diuitiis Iuniorem Tobiam, sanumque & incolumem reducit domum & ad parentes qui magno illius videndi flagrabant desiderio: docet eum artem paternæ medendi cæcitati, quæ vtrique cessit feliciter: ac demum exactis ab suscepto ad Gabelum itinere penè quadraginta diebus finem fecit alienæ personæ ferendæ se

Rapha

Raphaëlem cœlitum vnum professus diuinarum laudum præconem apud eos agit: & suis clientibus, vtrique scilicet Tobiæ cœlestibus eruditis præceptionibus, & diuinorum amore incensis vale dixit, cœlum vnde venerat celerrime repetens. Dubium sanè posteris reliquit plus ne lætitiæ vtrique Tobiæ attulerit cum tot illos bonis cumularet; an admirationis quod vilium quales se credebant, hominum causa vnus cœli principum tot personas sustinere dignatus sit. Harum vt aliæ fuerint illustres, vt mediatoris apud Deum; seruatoris à voraci pisce; Doctoris Alexicaci, Oratoris sacri, Angeli atque etiam Medici vnde nomen habet Raphaëlis: ita cæteræ Mercenarii ducis viæ conuiuæ, paranymphi, & procuratoris, nihil habere videbuntur, eius siue naturæ spiritualis & excellentis dignitati, siue gratiæ sanctitati, aut muneris amplitudini consentaneum. Quamquam si vel ad inflammatum Angelorum in homines pios amorem vel ad Dei cui in his rebus famulantur maiestatem, animum & cogitationem referas: disces hominum amore succensos nihil sibi ducere indecorum quod amico expedit: & inter mancipia Dei numerari plusquam Regium esse merito illos existimare.

Hæc quæ commemoraui beneficia ad duas tantum familias pertinuerunt. quid illud quod paucis annis interiectis præstitit ille idem Angelus vt putat Serarius quem castissima simul & fortissima vidua Iuditha cæde Holofernis nobilis, sibi viæ ducem fuisse prædicauit eunti ad castra hostium; comitem & defensorem castitatis apud eos triduo commoranti? quidni etiam dicam adiutorem in re fortiter gerenda, æquè ac in reditu felici ad suos ciues

in c. 13. Iudith quæstiuncula vltima.

A. M. 3346. Iudith. ca. 13. ciues? Equidem fuit illud forti viduæ cum vniuerso Iudæ regno commune: nam ab omnium ceruicibus extremam depulit perniciem; & cæso manu Iudithæ Holoferne summo Assyriorum exercitus duce, actisque in fugam, & cæsis Assyriis pacem Iudæ imperio ad multos annos, & felicitatem attulit, quæ finem non habuit nisi post annos nouem & septuaginta Iosiæ Regis sanctissimi morte non publico magis totius regni, quàm priuato Hieremiæ Prophetæ luctu deplorari,

Sed ea calamitas initium tantummodo fuit eius quam idem Hieremias annos natus circiter quindecim cœperat florente adhuc Iosia denunciare regno Iudæ, & templo à Chaldæis: quæque fuit argumentum eorum omnium oraculorum quæ
A. M. 3407. Ierem. 1. multis annis edidit, lugubris carminis, quod cecinit, orationum quas ad populum habuit, Angeli eius opinor afflatu qui vt habent Sanctius & Cornelius post Sanctum Hieronymum, Rabanum, Dyonisium aliosque manu aspectabili tetigit os eius, eaque cærimonia Prophetam consecrauit, cùm excusaret ille teneram ætatem, & infantiam ne munus susciperet æquè augustum ac periculi
A. M. 3447. q. 18. in 2. Machab. c. 2 plenum. Et vero inter crudelissima principum odia, carceres teterrimos, cruciatus, & probra perfunctus eo munere magna cum libertate & diuinæ gloriæ zelo lapidibus tandem post annos quadraginta obrutus est in Ægypto ab ingrata & impia plebe quæ illuc aufugerat. Sed antequam id adiret discrimen abductus in Ægyptum probabiliter dici posse putat Serarius non alia præterquam Angelorum opera vsum in deferendis ad Montis Nebo speluncam, & ibi recondendis arca fœderis, altari incensi, & tabernaculo siue à Mose,

fine à Dauide extructo: quæ imminenti Hierosolymis Nabuchodonosoris furori subduxerant sacerdotes, eodem hortatore Hieremia, & subterraneo quodam loco absconderant.

Hic lubet diuinam cum Origene bonitatem admirari cui cum sit solemne reos parati supplicij admonere semel iterum, & teriò antequam id infligat: vt eius timore sibi consulant Deumque iratum propicient: non satis habuit Hieremiam initiatum Angelicæ manus attactu mittere ad Israëlitas qui degebant in patrio solo vt eos à sceleribus deterreret, hac cladis denunciatione quà virgæ vigilantis, & ollæ accensæ signis; quà diuinorum inuolucris oraculorum & sæpissime clara & dilucida oratione. Etenim eandem cladem paulo post futuram voluit coram prædici voce captiuis Babylonie Israëlitis; & scripto Hierosolymitis ab Ezechie: quem cum Iechonia Rege & decies millenis Iudæis deportarat Babylonem Nabuchodonosor ante annos quinque: Præsignificarunt autem vrbis & Templi Hierosolymitani luctosum exitium & vastitatem Ezechieli visi ab eo, ante septennium quatuor Cherubini igneo fulgore rutilantes, humana totius corporis compositione; ceruicibus, armis, pectore, iuba vestitis instar Leonum: pedibus quales esse solent boum vngulæ bifidæ, Aquilam autem referentes grandibus explicatis alis duabus, nam singuli præterea duabus tegebant femora vt nos modestiæ, & reuerentiæ erga Deum admonerent. Etsi enim his Cherubimis aliqui Christum Iesum significatum existimant, primùm cruce decussata quam exprimebant alæ singulæ explicatæ singulis alterius Cherubini alis commissæ, deinde animalium figuris quæ Christum

homil. 2. in Ieremiam.

Ezech. 1

S.Hieronym. Theodoretus. stum præmonstrabant futurum, simul hominem Regem, & victimam: excitaturum se Leonis instar è mortis somno,& in cœlos ascensurum Aquila sublimius:attamen si currus ille bellicus potiùs, quàm triumphalis quem agebant Cherubini, cuique diuina maiestas insidebat, portendit Hierosolymorum extremam perniciem ab irato numine, nouum non fuit beatos Angelos vltrici eius iustitiæ manus, & operam commodasse.

Nam (vt alia missa faciam innumera tum in hoc Ezechielis vaticinationum libro, tum alibi Ephes.9. scripta de hac vindici scelerum numini ab Angelis nauata opera) video virum illum vestitum lyneis quem Angelum Sanctum fuisse docent sacri enarratores non modo iussum fuisse notare signo crucis immissæ, seu T. frontes electorum quos volebat Deus expertes imminentium reis malorum: sed etiam cum primum illud visum quadrigæ admirabilis iterum Ezechieli obiectum, est accipere ab vno Cherubimorum prunas, quas effunderet in vrbem non multo post igne absumendam. Et vt de Ezechiele dicere super sedeam, quantis ab superis illis mentibus fuerit affectus beneficiis: sit hoc satis, visum probabile nonnullis eruditis interpretibus accepisse ab Angelo librum illum,quo multa ab eo denuntianda populo continebantur, quæ res me adducit vt cum aliis opiner pene toties egisse cum illo Deum Angelo internuntio, quoties *Sermo Domini* ad eum *factus* esse dicitur.

Hieremiæ,& Ezechieli æqualem Danielem fuisse Angelorum consuetudine nobilem, & eorum beneficiis cumulatum coniici potest ex eius duodennis adhuc pueri oratione: cum iniquos illos Iudices, qui Susannam vita priuare tentabant quia castitatem

castitatem eius fœdare non poterant capitis iustissimè damnatos pronunciauit, hac verborum formula, *Ecce Angelus Domini accepta ab eo sententia scindet te medium.* Dan. 13.

Eius certe sociis tribus Regio Dauidis sanguine illustri ortis, quos furens Nabuchodonosor in fornacem Babylonicam coniici iusserat, mediasque inter flammas illæsis, ambulantibus, carmen epinicium Deo canentibus, comes erat Angelus formæ præstantissimæ ab ipso etiam visus Nabuchodonosore, & quidem solo vt putat Pererius hunc autem Angelum fuisse Michaëlem consuit eius Encomiastes. *A. M.* 3456. Daniel 3 Pantaleo diarc. apud Surium.

Hanc præterea Danielis cum beatis mentibus consuetudinem arguunt cum alia multa quæ deinceps summatim referam; tum visus ab eo magnificus, dicam an terribilis apparatus ad iudicium de Romanorum imperio: sedensque Deus, aut vicarius eius Angelus in throno, vel curru non multum absimili illis qui Isaiæ & Ezechieli sunt ostensi: hunc certè non duo tantum Seraphini, aut Cherubini quatuor, sed innumeri cingebant Angeli, fluuio etiam igneo designati, si Sanctum Dionysium audimus. *A. M.* 3463. Daniel 7 Coel. hierarch. c. 13. Daniel 4.

Vigil qui visus est Nabuchodonosori de cœlo descendere; & iubere succedi magnam illam, proceram, foliis, & fructibus, conspicuam arborem, qua Rex ipse adumbrabatur, Theodoreto creditus est fuisse Angelus ideo minimè somno obnoxius quia ab omni corporea concretione liber: qui proinde fuit eò facilius Danieli cognitus quò sæpius benignam in se superarum mentium voluntatem experiebatur variis & quæ sub sensus etiam caderent beneficiis ab iis affectus.

A. M. 3483. Daniel. 14. In profundam foueam coniectus Euilmerodacho Nabuchodonosoris filio, & successore perquam inuito permansit illæsus à voracitate septem Leonum qui nutriebantur ibidem, ad Regalem credo luxum & delectationem : tametsi septem dies Procerum malitia protitaretur eorum fames substracto pabulo. Angelus quippe eorum rictus quos fames diduxisset arcano impulsu concludebat. Quod palam professus est Daniel qui post aliquot annos in idem coniectus periculum sub Dario Med, eundem quoque habuit seruatorem Angelum.

A. M. 3516. Daniel 6 Quid illud ? quantæ Angelorum fuit, in Danielem benignitatis ab vno illorum cibos appositos sedenti inter Leones cum primò est obiectus eorum furori, allato scilicet ex Iudæa Babylonem Habacuc Propheta cum prandio quod suis messoribus apparatat ? Triennio post delatum ad Danielem Habacuc. Esdram non illum, qui sacris scriptoribus annumeratur. sed alium quempiam quærentem apud Deum paribus Babyloniorum & Israëlitarum peccatis hos seruire, illos dominari vnus de beatis spiritibus diuinam in ea pœnarum inæqualitate docuit admirari æquitatem, quæ tarditatem supplicij grauitate compensasset, vt liquet ex Babylonij Imperij luctuoso fine ad quem Angelos aliquid contulisse palam est.

Daniel. c. 14.

Esdræ lib. 4. c. 3 Illam certè mortis sententiam in Regem Babiloniorum Balthazarem in superficie parietis aulæ Regiæ ipso Rege & Proceribus trepide inspectantibus scripsam quasi hominis manu nemo dubitet existimare fuisse Angeli opus aspectabile. Et quidem eò facilius adducor vt Hebræis credam factum id à Gabriele : quo certius est, cum fuisse Danie-

lis

lis qui exaratam ſententiam legit, & interpretatus eſt doctorem perpetuum. Etenim cum conſtet & viſis anno ſuperiori, & præſenti qui fuit Darij Medi primus dididiſſe Danielem ex Gabriele tum viciſſitudines Imperiorum, tum myſterium temporis Chriſti venturi: quid ni cum Saliano probabiliter dicam ab eodem ſemper diuinis eruditum myſteriis, iam inde à ſomnio Nabuchodonoſoris de quatuor Monacchiis cœlitus eidem enunciato, & enarrato Danieli. Daniel 8 9.

CAPVT. VI.

Ætas Mundi Sexta A ſoluta Captiuitate Babylonica ad Chriſtum natum.

NAm poſtremum eius vigilantis viſum de Gabriele facile accipio captiuorum Babylone Iudæorum præſide, ſicut totius gentis erat defenſor Michaël quicquid enim ibi ab Angelo *viro deſideriorum*, Danieli enarratur ad captiuorum Iſraëlitarum vtilitates, & delectationem ſpectabat, quale fuit certiorem fieri prophetam de proximo reditu in Iudæam famiante permiſſo ab eo, qui rerum potiebatur Cyro; nequicquam Perſarum & Græcorum præſidibus Angelis contra obnitentibus ne ſui clientes tanto fruſtrarentur exemplo pietatis, & deſtituerentur veræ religionis doctoribus. *A.M.* 3519. Daniel 10.11.12

Adde prædicta fuiſſe Danieli multa de Perſarum, & Græcorum Regibus ſub quibus deinceps erant

futuri

futuri Iudæi: quò sic illi præpararentur ad eas ærumnas, quas pro fide & Religione perpessuri erant ab Antiocho nefandi Antichristi imagine, & præcursore.

A. M. 3533. c. 4. coel. hier. in c. 3. ad galat. Ex oraculis quæ Zacharias cœpit fundere Darij Histaspis persarum Regis anno secundo sub reditum Israëlitarum ex Assyriis, efficitur opinor ita Spiritum Sanctum ore prophetarum locutum in eorum mentes illabentem superæ lucis effusione: vt tamē Angelis vteretur siue ad voces quæ in sensus incurrunt, ex aëre formandas; siue ad rerum corporearum imagines in eorum phantasia componendas: quò per hæc signa mens prophetarum moueretur ad arcana, & diuina cognoscenda: quæ ipse spiritus sanctus eodem temporis momento interiore afflatu, & illustratione dignabatur aperire.

Hoc certe satis clare docuit S. Dionysius Areopagita: & post eum Sanctus Hieronymus, alijque firmant huius rei fidem totis sex primis capitibus vaticinationem Zachariæ comprehensa de rebus admirabilibus, quæ ab Angelis accepit responsa; quæ in pauca conferre placuit ad eorumdem Angelorum charitatem erga homines magis ac magis cognoscendam, & prædicandam.

Zachariæ 1. Visus est primùm Zachariæ præses Iudaicæ gētis Archangelus Michael (si Theodoretum sua non fefellit coniectura) & quidem hominis in equo rufo sedentis figura qua suam in agendo celeritatem, & vindictam de Iudæorum hostibus sumendam significabat.

Huic cùm variarum nātionum custodes Angeli equitum specie nunciarent subiecta imperio Persico gentes à se lustratas pace frui: accepit occasionem ille Deum orandi pro Israëlitis; qui soli totis iam

iam ſeptuaginta vexabantur annis. Audit Deus eius preces ſtatimque Angeli quatuor apparent fabrorum ſpecie, & forma ſuis ferramentis inſtructorum adæquanda ſolo regna, quæ quatuor cornuum inſtar Iſraëlitas peſſime habuerant.

Deinceps à duobus Angelis docetur futuram Hieruſalem quæ Chriſti figurabat Eccleſiam tam amplam, ea magnitudine, & tam frequentem ciuium multitudine vt nullis mœnibus eam claudere foret neceſſarium, maximè cùm Deus illam muri inſtar ignei cincturus prædiceretur.

Ieſum ſummum pontificem filium Ioſedech illius Ieſus imaginem, qui putandus erat filius Ioſeph, veſtibus ſordidis amictum ad ſignificationem peccatorum populi ſibi crediti, reum agebat Sathan coram Michaële, qui Dei vice iudex ſedere videbatur, Sed qua eſt Archangelus benignitate in homines, caſtigatur verbis ab eo Satan: & iubentur minores, qui adſtabant Angeli exutum ſordido amictu pontificem ornare ſacra ſtola, & cidari: cui pollicetur cuſtodes ſe appoſiturum, & defenſores ex iis qui adſtabant beatis mentibus.

Non ita multò poſt obiicit eidem prophetæ idem Angelus viſum aliud lætiſſimi ominis quo ſignificauit Zorobabelem Dauidicæ ſtirpis principem & Ieſum ſummum Pontificem glorioſos futuros duarum olearum inſtar, ad aurei latera candelabri; quo Deus adumbrabatur; aut Chriſtus; aut eius Eccleſia.

Quid pluribus; eidem Angelus Chartæ volantis ſpeciem obiicit in qua ſcriptū erat quibus ſuppliciis Iſraëlitarū ſcelera puniturus eſſet Deus. Deinde Aliis atque aliis rerum corporearū imaginibus eumdem Zachariam præſcium eſſe voluit vario-

rum operum seu Iustitiæ seu Misericordiæ diuinæ.

Adeò frequentem Angelorum cum Zacharia sermonem,& consuetudinem excepit occulta quidem sed tam admirabilis eorumdem benignitas erga reducem è Babyloniis ergastulis Iudæorum populum; quam fuit constans eius aduersus verum numen Religio, & pietas totis quingentis & viginti annis; qui ad Christi Domini ortum ab eo Propheta, aliisque eius æqualibus clare prænunciatum fluxerunt à prima quam retuli Zachariæ vaticinatione.

Tametsi enim sub Græcis Principibus, qui Persarum Imperium inter se Alexandro mortuo diuiserunt,grauia scelera plerique Iudæorum admiserint relicto patrio Dei cultu : ea tamen impietas,quod antea non contigerat Pontificum sanctitate damnata, Machabæorum armis impugnata, sanguine martyrũ proscripta est, quod sine sanctorum Angelorum præcipua quadam ope perfectum nemo diuinæ prouidentiæ viarum satis gnarus asseuerare ausit.

Id certe quod Onia viro sanctissimo, & sæpius
A M. in sacris litteris laudato Pontifice contigit vni ex
3870. Seleuci Philopatoris aulicis Heliodoro manifestâ
2. Ma- fecit beatarum mentium de populi Iudæi salu-
chab.1.3 te, eiusque rebus sacris curam singularem. Venerat ille à Seleuco missus Hierusalem vt magnam auri argentique vim auferret, quæ in sacrosancto templo deposita ferebatur. Non illum ab eo consilio deterrebat vel Oniæ pontificis reuerentia; vel eiusdem in tanto profanationis periculo consternatio : Neque illum mouebat aut templi toto orbe venerabilis sanctitas, aut sacerdo

cerdotum, & sacrarum virginum, aut totius populi comploratio, cùm ecce tibi terribilem equitem (Lyranus templi custodem Angelum fuisse coniicit) armis aureis perstringentem oculos; cuius equus insurgens anteriores vngulas Heliodoro cũ impetu incussit, proiectumque in terram duo iuuenes præstantissima forma vtrimque flagellis ceciderunt donec animam propemodum agens à suis, vel potius à Iudæis extra templum elatus est, Onia pontifice interea vlteriorem Dei vindictam ab eo oratione, gemitu, & sacrificio deprecante. Neque irritæ fuere preces: nam mox iidem iuuenes, hoc est Angeli iuuenum specie (ad vigoris semper integri & numquam senio fatiscentis testificationem) Heliodoro se aspectabiles præbuerunt: iusseruntque vitam Oniæ pontifici ferre acceptam secundum Deum, nec non quod ipse abundè postea præstitit nunciare, in eo templo esse quamdam Dei virtutem; quidni etiam beatas mentes, quæ scelerum vindici, & suorum clientum defensori Numini præsto sunt ad omne obsequium?

Sed hæc in vmbra tantum, & sanctissimis templi adytis gesta sunt, quæ autem post annos fere viginti contigerunt palam in sole, atque adeò in acie perfecta sunt ab Angelis, in Hebrææ gẽtis gratiam. Iudas Machabæus iam annos tres bellum fortissime gerens cum Antiocho Epiphane, & successoribus aut præfectis eius prælium committebat cum Timotheo Duce exercitus Antiochi Eupatoris Epiphane geniti, cum illi, mirum dictu, sed visu mirabilius, quinque Angeli equitum specie adfuerunt quorum duo medium illum suis armis tegebant, & præstabant incolumem: cæteri, Duces facti Hæbræorum copiis pugnabant, telis, A.M. 3891. 2. Machab. 10.

& fulminibus in Græcorum exercitum : quem ita timore consternarunt & obcæcarunt vt non admodum magno negotio pedites quingentos supra vicies mille, equites autem sexcentos Iudæi occiderint. Quid illud quod eodem anno prælio di-
2. Machab. 11. micaturus Iudas cum Lysia qui Regis Antiochi Eupatoris nomine imperabat vbi *Cum fletu, & lacrymis rogauit Deum vt bonum Angelum mitteret ad salutem Israël* : se illico sensit exorasse. Ecce enim apparuit præcedens Hebræorum exercitum eques in veste candida, armis aureis, hastam vibrans quo duce, quismeretur ita fusa fuisse ab Hebræis octaginta peditum millia, & equitatum innumerabilem vt vndena peditum millia & equites sexcenti supra mille ex hostibus ceciderint?

A.M. 3893. 1. Machab. 7. Quid ille timor cœlitùs incussus centum, & viginti peditum millibus; bis mille, & quingentis equitibus qui Duce altero Timotheo Iudam inuadebat. nonne ab Angelis qui Iudæis præerant iniectus est, obiecta Græcorum oculis aliqua terribili specie? Ita quidem sentit Salianus : & fauent huic coniecturæ tum priora visa, tum preces à Machabeo fusæ, vt sibi bonus aliquis Genius auxilio veniret sicut venerat Ezechiæ Regi suppetias laturus ille Angelus qui Sennacheribi copias occasione occidit.

Ioan. 5. Sub hæc tempora quæ à Christi Domini ortu haud multum aberant facile crediderim piscinam illam, cuius meminit dilectus Christo discipulus cepisse subinde ab Angelo commoueri : & vi salutari impertiri ad eius ægroti curationem qui primus in illam aut desiliebat ipse, aut immergebatur ab aliis. Etenim ex sacri scriptoris narratione satis efficitur iam inde à pluribus annis hac salutari

medi

medicina donatum diuinitus Hebræorum populum. Sic nimirum erant præſignificandi ſalutares baptiſmi latices : quibus depoſita generis humani ſalus & vita reparatur : non ſine collata in eam rem beatarum mentium opera. Vſque adeo propenſa voluntate in ea feruntur omnia, quæ hominibus ſalutem, & vtilitatem aliquam afferre poſſunt.

Quæ ſuperarum mentium charitas quanta fue- A.M.
rit erga beatam virginem quam *Fontem apertum* 4037.
Domini Iacob poſſis ſine iniuria filij dicere : quis Hæreſi
ſatis explicet ? Naſcituram ex ſterili matre Anna 78. hiſto.
miſſus à Deo prænunciauit Sancto Ioachimo hanc de ortu
à ſe & coniuge ſterilitatis infamiam deprecanti deip. in
luce clara circunfuſus Angelus. (vt retulere San- emomio
ctus Epiphanius, S. Hieronymus, & Sanctus Ger- Virginis
manus Conſtantinop.) Gabrielem fuiſſe conſtat ſi quæ Sancta Brigitta de iis rebus memoriæ poſterorum conſignauit vera ſunt, & reddita cœlitus oracula.

Vitam traducenti intra templi Hieroſolymita- A.M.
ni ſepta loco ſacris virgnibus educandis deſtinato 4042.
ſcribit Sanctus Ambroſius, & ex eo Salianus An- Apud
gelos crebrò adſtitiſſe, quin etiam ſenſere plerique Caniſiũ,
autores grauiſſimi poſt Sanctos Hieronymum, & A Caſtro
Germanum Conſtantinopolitanum Patriarcham Bonifac.
ſubminiſtratum eidem virgini quotidie cibum a- in hoſt.
lendo, & augendo corpori neceſſarium ab iiſdem 29. La
Angelis. Interea dum mentem cœleſtium rerum Cerda de
contemplatione paſceret ; Seque præpararet ad excell.
panem Angelorum Dei verbum humanæ naturæ Ang pio-
coniunctum puriſſimò ſuo excipiendum vtero ; & rum c.8.
hominum generi apponendum. Iamque inſtabat cit.
felix illud momentum, quo beatæ mentes cò ma-

iorem cum hominibus consuetudinem, & familiaritatem iungerent, quò præstantior erat, & sanctior humana futura natura mirabili cum diuino verbo societate: quando Thus adolenti Sancto Zachariæ intra sanctam ædem adstitit idem Archangelus Gabriel; qui nasciturum ex eo; & Elisabetha senio effœtis Christi præcursorem Ioannem nunciauit: qui velut Horison, & finiens orbis non tam legem veterem à Mose promulgatam diuideret à noua per Christum ferenda; quàm in se ipso coniungeret: (quippe qui vtriusque particeps quodammodo fuit) simulque esset soli iustitiæ mox in mundum prodituro Phosphorus.

A.M. 4051. Luc.1.

Et vero vixdum sex menses latuerat in matris vtero Ioannes, cum ab eodem Archangelo Gabriele mirabilis ille, totisque iam quadraginta insuper dimidio sæculis expetitus, & expectatus virgini sanctissimæ allatus est nuncius de nascituro ex ea virtute Spiritus sancti, nulla sui pudoris virginei diminutione, Dei filio, humanam naturam induto.

A.M. 4052. Luc.1

Matth.1 Id miraculum cum non satis caperet castissimus & Iustitiæ laude conspicuus eius virginis sponsus Iosephus; meditareturque discessum; siue se tantæ virginis conuictu indicans indignum; siue ambiguus, & incertus quid de eius grauiditate statueret; miseratus illum Angelus tantæ rei mysterium dormienti enunciauit.

Cum autem Nono post mense felicissimè virgo peperisset obstetricantibus (si dicere fas est) Angelis, quibus stabulum Bethleemiticum pro cœlo fuit; & nox pro cœli Empyrei fulgore: Angelus tanta luce circunfusus, & radians vt noctis caliginem depelleret, Pastoribus loco vicino gregi

inuigi

inuigilantibus, natum mundi saluatorem nunciauit. Quam autem lætitiam illis eo nuncio attulerat Sanctus Michaël eam cumularunt quæ illi comitabantur beatæ mentes; consona voce & suauissimo concentu *Deo gloriam, & pacem hominibus bonæ voluntatis*, votis immensis, & ardentissimè precatæ. Quid quod visum est nonnullis omnes prorsus è cælo in stabulum descendisse clientelæ addictissimæ professionem apud recens natum Dominum, edituras? easdem tripudiantes eius occasione mysterij facit S. Gregorius Nazianzenus.

Capvt. VII.

Ætas Mundi septima ab ortu Iesu Christi.

Ab hoc felicissimo Christi Iustitiæ Solis ortu, quo supera cæperunt imis præcipuo quodam fœdere sociati, dici non potest quàm frequentes in terris visi sint Angeli; & quantis dignati sint homines afficere beneficiis, atque etiam honore prosequi. Neque enim amplius illos, vt hactenus fecerant, pro suo iure, & Dei nutu habuerunt vt inferiores naturæ conditione, & morum Sanctitate, sed vt æquales gratiæ dignitate, ministerij præstantia, reposita in cœlis hæreditate.

Quocirca non omnia quidem enumerabo beneficia quæ beatas illas mentes contulisse in homines pleniore manu quàm antea scriptores sacri in primis diligenter annotarunt: sed ex præcipuis

aliquot ſeligam quæ diſtinctiùs quidem, breuiter tamen explicem. Cætera, vel omittam; vel ad ea tantum digitum intendam. Et quia ab eodem Chriſti ortu cœpit Æra noua: indidem etiam nouum inſtituam ordinem notandi, & diſtinguendi per huius ætatis ſeptima ſæcula quæcunque à ſuperis illis mentibus in noſtri gratiam geſta ſunt. Et eorum quidem nonnulla per annos ſuos digeram; quia diligentes in ea re fuerunt hiſtorici, quorum fide nitimur. Sed quia de pluribus præcisè dici nequit, quo ſint anno geſta, idcirco ea ferè conferam in annum quo ille eſt editus in lucem, aut exceſſit è terris; cui ſe beati Angeli adeò fauentes, & amicos præſtiterunt.

Capvt. VIII.

Primum Sæculum.

QVo ſpectent autem beatæ illæ mentes à concretione corporea liberæ in iis quæ vel eximia vel in ſpeciem abiecta ſuſcipiunt hominum
A.M. cauſa manifeſtum factum eſt Lucido ſydere quod
1. Magos ab oriente ad natum in Bethleemitico ſta-
Matth. 1 bulo Ieſum perduxit huius primi ſæculi die ſexto, vt habet conſtans maxima partis Sanctorum Patrum & recentium Theologorum ſententia. Hanc enim ſtellam vt Sancti Gregorius Nyſſenus, & Cæſarius exiſtimarunt: Angelus in ea latens agebat: ſicut nimirum Hebræis ex Ægypto in Chananeam proficiſcentibus præibat præſens eius

gentis

gentis Angelus columna nubis, & ignis conspicuus.

Dubitari certè non potest quin cum admoniti fuisse dicuntur, *in somnis ne redirent ad Herodem*, ab eo fuerunt admoniti Angelo qui paulo post Iosepho dormienti significauit fuga in Ægyptum consulendum vitæ puelluli Iesu cui necem Herodes machinabatur. Idem Iosephus paucis aut annis, aut mensibus in Ægypto transactis, ab Angelo certior factus nihil puero Iesu timendum amplius ab Herode infanticida; quippe qui de medio sublatus esset eodem quo sæuiit in Bethleemiticos infantes anno, vt plerique censent. Vnde Salianus eam secutus sententiam hoc præstitum ab Angelo putat obsequium Christo Domino tertium annum nato, rebus omnibus constitutis, & pacatis in Iudæa: Baronius autem id ad annum Christi octauum differt. Matth. 3

Quis porro ambigat quin eidem Iesu Christo sanctissimæque eius Matri Virgini; & Iosepho augustissimæ in terris Triadi; frequentes adfuerint cæli ciues, non auxilij sed obsequij præstandi causa annis illis quibus in oppido Nazareth hæsit, quo illum Angelo autore detulerat Ioseph reuersus ex Ægypto, & in fabri officina, atque opificio latuit: Equidem eius æquali, & præcursore Ioanni, iam inde à teneris in solitudine commoranti, quò illum vel Herodis immanitas, vel alia quæuis causa recens natum abstulerat, beatus Genius se nutritium infanti, præceptorem puero, ducem adolescenti, Socium iuueni præbuit nisi Nicephoro fides abrogatur & Cedreno, quam illis haberi posse ex eo confirmat Baronius quod in gratiam Ismaëlis in solitudine pene siti enecto præ- Canisius lib. 1. de de corrupt. Verbi Dei c. 2. Annal. tom. 1. an. 1. n. 56.

ſtitit illorum cœli principum vnus, vt ſuo loco breuiter indicaui: negatque incredibile eſſe quod habet Nicephorus vt olim Agari, ſic tunc Eliſabethæ fauiſſe fugienti.

Et hæc quidem officia tribuerunt eò libentius Ioanni beatæ mentes; quòd ſcirent enim futurum Domini præcurſorem. Ipſi autem Domino quis animo complecti poſſit quam propenſa voluntate ſe præbuerint promos cum illi eſurienti poſt tranſactos ſine cibo, & potu quadraginta dies in ſolitudine anno eius trigeſimo, vel ineunte, vt Saliano viſum eſt, vel exacto vt cenſuit Baronius; & poſt victoriam triplicem à Satana reportatam cibos appoſuerunt: gratiam quo ad eius fieri poteſt Chriſto referre conati dum illi homini inſtruxerunt epulas, cuius diuinitate paſcuntur.

A.C. 30. SS. Chriſoſt. & Damaſ. Mariana

Iam ſi quod de diuite qui epulabatur quotidie ſplendide, nec non de Lazaro mendico narrauit pro concione Chriſtus, non ad erudiendos tantum ea ſimilitudine mores; ſed ad veritatem etiam hiſtoriæ dictum eſt ab eo: (vt pleriſque viſum eſt eius rei interpretibus): probabile eſt ſub hæc tempora contigiſſe felicem illam Angelorum opera Lazari deportationem in Abrahæ ſinum.

A.C. 34. Luc. 22.

Quæ Lazaro præſtita ab iis Angelis officia, fuere ſolum eorum rudimenta quibus hominum cauſa factum egenum Chriſtum; & omnibus ſuppliciis excruciatum proſequuti ſunt. Oranti ſiquidem in orto Gethſemani, & à ſe crucem & mortem deprecanti quarum vel ſola cogitatio ſudorem toto corpore ſanguineum exprimebat, adfuit Angelus, imo Archangelus Michaël, (vt plerique merito cenſent) qui timore, & triſtitia vehemen-

S. Epiph. S. Cœrarius dial.

ter

ter afflictum recrearet; fructuum Crucis ex qua constabat vniuersi salutem aptam esse commemoratione. Etsi tum desiit se illi humana sistere figura; non propterea se subduxit: quin potius existimauerim eumdem frequentibus aliis beatis spiritibus stipatum, nusquam à patientis Christi latere discessisse, tuncque cōtigisse quod veterum Theologorum vnus magni sanè nominis existimauit, significari flabellis quæ diaconi sacris operante pontifice continenter agitabant. Beati nimirum Spiritus Christo se ipsum in Cruce sacrificanti adstabant; modo tantæ virtutis amore incensi: post eiusdem admiratione defixi: deinde vehementi Iudaicæ perfidiæ, & crudelitatis odio commoti; omnibus demùm affectibus, qui cum beatitudine cohærere possunt acti: ipsáque adeò contracti tristitia, si qua illis inesse potest. Certè illos crucifixo adstitisse B. Laurentius Iustinianus significatum putat à S. Luca cum dixit ibi fuisse qui illi ministrarant. Quodque de mulieribus historica narratione fuit literis consignatum, id de Angelis per mysterium indicatum. S. Germ. Patriarc. constan. in theoria re. Eccl.

Verum haud diuturna fuit mœroris causa: vix enim tertius dies à Christi Domini morte illuxerat; cum eum rediuiuum nunciarunt Magdalenæ sedentes in sepulchro bini Angeli, præ se ferentes incredibilem lætitiam candore vestis, & admirabili vultus fulgore quali visus fuerat eiusdem Magdalenæ comitibus qui Sepulchrum Domini aperuerat, & in eo sedebat. Ioan 20. Luc. 24.

Bini quoque eodem vestitu, & vultu post quadragesimum diem visi sunt Apostolis admiratione triumphantis Christi defixis in Olíueti vertice: & eumdem Dominum sic rediturum olim ad faciendum Matt. 28 Marc. 16

dum

dum de vniuersis Iuditium edixerunt, & pari pompa, atque ea qua cœlos subierat.

Greg. Turon. 1 hist. c. 21
Quod de Iosepho ab Arimathia narratur soluto à vinculis, & in libertatem asserto ab Angelo, mirabiliter suspensis in sublime carceris muris eadem nocte, quæ surrexit è mortuis Christus, cuius causa pessime habebatur ab impiis pontificibus quia iuxta, mortuo Domino persoluerat; Baronius in medio relinquit.

Cæterùm posteaquam triumphalem Christi cælos subeuntis pompam Angeli omnes pro se quisque ornarunt; ita dimiserunt Apostolos ad munus illis à Christo impositũ perferendi, primùm in Iudæam, deinde in totum orbem boni nuncij de Salute per Crucem parta: vt se iisdem Apostolis hortatores præbuerint, socios adiunxerint; adiutores præstiterint, quasi ad se pertineret etiam illud tot ante sæculis ab Isaia quamquam aliis, & alio fine prædictum, *Ite Angeli veloces ad gentem conuulsam, & dilaceratam.*

Adeò sedulam operam Christo nauarunt in hacre nihil vt prætermiserint quod ad Euangelicæ legis promulgationem spectare posset: Qua de opera interpretatur S. Cyrillus; & post eum Cardinalis Toletus ad quod Nathanaeli prædixerat Iesus visum iri Angelos ascendentes & descendentes supra filium hominis quamquam id elegisse vt est nudus verborum sonus, nonnulli existimarunt.

Act. 5.
Apostolos eodem hoc ipso anno quo munus suum obire cæperunt, in carcerem coniectos à Deicidis Pontificibus eduxit indidem Angelus patefacta iannua: eisque suasor, & autor fuit vt docerent populum Christi mysteria.

inter

Interiectis aliquot mensibus Philippum Diaconum idem, aut alius quispiam beatus Genius impulit vt se viæ socium adiungeret Eunucho Candacis Æthiopum Reginæ, cúmque Christianis institutis erudiet, & sacris initiaret.

Cornelum centurionem notæ morum sanctitatis quos non ad Mosaicæ legis normam quam minime tenebatur sequi; sed ad iuris & honesti naturalis amussim exegerat: orantem Angelus suo dignatus est aspectu: & monuit vt Petrum accerseret, ex quo disceret quæ ad æternam salutem consequendam erant necessaria. Petro autem fuit autor vt nullo amplius Iudæorum, & alienigenarum discrimine omnes in Ecclesia Christi caulas ritè initiatos admitteret. Act. 8.

Eumdem Petrum nec addictum ab Herode Agrippa, & donec duceretur, vinculis in arctissima custodia constrictum Angelus exoluit iis vinculis; & ferream seu carceris, seu ciuitatis Hierosolymitanæ portam ad exitum; & libertatem aperuit. Nec ita multopost eumdem Herodem Agrippam impij gauisum adulationibus quibus Deus esse diceba-tur infra hominum conditionem amandauit percussum, & vermibus appositum vt eo viuente vescerentur. Actor. 10

Quem pugnanti pro castitate & fide sanctæ virgini Theclæ inter Apostoli Pauli discipulas primæ & inter fœminas protomartyri, adfuisse eiusdem Pauli facie refert Baronius; eum censet idem sacrorum Annalium scriptor Angelum fuisse hominum quidem omnium sed inprimis virginum amantissimum. Huius coniecturæ veritatem probabit quod suo loco referam S. Archangelum Gabrielem Sancti Marcellini specie visum fuisse. Act. 12.

Sed

A.C. 48. Baronius an.48. Sed hoc meo quidem iudicio posterius contigit; interea virginum primiceriam Mariam Dei matrem quanto putas honore prosequuti sunt beati Angeli, illo maximè tempore quo terris excessit; ad eum thronum in cælis euocata, vnde in omnes & Angelos, & homines dominatur? vt gloriosi transitus & triumphi nuncium ille Gabriel attulisse perhibetur; aliique creduntur Angeli funus prosquuti, & sepulchrum triduo celebrasse suaui concentu: sic ad eius triumphi pompam augendam omnes beatas mentes quæ in terris degebant conuenisse: etsi minus omnes frequentissimos saltē cœli ciues descendisse obuiam, nemo vnus est credo, qui non habeat persuasissimum, cum sanctis Damasceno, Andrea Cretensi, Ildefonso Anselmo, Bernardo, Antonio, & aliis.

Vincent. bellouac spec. 5. hist. l. 7. c. 75. 76. 77. 78. Vide Spinellum de Beata c. 12. 26. La Cerda de excell. Angel. c. 8.

Assumpta porrò sua Regina in cælorum Regiam vbi nullo fuit ampliùs illi opus Angelorum auxilio dicam. an famulatu? suas deinceps curas omnes, & vires ad Ecclesiam Christi sponsam augendam filiorum numero; & virtutibus conuertisse manifestum fiet ex iis quæ pergo pro instituto breuiter enarrare.

A.C. 51. Act. 16. Vide Lorinum in acta. Virum illum Macedonem qui factus est Apostolo Paulo dormienti supplex vt in Macedoniam sapientiæ Christianæ aquas irrigaret grauissimi scriptores Angelum interpretantur Macedoniæ præsidem, de gentis sibi creditæ salute sollicitum.

A.C. 58. Act. 27. Certum videbatur imminere naufragium, & minime dubia mors iis, qui cum Sancto Apostolo Paulo vincto nauigabant Romam: tantusque inde timor in omnes peruaserat vt iam multos dies sine cibo transigerent: donec Apostolus certam

vitæ ſpem omnibus fecit affirmans ſibi ab Angelo nocte proxima felicem ea de re nuncium allatum.

Et vero fidem firmauit fortunatus, non mercibus quidem? quarum iactura facta eſt: neque naui, quæ tempeſtate ſoluta eſt; ſed Gubernatori, nautis, vectoribus nauigationis exitus: qui omnes in Melitam inſulam ſoſpites adnatarunt. Speculi hiſtor. lib 9. 103.104.

Vt Apoſtolorum Apoſtolam Mariam Magdalenam (ſic enim lego nominatam à nonnemine ſanctorum) vera fama eſt (vt quidem ſentio cum Baronio & quamplurimis aliis.) Sub Sancti Stephani necem pulſam à Iudæis appuliſſe. Maſſiliam Angelo haud dubie Nauarcho: ita facile mihi perſuadeo quod Vincentius Bellouacenſis refert in ſpelunca illa per quam illuſtri quam triginta ferè annorum commoratione nobilitaſſe traditur, ſumma cum Beatis Angelis familiaritate cõiunctam fuiſſe: cum quibus diuina illi conſuetudo eſſe ceperat ad nobiliſſimam alteram ſpeluncam Chriſti Sepulchro celebrem. Adde os huius ſecundæ ſpeluncæ Chriſti crucifixi effigie, ab Angelo munitum velut tutiſſimo vallo. Adde quotidie elatam in ſublime choris beatarum mentium immiſtam ſuauiſſimo concentu recreari, imo potius cœleſtium amore incendi ſolitam. Tametſi enim certis auctoribus ea non vſque adeo confirmentur, non tamen ſuperant fidem: & admodum congruunt Angelorum propenſæ in eos voluntati, quos ſerio pœnitet ſcelerum: quippe qui eorum lachrymis magnopere delectentur.

Quid mirum autem Angelos conſueſcere pœnitentiam peccatorum agentibus: quando viſos conſtat ſancto Carpo via præcipiti, ac lubrica ruentes

A.C. in ſubiectam abyſſum ſceleſtos duos homines
69. ſuſtinere: quibus benignam Chriſtus Dominus
S Dion. manum porrigebat: affirmans ſe ſi opus eſſet mor-
Areop. ep 6 tem iterum pro iis oppetere paratum?
Abdias Quid eos feciſſe putas cum Sanctum Marcum
l.8. & ex vnum ex Euangelij ſcriptoribus inuiſenti in car-
co Iaco cere Domino & ad mortem poſtridie pro fide for-
bus l. 6. de cruce titer oppetendam excitanti apparebant; quàm be-
trium- nignis oculis grauibus excruciatum ſupliciis, &
phante iacentem incenderunt ad maiorem pro crucifixi
c 3. la Domini gloria perpeſſionem?
Cerda de Sanctum Andream Apoſtolum, cuius ſicut ma-
excell. Angel. ximæ partis Apoſtolorum incertus eſt mortis an-
cap.24 nus, ſæpiſſimè cœlites inuiſerunt. Sancto Bartho-
A.C. lomæo perpetui comites fuerunt: nequam ſpiriti-
64. bus ſilentium quacunque iter habebat is Apoſto-
Vincent. lus imperantes, ne falſis oraculis pergerent illude-
Bellouac re mortalibus & eoſdem vinculis coërcentes; ne
ſpeculi hiſtorial. cuiquam nocerent. In quatuor Angelos Templi
l. 9.c.58 magnifici quod is Apoſtolus volebat dæmonum
ibid.c.67 ſimulachris iam vacuum Deo conſecrare Angelus
69. palam crucem inſculpſit, & adſtantem iuſſit eo ſi-
ibid.c,23 Vincent. gno frontem deinceps munire, S. Matthæo iam in
l.9.cit. cælos inuecto, & inde venienti vt ignem in do-
c.77. mum Iphegeniæ regiæ virginis iniectū ab Hirta-
ep. 150. co excuteret, inque tyranni Regias ædes conuerte-
A.C. ret, comes erat Angelus.
68. Si auditi ſunt præſides Iudæorum Angeli dum
l.2.de bell Iud. Chriſtus è cruce penderet vt habet S. Hieronymus
c.12. atque etiam paulo ante Hieroſolymorum exci-
dium autore Ioſepho, ſe in templo inuicem exci-
tantes ad diſcendum his vocibus *migremus hinc.* Id
ſane non magis eſt ab iis cum ſtrepitu perfectum,
quàm cum intimo doloris ſenſu ſi quo poſſunt

affic

affici. Quidni enim piguiſſet illos Iudæorum gentem deſtituere, quam tot ſæculis adeò benignè fouerant? quando Deus Iſaia teſte dolentis more locutus eſt de iiſdem Iudæis pœnas quamquam ad tempus breue ſumpturus? Quidni autem cenſeamus eo conſilio voluiſſe eas abeuntium audiri voces à Iudæis vt lucem aſpicerent Euangelij, quam hactenus pertinaciter reſpuerant? Chriſtianos certe imminentis illius Hieroſolymorum excidij monitos ab Angelo ſibi vt fuga conſulerent teſtis eſt Sanctus Epiphanius. C.1.v.24.

Maius quidpiam perſuaſerunt de gentibus Romæ Chriſtianis, quos Primus Cæſarum Nero inaudita crudelitate tortos duci iubebat S. Petri & Pauli ſanguine à ſe fuſo feræ inſtar protiratus. (nam quos biennio ante tunica alimentis ignium illita, & intexta veſtitos in vſum nocturni luminis accendebat; alijque horrendis cruciatibus enecabat, eos non tam Chriſtianæ fidei cauſa quàm ad transferendam à ſe in eos inuidiam incenſæ vrbis, adeo crudeliter habebat.) vtriſque animos addidere Angeli ad ferenda aduerſa omnia pro Chriſto certantibus adfuere: victoribus plauſum dedere; eoſque omni genere officij ſunt proſequuti. Nam viſi ſunt bini Angeli, & auditi ſancto Timotheo nuncium afferre perendie coronandum martyrij lauro; quo factum eſt vt Apollinaris Chriſto ſe & Timotheo adiunxerit huiuſque pugnæ & victoriæ ſocius euaſerit. Sanctum Cœſarium diaconum in carcere ſolatus eſt Angelus eiuſque, & ſancti Iuliani presbyteri corpora in mare proiecta frequentes cœlites ad littus extulerunt ſuauiſſimo concentu Iuſta illis perſoluentes. SS. Nazarium & Celſum eadem tempeſtate à Nerone excitata mari

Baronius an 68 Hæreſi 29.& 30. & lib. de menſur.

Vincent. Bellouac l.9 ſpec. hiſt.c.55.

submersos eduxit Angelus incolumes.

A.C. 69. Ado Treuerensis in martyrol. 17. Maij.

Sancti à Torpetis vnius ex Cæsaris domesticis ad Christum Sancto à Apostolo Paulo traducti & eodem anno interempti quo Principes Apostolorum cæsi sunt; sacrum corpus nauiculæ vndarum ludibrio expositæ iniectum, vnus de beatis spiritibus mirum dictu peritissimum agens Nauicularium deduxit ad littus; vbi pia quædam mulier eius Angeli monitu sacra martyris Lipsana reuerenter excepit; & tumulo religiosè condidit.

Sanctum Ignatium qui tertius ab Apostolo Petro, eoque adhuc superstite Antiochensem Ecclesiam administrare ceperat cum Euodio; quo biennio post Sanctum Petrum ad superos auocato solus ad eius Ecclesiæ clauum sedit sanctum inquam Ignatiū Beati cœlites hoc propêsius suo docuerunt exemplo morem in suam Ecclesiam inducere *Trisagium* Deo choris alterius canendi; quò gratius illis accidit puris animis consuescere qualis erat S. Ignatius: quem plerique existimant puellulum adhuc à Christo propositum Apostolis exemplum: dèque eo nominatim dictum *Angeli cura* traditum, qui Deo continenter adstaret defixis in eius vultum oculis.

A.C. 71. Socrates l. 6 c 8. Niceph. l. 13. c. 6 Sigebertus in chron. Niceph l. 2 hist. c 3 Matt. 18 Surius 18. Iunij.

Sancto Leontio militi senator quidam perniciem machinabatur immisso ad eum vinciendum Tribuno cum nondum planè sopitum esset incendiū quod in Christianos excitarat Nero sed Sancti Militis vitæ, & Tribuni saluti pro sua parte prospexit Angelus: qui Tribunū, quem de subito morbus afflixerat lecto, dignatus est monere vt Deo Leontij fieret supplex. Veracem fuisse nuncium consecuta fidem, & orationem sanitas comprobauit.

Sanctus Martialis, qui à Sancto Petro missus in Gallias abiit ad superos anno ab eiusdem Apostoli morte quinto; post magnam Galliarum partem Euangelij, luce perfusam vnde Apostoli nomen conciliorum, & pontificis iudicio tulit: duodenos perhibetur habuisse beatos genios suæ per easdem Gallias viæ comites; & prædicationis Euangelicæ testes, verius adiutores. Eorum haud dubiæ vnus defuncti nobilis adolescentis animum dæmonum manibus ereptum docuit quod de facto esset opus ad salutem & exorato Deo à S. Martiali corpori restituit Christianis initiandum sacris. *A.C.* 74. D. Duual in S. Martialis vita. Vincent. Bellou. spec. hist l. 9. c. 40.

Æqualis Sancto Martiali, & ab eodem Sancto Petro missus in Gallias sanctus Fronto petragoricensi Ecclesia ritè administrata feliciter sub idem tempus obiit cuius animum Sanctus Georgius Aniciensis Episcopus vidit ab Angelis in cœlos efferri mirabilis lætitiæ significatione. Quod enim Vincentius Bellouacensis sanctus Antoninus, & alij scribunt de diuite quodam inducto Angeli suasionibus vt sancto Frontoni, eiusque alumnis subministraret annonam: non videtur ad Episcopum Petragoricensem pertinere, sed ad eius cognominem Ascetam Ægyptium qui diu post vitæ sanctitate promeritus est vt eam beatæ mentes de illo curam susciperent. Sicut obseruat Rosuveydus qui notat illum obiisse anno quarto supra septuagesimum secundi sæculi: Erit fortassis qui & Martialem, & Frontonem & alios Apostolis longè posteriores censeat in Gallias tunc tantum penetrasse cùm Areopagita Dionysio multo recentior Dionysius alter Parisiorum Ecclesiæ, & Galliæ fidei Christianæ facem iampridem illatam noua luce, & ardore auxit. Speculi hist. c. 9. c. 44. l. 1. Vit. SS. PP.

Sauſſayus in martyrol. Gall 18. Iulij. Æqualis illius, Sanctus Clemens primus Metenſium Epiſcopus à Sncto Petro miſſus in Gallias donatus perhibetur ab Angelo Iudice ſucceſſorum quorum nomina litteris erant aureis aut argenteis antè viliori metallo pro virtutis futuræ ſplendore, exarata.

Vix paucos annos Eccleſia Chriſtiana reſpirarat extincto, qui eam primus crudeliſſime vexauerat Nerone; cùm furere cœpit Domitianus; & eam omni ope in ruinam impellere. Sed quàm fruſtra id moliretur ipſe & quam breui conatus omnes tyrannorum eluctatura eſſet Chriſti ſponſa tum per ſe, tum per beatos ſpiritus adminiſtros, ſignificauit dilectiſſimo ſibi Ioanni Dominus ſeu Angelus humana ſpecie Chriſtum repræſentans, vt annotauit Emanuel Sa, & quidem variis, & admirabilibus viſis in Inſula Patmo: quò Sanctum hunc Euangelij ſcriptorem crudelis Romanorum tyrannus Domitianus relegarat.

A.C. 99. in.l.Apo. Quod ſi exeunte hoc primo ſæculo eidem Ioanni Epheſeum reduci, & Euangelicam hiſtoriam ſcripturo paria contigerunt ac Moſi: cùm in Sinæ montis vertice decalogum acce it (quod Baronius non exiſtimat incredibile & Sanctus Hieronymus clare indicat) vtrobique creberrima vi a fulgura vtrobique vox terribilis promulgauit, illic quidem Decalogum, hic autem Euangelij mira ile initium; quis dubitet quin frequentes hic aſtiterint Angeli quorum conſtat innumerabilem prope modum exercitum legis Moſaicæ promulgationi adfuiſſe.

Cap.

Capvt. IX.

Secundum sæculum.

NE autem minus officiosi viderentur beati spiritus in Ecclesiam Christianam, quàm olim fuerant erga Iudaicam: sicut aliquanto post datam eorum ministerio legem Hebræis, se adiutorem Angelus obtulit Iosue pugnaturo cum Chananæis: ita ineunte sæculo secundo cum paulò ante Ioanni Euangelicam legem scribenti eidem adlaborassent Angeli, sanctum Phocam ex natua Episcopum Synope in Ponto certantē pro fide, & populi sui salute, cum Imperatoris Traiani sceleratis administris, tres de cœlesti illo exercitu equitum incredibili proceritate, & igneorum specie diu satis, & palam numeroso spectante populo ad patientiam cruciatuum pro Christi gloria confirmarunt: nisi hoc fortasse contigit Sancto Phocæ Syro: nam in vnius res gestas alteri tribuisse Græcos Scriptores nominis communione deceptos annotauit Baronius. S. Zosimo militi in æreo grabato iacenti, & à subiectis flammis cruciatus & mortem expectanti præsentes adfuere Angeli, qui illum inde palam extulerunt integrum.

A. C. 101. Bellouac spec. hist. lib. 10. c. 63.

In notis Martyrol. 14. Iulij.

Quod Iacobus Bosius in sua cruce Triumphante refert euenisse sub Sancti Ioannis Euangelistæ obitum, id potius ad huius secundi sæculi pertinet initia quàm ad nonagesimum annum primi (quod Bosius existimauit) excessit enim rebus humanis S. Ioannes hoc anno primo secundi sæculi

l. 6. c. 6.

nisi Baronio fidem abrogamus. Res ſane digna eſt quam omnia ſibi ſœcula vindicent; adeò eſt illuſtris ſiue perſonam attendas, quæ manus admouit operi: ſeu modum expendas quem in agendo tenuit: ſeu denique ipſius operis admirabilem vtilitatem æſtimes. In regione Chonenſi prope Coloſſos Lyciæ vrbem nobilem epiſtola ad eius ciues ab Apoſtolo Paulo data: plerique à fide Chriſtiana perquàm alieni deriuatas in foſſam magno labore, ſed maiore inuidia excauatas duorum fluuiorum aquas imiſerant rupto aggere, in templum quod haud procul extruxerāt Chriſtiani;magnaque pietate frequentabant. Iamque actum de ſua vita, deque templo cuſtos eius Archippus nomine, exiſtimabat,ædi ſacræ multò magis quam ſibi timens: cùm illū animo ſecuto iuſſit eſſe Sanctus Archangelus Michaël. Ille primo cruce in aëre figurata repreſſit aquarum impetum;poſt eodem ſigno nouum, illis alueum per mediam rupem aperuit,in quem illæſo templo, & cuſtode eas demum immiſit; quo prodigio, ſuo quidem honori conſuluit;erat quippe templum illud in honorem eius Archangeli Deo dicatum: nihilo tamen minus ſuam in homines beneficentiam comprobauit. Scatebat enim ad eam ædem ſalutaris aqua in cuius hauſtu ſuis omnibus morbis medicinam habeban Chriſtiani: quamque idcirco impij ſemel & inuidij Choniatæ contendebant illis inutilem reddere ſcatebra aliis aquis, & templi ruina, necnon veteri rudere obruta confuſa, in ſubterraneos alueolos refuſa. Quod habet Raderus de ſancto Canone Iſaurico, qui vixit æuo Apoſtolorum, non minorem mouet admirationem, eum adhuc Idolis addictum à Sancto Michaële chriſtianis inſtitutionibus eruditum, & ad myſteria baptiſmi atque

Viridari SS.patr.1

Eucharistiæ inductum, suadet vt id habeam pro certo zelus Sancto illi communis cum cælitum principe Archangelo & potestas in nefarios spiritus sanè admirabilis.

Prælustrat in suprà memoratis aquis princeps Angelorum ad id miraculum, quod fieri ceptum anno huius sæculi secundo : quot annis postea multo tempore recurrebat. Sancto Clementi, qui tertius à Sancto Petro Romanam, atque ideo vniuersam administrauit Ecclesiam Traiani iussu deportato in insulam Chersonesum, & anchora è collo suspensa præcipitato in mare, tribus à littore milliaribus, beatæ mentes iusta persoluerunt funebria : primum extructa in maris fundo marmorea ædicula, dein excitato intra eam lapideo tumulo, quo Martyris corpus condiderunt : postremo ne ipsi soli debitum Sacris lipsanis honorem tribuerent, efficiendo vt tunc, & deinceps anniuersaria huius martyris festa die mare recedens liberum iter, & tutum admirabile monumentum Christianorum pietati relinqueret. Hæc enim omnia fuisse Angelorum opera perfecta clare quot annis canit Ecclesia Romana.

A.C. 102. Baron.

Et quamquam nihil tale ab eis gestum legamus totis quater mille & amplius annis ante natum Christum nisi in vnius Mosis gratiā quem tumulo mandatum ab iis constat : attamen non ita Sancto Clementi tribuerunt hoc pietatis officium quin pluribus deinceps Sanctis magnificum funus fecerint aut eorum saltem exequias cohonestarint. Sic enim vigesimo fere anno post elatum admirabili funere Sanctum Clementem, iidem Sancto Dionysio Areopagitæ ex Atheniensibus ad Parisienses insulas Sancti Clementis pontificis voluntate trāslato

In Breuiario 23. Nouemb.

ſlato: proque Chriſti fide Hadriano Imperatore cœſo, frequentes Angeli Duces, & comites fuere ſuum caput ad eum locum vbi nunc conditum eſt ferenti: & quidem alternis in via Choris diuinas laudes ſuauiſſimo concentu celebrantes Liſbium quem Mommorantiorum familia uumerat inter maiores ſuos; quique primus exiſtimatur SanctumDionyſium excepiſſe hoſpitio Pariſiis ceruices, ſecuri ſubiicientem Chriſti cauſa beati Angeli pari concentu recrearunt, vt refert in ſuo Martyrologio Gallicano Sauſſayus. Sanctum Taurinum ex diſcipulo, & comite Sancti Dionyſij Epiſcopum Ebroïcenſem mors ſuauior cælo intulit euocatum cœleſti voce è medio populi cœtu perfecto Euchariſtiæ ſacrificio cuius ſacræ exuuiæ quo loco condi deberent admonuit Angelus.

Surius.

Sauſſayus.11. Auguſti

Vixdum autem hoc tam admirabili funere Sanctorum Epiſcoporum corpora extulerant; imo mentes triumphati pompa in cœlos euexerant Angeli, cùm ſuas curas & pietatis inſtaurauerunt obſequia, incipiēte aduerſus Chriſtianos impuriſſimo Adriano: primum enim decies mille Romani exercitus milites Euangelij prima luce Angeli Catechiſtæ facti imbuerunt, vel auxerunt, ſi ex illis fuerunt vndecies mille quos Traianus in Armeniam relegarat in Chriſtianæ Religionis quam profitebantur odium vt veriſimile putat Baronius, eos aliquandiu manna pauit Deus: quidni Angelorum opera vt olim Iſraëlitas? Eoſdem in fide & ad pugnam confirmarunt, & magna parte cruciatuum leuarunt Angeli, clauos euellendo terræ infixos ea via qua martyribus erat incedendū. Quis autem dubitet quin eoſdem adiuuerint pendentes è crucibus quibus in monte Ararat confixos fuiſſe conſtat.

Belloua cē. ſpecu. li hiſtor. l. 10. c. 88. 89.

in an Chriſti 108. Serarius in c. S. Ioſüe quæſt. 37.

Et

Et certe rei quæ in hac historia videri posset incredibilis de cathechistarum persona suscepta, & gesta ab septem Angelis fidem affert quod in Martyrologio Romano de Sancta Mamelita traditur eam ab Idolorum cultu nefario traductam Angeli monitu, quod narrationi de Sanctis decies mille crucifixis attexere visum est: quia quo id tempore contigerit non annotatur. 17. octob

Sub idem tempus Sanctos Faustinum, & Iouitam Brixiæ vinctos in tenebricoso carcere luce & verbo solati sunt & in mare deiectos eduxerunt. Ab Sancta Seraphia virgine iniuriam propulsauit Angelus territis impudicis splendore vultus qui solis instar radiabat. Sanctæ virgini charitati in ardentem proiectæ fornacem, in eaque deambulanti tres comitabantur beatæ mentes haud dubiè quando tribus Hebræis adolescentibus vnum Angelorum in simili fornace se socium adiunxisse liquet. Vincent. spect. 5. st. l. 10. c. 80. de S. Serapia. c. 83. de SS Fausti & Iouin, Bellouа. spec. histor. c. 10. c. 85

Et quidem visi sunt beati Spiritus infantum specie cum nouenni puella charitate Sancto autem Iustino viro Philosopho, & inter varias Philosophorum opiniones, sectasque magis quàm in solitudine erranti, incertoque de diuino cultu quid secum statueret, viri canitie venerabilis specie se Angelus obtulit; eumque Christianis institutis erudiuit. Angelum enim fuisse non mortalem hominem probabile fit ex eo, quòd neque à Iustino fuerat antea cognitus, neque postea visus vnquam fuerit. S. Iustin. contra Tryphonem. Vinc. Bellouac. l. l. 19. c. 73.

Sanctum Alexandrum pontificem maximum ex eo carcere quo detinebatur pro Christo ad eum stulit vnus è cœli principibus in quem vir illustris Hermes coniectus fuerat vt ea societate hunc Surius 3. Maij.

A. C. 132. in fide confirmaret; illius mœrorem si quis erat aut abstergeret aut leuaret. De eorum numero alius aut fortasis idem S. Balbinam virginem ab eodem Sancto Alexandro sacris tinctam vndis sed postea strumis laborantem persanauit. Verisimilius tamen est eam virginem à S. Alexandro sanatam; erat illa filia euirini tribuni apud quem tenebantur Alexander & Hermes in vinculis diuersis tamen carceribus cuique mirabilis ista translatio saluti fuit.

Surius 18 Aprilis. A. C. 140. Sanctum Eleutherum Episcopum alligatum curtui quem indomiti trahebant equi soluit Angelus: imposuit currui; aurigæ fuuctus munere suauiter deduxit.

Bellou. spect. histor. l. 10. c. 86 Sanctam Mariam conditione ancillam puritate virginem, fortitudine Martyrem confirmauit in proposito conspectus ab ea frequens Angelorum circa Christum exercitus: duòque visi ex eo numero descendentes ei suppetias equitum specie.

Baron. Successerat Adriano Cæsari Marcus Antoninus cognomento pius, sanguinis humani vsque adeo reuerens vt ne noxium quidem nisi difficulter effunderet, sui saltem principatus initio. Neque tamen statim sedata est àb Adriano excitata in Christianos tempestas: neque proinde Angelorum in eos beneficentia fuit intermissa. Sanctum Floccel-
Vincent. Bellou. l. 10. c. 105 lum puerum apud Æduos iniectum accensæ pyræ eripuit Angelus illæsum. S. Coronæ visæ cœli-
A. C. 154. tus afferri coronæ duæ: illi vna, altera victori, qui tunc crudeliter excruciabatur. Vidit, & separatum decus vterque obita pro Christo morte est consecutus. S. Theodoro martyri in Pamphylia in media fornace illæso; & matrem quæ triennium pro fide exulabat videre, summopere cupienti, cœlitum vnus eam adesse nunciauit. Et reuera diuinitus

rus eò fuit translata vt filio comes esset martyrij S. Herman S. Pij Pontificis summi fratrem ea docuit Angelus Pastoris habitu, & forma quæ posteat consignata litteris plerique Sanctorum Patrum pari penè in honore habuerunt, ac diuina oracula. Raderus viridarij SS. parte 1.

Quando non aliquo edicto, Marci Aurelij. Antonini cognomento Philosophi qui pro socero, Baron. simulque adoptione patri successit; sed aut populi furore, aut proconsulum libidine aut principis ad eos rescripto, aliisque nominibus sæuiebatur in LaCerda Christianos: de iisdem benè mereri non cessarunt ex histo. amantes humani generis spiritus. Sanctum Beni- Ecclesiastica. gnum presbyterum S. Polycarpi discipulum, & ab eo cum sociis in Gallias missum cœlitum vnus Diuione vinctum, vt custodiæ traditum, inuisit; & cœlesti lætitia perfudit canes ferocissimos carcere clausos eodem vt ab iis laniaretur mansuefecit.

Eodem officio, & solatio ignatus est Angelorum vnus Sanctos Concordium, & Pontianum carcere detentos Spoleti, & ille quidem ad mortem pro Christo postridie fortiter oppetendam confirmatus est ab Angelo: huius autem vulnera nouus Raphaël sanauit, eique totos vndecim dies cibos subministrauit necessarios. Sanctas Rufinam & secundam Sorores Virgines in Tiberim saxo ad collum alligato proiectas Angelus incolumes, & liberas ad ripam applicuit. S. Constantij Perusini Episcopi sanata pariter à cœlitibus eodem anno vulnera quæ crudeles inflixerant pietatis inimici: atque insuper mors triumphalis generoso Christi militum duci ab riisdem Angelis palàm est prædicta. Vincent. spec. historal. l. 16 c. 104 & c. 108 Vide Senium 14. Ianuar. Surius 19. Ianuarij.

Ei cœsa noctu, clam, via publica frequentes adstiterunt lætitiam testati motibus, & cœlesti

vocum

men hactenus Romanis æque venerandum ac fuerat Cæsarum, consecraret.

Cap. X.

Tertium Sæculum.

SEd huiusmodi cædes neque multæ fuerunt neque à Commodo imperatæ odio Christianæ Religionis: in quam vel eius quam habebat pari fere in honore, atque Augustam, Marciæ Christianorum studiosissimæ commendatione: vel alio quouis diuino consilio prohibitus est sæuire. Quia vero nunquam cessat teterrimus inferorum tyrannus quod nequiuit per Romanum principem Commodum; & per eos qui deinceps & successerunt pertinacem, Didium Iulianum, Nigrum, Albinum, & Seuerum etiam, aliquot sui principatus annis: hoc per impios Hæresiarchas lenius quidem in speciem bellum, reapse autem crudelius gessit, in Ecclesiam Christi. Sæuitum enim ab Seuero in Christianos clamat sanguis sanctorum Martyrum Felicis, presbiteri, Fortunati, & Achillæi diaconorum fusus Valentiæ in Gallia; quos semel è vinculis eductos ab Angelo notat Saussayus: clamat Lugdunensium martyrum seges eiusdem Seueri gladio demessa, cum suo principe Ireneo; quem nocte præcedenti monuit Angelus luce supera fulgens, vt sanctum Zachariam quem habiturus erat successorem iuberet se diligenter abdere: furentique tyranno se subducere, vt obseruat idem Saussayus.

Martyr. Gall. c. 23 April.

Ibid. 28. Iunij.

Nata

A.C. Natalium qui steterat inuictus Christi confes-
107. sor inter tyrannorum minas sic afflixerat hæresis
Ex Baro. dolo sertatorum Theodoti Coriarij: vt qui Chri-
208. ex stum verum Deum inter equuleos, & supplicia
Gordon. prædicarat; ab eo diuinitatem, honorum & pecu-
Eusebius niæ cupiditate transuersus actus, abiudicaret. Sed
l.5.c.27. neque Christi Domini benignitas; neque sancto-
aut 28. rum Angelorum, qui illi à patre sunt in admini-
Nicephorus & ex stros attributi, zelus, eum vnum perire tulit: Ab
iis Barō. illo enim frequentibus visis ad fidem, & bonam
& Bellouac.l.11. mentem est reuocatus; quod ne frustra factum
specul. esset adeo grauiter ab istis totam noctem cæsus
c.5. est vt, dolor, & verberum vulnera atque vibices in carne relictæ omnem ex eius animo prauam de Christi diuinitate opinionem euellerint, & pœnitentiam eius Sancto Pontifici Zephyrino postridie mane approbarint.

A.C. Hæc quamquam propensa in natalium volun-
226. tate præstiterunt beneficæ mentes; ægre tamen
Surius S. quodammodo, quia nimirum oportuit eius incom-
Ianuar. modare corpori vt animo prodessent. Illa mirum
Vinc.Bel. dictu quàm alacriter tribuerint deinceps obsequia
Iou.l.11. Romanis virginibus Martinæ, & Cœciliæ, & Ni-
speculi 5. comedia ortæ barbaræ genere pariter, atque forma
histir 27. & virtute nobilibus. Martinæ quidem cùm in car-
28.29. cere frequentes ad fuerunt, tùm maxime inter horrendas virginei corporis lanienas, vngulas ferreas, gladios, adipem feruentem, bestias, & accensas pyras quaterni luce supera fulgentes adstiterunt visique à carnificibus quos eo spectaculo Christo adiunxerunt.

A.C. Cæciliæ autem perpetuus comes fuit Angelo-
232. rum vnus virginitatis defensor conspectus à Va-
Baron.in leriano Virginis sponso, & Tiburtio Leuiro: postea quam

quam eorum vterque fidei lucem aſpexiſſet. Viſique à maximo Præfecti cubiculario qui Valeriani, & Tiburtij animas in cœlum inueherent Barbaræ nuditatem ſtola ſplendida texit eius, tutelaris, & vulnera perſanauit ſæuiente Maximino vt cenſuit Baronius non Maximiano quod exiſtimauit Belloüacenſis. annal. & Martyrol. Rom. Vincent. l. 11. ſpeculi. c. 22. 23.

Neque minus fauiſſe credendi ſunt beati ſpiritus Alexandro qui Carbonarij vili artificio Philoſophum diſſimulauit, vt Chriſtum colens ei ad ſimilitudinem accederet: atque fuligine formam infecit vt pudicitiam in tuto poneret, quis enim exiſtimet hominem qui deſpicatui omnibus erat ſine Angelorum opera conſecratum primò fuiſſe pontificem Comanum à Sancto Gregòrio Thaumaturgo: aut eo concionem habente gregem columbarum incredibile pulchritudini viſum Attico adoleſcenti, & auditam vocem, quæ Atticis leporibus deſtitutam noui pontificis orationem eidem iuueni mirificè commendaret ſub idem tempus imperante Gardiano Sanctam heliconiden æreo impoſitam grabato igne ardenti S. Angeli ſeruarunt incolumen. *A.C.* 238. Vinc. l. 12 c. 67. *A.C.* 133. S. Greg. Nyſſen. in vita S. Greg. Thaum. Baron. in annales tom. 2.

Sancti Alexandri latasbras quæ ipſe poſtea flammis illuſtrauit in quibus pro Chriſto arſit; Paulus Thebœus adoleſcens primo quæſiuit fidei tuendæ cauſa, cui bellum internecinum denuntiarat, Decius in chriſtianorum vt quidē ſunt arbitrati principum Philipporū odium; poſt etiam ſolitudinem coluit amore conuerndinis cum Deo & cœlitibus. Hic certe vt multos deinceps habuit imitatores quos mulier illa viſa Ioanni fugere in ſolitudinem tantò ante præſignificarat ita beatæ mentes quod facturæ prædicuntur ab eodem Apoſtolo *A.C.* 153. La Cerda c. 37. ex menolo- Apoc. 12

lo

lo abunde de præstiterunt; solitariis necessaria vitæ sustentandæ subministrantes adeò frequenter quemadmodum suis indicabo locis, vt videri possint id continenter fecisse.

Surius 10. April. Neque in solitudine modo eam opem attulerunt Christi pugilibus; sed eodem etiam sæuiente Decio martyribus Africanis quatuor; quibus vinctis in carcere dempserunt catenas, & epulas instruxerunt ad quas eos benigne inuitarunt.

A.C. 254. Saussayus supplemento Martirol. Gallic. 3. calend Februar. Bellou. l. 11. sper c. 93. vel lib. 13 c. 28. Surius tom. 6. 25. Nou. Baron. in annal. & Martyrol. Rom. Ibidem S. Thyrsum eduxit è carcere Angelus ad baptismum; sacrisque tinctum aquis restituit vinculis ad martyrij coronam. Sanctam Margaritam Virginem circumstare visi sunt frequentes dum pro Christo vim tormentorum perferret.

Sanctum Mercurium adhuc idololatram mirum dictu, Angelus palam, clara luce eo tempore quo cum Persis conserendæ manus erant exercitui Romano; donauit ense; spe facta diuini in eo certamine auxilij, quò suam eximiam fortitudinem Decio probauit, & commilitionibus quibus haud dubiè satagebat Angelus fidem christianam commendare Mercurij qui eam professurus erat explorata & spectata omnibus virtute bellica, nisi etiam existimes eidem beato genio fuisse propositum fortissimum hunc ducem præparare ad difficilius cum tyranno Decio fidei certamen, cuius illi primum hortator fuit; deinde ad illustrem de Christi perduellibus victoriam cuius etiam eidem Mercurio verissimus & felicissimus nuncius extitit. Bearorum

Surius tom. 1. Ianuarij spirituum vnum specie Iuuenis pulcherrimi se Sanctus Poliuctus eodem anno videre asseueranter dixit: per quem inter horrenda quæ pro Christo perpetiebatur supplicia coniugis, & omnium rerum infimarum, quibus eius constantia labefactari posset

ri posset, salutaris eum capiebat obliuio. Sanctæ Dionysiæ Virginem florem ne ab impudicis hircis pro data sibi impunitatis spe protereretur obstiterunt suo more Virginitatis defensores cœlestes animi.

Sanctæ autem Virgini Agathæ virginitatis, & Martyrij nobiles palmas adeptæ centeni visi Catanensibus, eleganti forma puelli: (quidni beatos dicam Angelos eorumque Ducem vnum de cœli principibus quem affectabantur;) nobile Epitaphium tabulæ marmoreæ insculptum ea formula ponere, quæ vt nihil admodum habeat eius elegantiæ, & florum quibus amant suas laudes aspergi vani homines, ita grauissimis abundat sententiis & verè cœlestibus præconiis. Hæc enim verba erant illi tabulæ inscripta quam sacro corpori reuerenter apposuerunt mens sancta, & spontanea, Deo honorem & patriæ liberationem. Vincent. L. 11. spec. hist. c. 45. Surius tom. 1. 5. Febr.

Eum certe iuuenem, quem Sanctus Cyprianus testatur libro quem de mortalitate inscripsit late grassante peste adstitisse mortem proximam pertimescenti Episcopo & longiorẽ vitã optanti, fuisse beatorum spirituum vnum tam constat meo quidem iudicio, quàm liquet dissimili forma fuisse ab eo spectro, quod certam post aliquot dies mortem illi familiæ pronunciauit cuius subibat ædes. Erat enim huius Iuuenis statura excelsa, vultus splendor, & maiestas tam insignis, vt quod annotauit S. Cyprianus videri non potuerit nisi ab eo qui mox erat ex hoc sæculo discessurus. Adde salutaria monita non tam breui morituro sacerdoti data quam superstitibus: vt se diuinæ prouidentiæ permitterent & quidem verbis paucissimis quibus mirum in est authoritatis pondus pati timẽtis: exi- A.C. 256.

re non multis: quid faciam vobis?

A.C. 261. Vincent. Spec. hist. lib. 11. c. 93. Increpantis nimium mortis timorem, & quasi irati fuerunt eæ voces: placati autem, & blandientis ij contactus alterius Angeli qui visus est à milite cui Romanus nomen erat, vulnera Sancti Laurentij leniter abstergere linteo.

A.C. 272. Baron. ann. 262. Si quam autem iracundiam præ se ferre visi sunt albis equis insidentes, & vestium candore conspicui, cœlestes equites Sanctis Martyribus Numidis à quibus sub securis ictu positis, & oculis fascia tectis equorum hinnitus clarè post auditus: ea tota quæcunque tandem fuerit ira propediem effundenda erat in Romanum Imperium, & Imperatorem Valerianum vlciscente Deo per Angelos iniurias martyrum suorum; eorumque vincula & cædes in hostes ita refundente vt à Persis fuso, & cæso Romanorum exercitu, Valerianus turpiter conijceretur in vincula; quibus nunquam nisi morte foret exsoluendus. Ita quidem præsensit & hoc visum est interpretatus, qui securi est ibidem percussus Sanctus Martyr Marianus.

Vincent. spec. hist. l. 11. c. 77. Baron. notis in Marty rol. Sept. 12. Petauius in Rationario temporum. Eodem anno S. Eugeniæ Virginis filiæ Sancti Philippi qui ex Augustali præfecto Ægypti, Christi Martyr fuit, cæsæ pro eodem Christo sunt: auditi Angeli diuinas laudes suauissimè concinentes. Oportuit autem valde tunc ætate prouectam si patri, iussu Seueri occiso filia superstes fuit anno quo Valerianus à Persis captus est quod biennio ante contigisse scriptores aliqui annotant.

Etsi autem valeriani patris infelici sorte deterritus fuerit Gallienus ab iniusta Christianorum cæde; in eosque benignè se gesserit: diu tamen non caruerunt beati Angeli suæ in martyres beneficentiæ materia. Præterquam quod enim Claudius qu

Galieno

Galieno succeſſit sæuitiam Valeriani eſt imitatus; Aurelianus eamdem inſtaurauit aut etiam vicit. Victus ipſe à puero Cappadoce Sancto Mamante, quem meritis laudibus Oriens & Occidens hactenus celebrauit. Quarum laudum non exiguam Sanè partem ſuperæ mentes ſibi Mamante haud quaquam inuito iure vindicent: quippe qui earum multitudine ſtipatus viſus eſt in fornace in quam coniectus fuerat, omitto enim earumdem ope ſemel carnificibus ereptum, iterum ab iis in montem perductum vbi quadraginta dies Moſis imitatione tranſegit. Victus quoque eſt eius Aureliani adminiſter Aetius Præſes Pamphiliæ à S. Heliodoro, quia Beatos Angelos habuit adiutores quatuor qui viſi tortoribus facum accenſarum, & ærei bouis ardorem refrigerare in gratiam martyris fidei luce colluſtrati, & diuino ardore ſuccenſi vitam pro Chriſto fortiter contempſerunt. Sauinianum Græcum adoleſcentem, Deum quem eſſe didicerat ex Phyloſophiæ decretis, clariùs cognoſcere cupientem: & verſum illum Pſalmi quinquageſimi, Aſperges me & cæt. in quem forte incurrerat ſæpe cum lacrymis retractantem Angelus, docuit quæ illi ſubeſſet ſententia verſui; itaque permouit vt primum ſanis vndis, deinde fuſo pro Chriſto cruore ablutus niue candidior euaſerit. Eodem fere tempore Sanctum Paulũ eiuſque ſororem ſanctam Iulianam pro fide pariter fortiſſimè dimicantes in Paleſtina mirabiliter in propoſito confirmarunt: aliàs enim eos vinculis exoluentes refecerunt cibo in carcere: aliàs illæſos è feſſa fræ flãmmis extraxerunt: aliàs grauiſſimis cruciatos tormentis recrearunt. Sed neſcio an alia vlla re ſanctæ Iulianæ æquè fauerint, atque cum intulerunt cæ-

A.C. 275. Vincent. ſpec. hiſt. lib. 11. c. 117.

Surius Auguſt. 17.

LaCerda c. 37. de excell. Angel. ex eius Martyris actis 21. Nou. Vincent. hiſt. ſpec. l. 11. c 10:.

lib.de vera virginitate. Baron. an.301. citatem impudicis illis hircis qui turpi Iudicio damnatæ ad lupanar, vim parabant inferre.

Quam iniuriam cum vt Sanctus Basilius cognomento magnus obseruauit semper Christus Dominus à Christianis virginibus propulsarit variis, & miris modis vsum facile crediderim Angelorum semper opera quos virgineæ puritatis amantissimos habet admirabilium nuptiarum conciliatores & paranymphos nec non sibi desponsarum virginum fortissimos custodes.

A.C. 284. Vincent spec.hist. l.11. ca.128. Leo quidem ad ostium excubans lupanaris ad quod ex vestali virgine Christi virgo Daria damnata fuerat Numeriano Imperatore eam præstitit ab omni tutam lasciuorum hominum vi, & iniuria sed Angeli opinor beneficio quem illi laudatorem promiserat S. Chrysanthus si Christo nomen daret quis enim alius leonem illum emissum cauea vbi seruabatur ad spectaculum recta deduxit ad lupanaris illius fores? quis ingressum illuc prohibuit Dariæ nocere? quis vnguibus prehensum, tam qui primus libidine incitatus in lupanar irruerat quam qui deinceps seu ad explendam libidinem, seu ad retrahendam ex fuga feram illo se penetrarant seruauit incolumes? nisi qui vt de se Prophetam Danielem loquentem audiuimus, misit Angelum suum & conclusit ora leonum & non nocuerunt? quid quod iste Dariæ nutum famuli obsequentis instar obseruabat, prædamque suam tandiu detinebat, donec virginis eloquentia fieret, Christi Domini præda. Tunc enim, quos fides ex inferi leonis faucibus eruerat, ipse liberos, & incolumes sinebat è complexu suo, & vnguibus abire. Sanctam Culumbam haud ita multis annis ante pari virginitatis in periculo seruauerat integram vrsa.

Facilius fuit beatis Angelis illum Leonem & hanc vrsam cecurare, quàm illum coërcere qui eodem anno Romanum inuasit Imperium Apro qui generum suum Numerianum de medio sustulerat interfecto; quique viginti annos inaudita crudelitate sæuiit in Christianos. Is est Dioclecianus, cuius furor diuturnus & in dies augescens Romanam vrbem; & prouincias Christianorum sanguine fœcundauit ad maiorem & frequentiorem sobolem; Angelis beatæ vitæ in cœlis socios addidit? vberem beneficentiæ materiam sufficit, spec. hist. l. 11. c. 104.

Sebastianum qui diu militari chlamyde conspicuus defensorem agebat Ecclesiæ, & nutantes in Christi fide confirmabat vidit Zoë Nicostrati vxor à septem Angelis cœlesti luce circunfundi, & candidissimo pallio perorantem pro Christi diuinitate amiciri. Quo putas illum fauore prosequuti sunt biénio post cum Diocletiani iussu sagittis confixus est, & virgis ad mortem vsque crudelissime cæsus. Belloü. l. 12. spec hist. c. 13 ex eius actis sancti. A.C. 285.

Inter ea beatos Cosmam, & Damianum medicos, Raphaël, opinor, non vt Tobiam iuuit olim periclitantem in fluuio, sed in mare demersos eduxit incolumes, & ad noua pro Christo pericula atque vberiores palmas reseruauit. Idem l. 12. c. 43 ex eorū actis. A.C. 290.

Quatuor minimum victoriis illustres Christi martyres Tharacum, Probum, Andronicum non vana est coniectura à beatis Angelis dum adhuc se miuiui iacerent in Amphiteatro feris expositi adiutos vrso, 'eæna, feiisque aliis de subito cicuratis. Neque est qui eorumdem martyrum confessorum à gladiatoribus sacra corpora impiorum permista cadaueribus neget Angelorum opeia fuisse indicata Christianis trium facularum & stellularum luce nec non mirabili ductu ad sepulturam in aduersi Baron. tom. 3. Annal. A.C. 293. Surius 28. Decemb.

montis ſpelunca : ſi modo meminerit ſtellam quæ duxit Magos ad Bethleemiticum antrum, fuiſſe Angelorum vnum luce illa veſtitum aſpectabili : & eorum alterum ignea columna tectum ſe præbuiſſe nocturnis in tenebris ducem, & cuſtodem in deſerto, Iacobi poſteris.

Ab aliqua profectò cœleſtium virtutum terræ motu fulguribus, tonitruis, vi maxima imbrium territi milites ſacris lipſanis à proconſule cuſtodes appoſiti ſe ſe in fugam coniecerunt ; vt Chriſtianis integrum eſſet iuſta funebria martyribus perſoluere, aut potius eorum reliquias efferre pompa triumphali, quam Angeli cohoneſtarent.

A.C. 295. Surius tom. 4 11. Aug.

Vt SS. Domnam & Inden illam virginem hunc Eunuchum detruſos in carcerem & longa cruciatos inedia cœlitus allatis cibis refectos conſtat : ita nemo eſt quin promos in ea re fuiſſe beatos ſpiritus exiſtimet.

S. Suſannam S. Gabinij qui Diocletiani conſanguineus erat filiam, idem Imperator Galerio Maximiano Cæſari collocare cogitabat vt eum iam adoptione filium filiæ Valeriæ defunctæ nuptiis generum hac noua ſibi arctius deuinciret affinitate ſed virgo puritatis Angelicæ, fideique amori poſthabuit illecebras omnes voluptatum, & ambitionis. Vnde neque mirum eſt ſi Galerium vim afferre parantem virgini, Angelus multa coruſcus luce terruit, & repulit. Neque incredibile eſt Iouis idolum Suſannæ ad venerationem propoſitum tyranni iuſſu, amotum ab eius virginis conſpectu Angeli manu vt ipſa Deo gratulans, aſſeuerauit.

Ad huius ſæculi exitum referri poſſunt quæ variis martyribus à cæli beatis incolis præſtita ſunt beneficia quam enim conſtat Diocletiani ; & Maximiani

ximiani Herculij furore ſublatos de medio tam incertum eſt quo triumpharint anno: Ac primum S. Mauritij & Thebææ legionis apud Agaunum pro Chriſti cultu certamen, & victoriam cuius (de anno certo liquere negat Gordonus) Angeli, non parum celebrarunt cum martyrum ſacra lipſana Rhodani fluctibus immerſa indicarunt S. Paſchaſio Vienneſi præſuli; quæ ipſi haud dubiè per lacum Lemanũ, & Rhodanum Viennam vſque perduxerant. Sauſſaius in Martirol. Gallic. 22. Febr. & 26. Octobr.

S. Victorem militem vinctum Maſſiliæ ſpe futuræ felicitatis conſolati ſunt; Imo ſingulis noctibus educebant carcere vt ægros inuiſeret: mortuo cecinerunt epinicium, & lypſana in mare proiecta appulerunt ad littus. Vinc. ſpec. hiſt. l. 12. c. 7. hiſt. maſſilienſ. l. 9. c. 5. refert ad ann. 302

SS. Sergium & Bacchum eadem ſpe iacentes in vinculis erexerunt, Sergium grauiter excruciatum perſanarunt; SS. Euphemiam & Chriſtinam horrendis affectas ſuppliciis confirmarunt: & illam quidem in accenſam fornacem coniectam exceperunt molliter & illæſam præſtiterunt: Vincent. hiſt. ſpec. lib. 12. c. 76. 77. &

S. Papium grauiſſima perpeſſum poſt in ardentem rogum iniectum, & ibidem ſaxis obrutum, ſaluum & integrum eo pondere leuatum, præſtiterunt. Raderus viridarij SS. part. 1

S. Theodorum militem frequentes iucundiſſimo concentu recrearunt in carcere. S. Clemente Ancyrano innumeris palmis nobili faciente rem ſacram in inſula Rhodo, quàm plurimi in flammis innoxiis quæ altari imminebant viſi ſunt quaſi plaudere: Eumdem, & Agathangelum commilitonem in mare proiectos eduxerunt, & magnificis refecerunt epulis, Vinc. ſpec hiſt. c. 12 c. 93. Surius 23. Ianu.

S. Iulianæ Senatoris filiæ Virgini torquendæ inſtructam rotam comminuit Angelus: & accen-

ſam pyram reſtrinxit. Sanctam Luciam viduam, & S. Geminianum frequentibus, & manifeſtis affecerunt beneficiis: huic presbyterum à quo ſacris vndis tingeretur in carcere alligans: vtrique coronas oſtentans, & ad ſacra vtriuſque lypſana tumulo condenda ſuppenditans marmor copioſum.

(Vinc. ſpec. hiſt. l. 12. c. 36. ibid. à c. 39. ad 42.)

(Martyr. 24. Sept.)

S. Paphaucio diuini ſpiritus impulſione vt habet Baronius properanti è ſolitudine in qua degebat ad certamen pro Chriſto comes fuit Angelus qui illum in via, mirabili & vere Angelica recreauit incendit, confirmauit eloquentia, quid feciſſe putes cum nouo Crucis generi palmæ ad glorioſæ victoriæ diuinum omen affixus eſt hic ſanctus ſolitarius? S. Virginem Anaſtaſiam fortiter æquè ac feliciter occubuiſſe pro Chriſto nunciauit beatorum ſpirituum vnus ſanctæ Sophiæ quam de alumnæ ſuæ conſtantia ſollicitam habebat, cum innata hominibus imbecillitas, tum tenera virginis ætas & ad cruciatus perferendos parum fortis. Exiſtimauerim quoque duos illos viros Sabinæ ignotos qui ei operam ſuam commodarunt ad funus faciendum S. Anaſtaſiæ non alios fuiſſe quam binos Angelos humana ſpecie.

(Sauſſayus 2. Mart.)

Rhemis S. Macram Virginem variis excruciatam ſuppliciis Angelus in carcere conſolatus eſt, & illi mammillas abſciſſas mirabiliter reſtituit Rictiouaro præſidem Maximiani furoris adminſtro. crudeliſſimo. Sæuiebat idem preſes in agro Sueſſionenſi in Sanctos Rufinum & Valerium quos Angelus verbo, & obiectis duabus coronis confirmauit SS. Criſpinum, & Criſpinianum ex igne illæſos eduxit, & mortuis iuſta procurauit.

(Vincent. ſpec. hiſt. l. 12. c. 142. hoc dicit præſtitū viro canitie aſperſo)

(14. Iunij Sauſſayus. vinc lib. 12. c. 146. 147.)

Ad hæc tempora refero quod neſcias quando contigerit, niſi primis Eccleſiæ Chriſtianæ ſæculis

quod

quodque Radetus habet, Monachum quemdam post aliquot annos in scetana solitudine sanctissime actos anathemare fuisse percussum, à seniore cuius se, ferulæ sine iusta causa subducebat, transuersum actus à dæmone; Illúmque eo contempto anathemate Alexandriam venisse, ibique grauissimos cruciatus & mortem perpessum; quia diis sacrificare constanter abnueret. Mirum dictu conditum eius corpus intra Sacrarium, efferebatur extra sacram ædem cùm Cathecumeni dimittebatur; & referebatur re sacra peracta, causamque exposcenti à Deo cuidam sancto viro adfuit Angelus qui clarè docuit, illum quidem laureola donatum Martyrij: sed intra Sacrarium nequaquam quieturum sacrificij tempore, dum anathematis vinculo teneretur. Et vero absolutus ab eo qui vinxerat non est amplius visus è Sacrario excedere. parte 2. viridarij SS.

B. Theodoram verè fortem appellandam mulierem quippe quæ, & filius ad quæuis perpetienda pro Christo accendi & Comitis Leocadij nuptias eius ambientis spreuit blanditias, risit minas: ita defendit Angelus contra impudicam cuius libidini à Iudice permissa fuerat, vt se illi dederit in conspectum pulcherrimi iuuenis specie Theodoræ adstantis, & in eam ausum inuadere pugno grauiter adeo percussit vt è naribus copiosus effluxerit sanguis qui ardorem libidinis restinxit. Niceam in bithynia Theodoræ patriam eius fide, castitate, & fortitudinè iam tum cœpit Illustrare Deus sæuiente Diocletiano, vnde paulo post imperante Constantino puram fidei orthodoxæ lucem in vniuersum erat diffusurus orbem. Ado 2. Augusti.

Capvt. XI.

Quartum Sæculum.

QVartum quidem sœculum præcipuo quodam iure dici aureum, & Christianum potest, quia sub eius initio Romanum Imperium ab impiis Idolorum cultoribus ad Constantinum translatum est, qui Christi Ecclesiæ iam ducentos, & septuaginta vexatę annos, primùm reddidit pacem; dein se addixit; postremo eam attulit quæ Dei & Christi cultu continetur felicitatem, quam nulla deinceps nisi leuissimè turbaret vnius, aut alterius principis Idolis addicti impietas. Id bonum ita Deo debet acceptum referri per constantinum agenti, quem Michaële cum teterrimo dracone pugnante præsignificatum in Apocalypsi nonnulli volunt; vt in eo tribuendo beneficio Deum præcipuos administros adhibuisse Angelos, sicut in cæteris suis operibus fateri omnino deceat. Eiusdem tamen Dei optimi maximi sapientissimo consilio factum est vt sicut cœli serenitatem præsignificare solet purpurascens Aurora: ita sæculi huius felicitatem præucrteret multorum martyrum fusus à tyrannis cruor, quo sæculi velut illucescentis diei prima momenta pulcherrimè infecta cœlites ipsi obstupescerent. Etenim Diocletianus, & Maximianus Herculius qui Christianos pessimè semper habuerunt, nouum eis idque internecinum bellum denunciarunt anno secundo huius sæculi quo tempore contigisse existimo illud quod habet

Rade

Raderus de S.Philetæro, qui Nicomediæ Diocletiano inspectante grauissima passus, liber abire permissus, post à Galerio Maximiano item tortus, & in desertum deportari iussus ibi habuit hospitem B. Eubiotum confessorem quem Angelus iusserat eidem Philetæro venire obuiam. Et quamquam biennio post se vterque Tyrannus Imperio abdicauit: attamen neque Galerius Maximianus, qui Diocletiano successit ab eodem adoptatus in filium, quicquam de sæuitia decessoris remisit: neque quos ipse Cæsares creauit in Oriente Galerium Maximinum, & Seuerum atque hoc extincto Licinium, ij benigniores se sanctis Christi cultoribus præbuerunt. Imo neque Constantius Chlorus qui Maximiano Herculeo gener fuit in super adoptione filius, & in occidente successor, potuit tam benè de se meriti tyranni adhuc superstitis acta rescindere, tametsi Christianorum admirator, & studiosus esset. Quodque mireris amplius non defuere qui Constantino imperante adhuc iactati fuerunt huius decimæ persecutionis, vt passim numeratur, à Diocletiano excitatæ quasi dicumanis fluctibus: vsque adeo verum est quod annotauit Baronius tunc id Ecclesiæ contigisse quod fieri solet cum posuere venti qui mare vehementissimè agitabant. Etenim non ita continuo tranquillantur, & subsidunt fluctus, quin aliquandiu turbatum aliquid in iis supersit. Idcirco neque exigua fuit beatis mentibus hoc toto sæculo sui in Martyres amoris testandi necessitas, & occasio: neque suam in ea re diligentiam, & constantiam passi sunt desiderari.

Vincent. hist. spec. l.12.c. 106.107 ex eius gestis ad c.11

Agmen dixisse ineunte hoc quarto sæculo facile crediderim illum qui furente Diocletiano fuit

auctor

auctor S. Iuliano vt S. Basilissam duceret vxorē, spem certam faciens sponte consensuram vt virginalis pudoris æternam gloriam coniugij specie, & nomine gloriosius occultarent, ad cuius promissi fidem firmandam mirum dictu Christus se se illi cum virgine parente videndum obtulit in thalamo liliorum & rosarum odore diuinitus perfuso. Diceres à virginum nuptiis auspicari voluisse quartum hoc, & vt dixi præcipuo quodam iure Christianum sæculum: sicut ab earum exemplari septimam ætatem inchoari voluerat. Neque abfuerunt aut Angeli paranymphi, aut optatus virginalis coniugij fructus. Illi si quidem frequentes stipabant Christum: hic adeo fuit copiosus vt nec virginum quas Basilissa socius, sibi adiunxit; neque Martyrum qui Iuliano constanter adæserunt numerus censeri facile possit. Hæ gratiores vtrique acciderunt coronæ duabus illis quas gemini Angeli mirabili luce radiantes obtulere.

Et ne sua Iuliano corona excideret, inter furentes, ac violentos tyranni stygij eiusque satel'itum impetus, certum est ab eo nusquam discessisse beatas mentes. Equidem magno numero illi comitari cum ad quæstionē raperetur visæ sunt Celso puero quem haud iniuria dixerim fuisse præcipuum virginei coniugij fœtum. Patris si quidem præsidis oblitus, vt eius omnis felicitatis quam in sæculo iubebant eum certò sperare, natales, & florens ætas: Martyri se perpetuum comitem, & suppliciorum consortem addidit. Vt autem id consilij nequiuit, aut capere, aut perficere sine præcipua diuini numinis ope; ita neque id tentauit aut præstitit absque Angelorum opera. Ad illum in carcere sacris abluendum laticibus deductus est palam

Iam ab Angelo ſacerdos ; eumdemque puerum cum Iuliano, & cæteris in liquatæ, & ardentis piſcis plena labra coniectum recrearunt cæleſti vocum concentu beati cœlites.

Vt autem non liqueat quo fuerint hæc anno Diocletiani geſta non propterea quarto huic ſœculo ineunti defuerunt auſpicia perquàm felicia certaque ſpes Angelorum auxilij. Conſtat enim anno eius ſœculi primo Sanctæ Theophilæ virgini ad lupanar damnatæ, quod ipſa Sancti Euangelij lectione conſecrabat ; adſtitiſſe Angelum luce ſupera radiantis adoleſcentis auguſta ſpecie qui laſciuum iuuenem auſum in proſtibulum ingredi vita, cæteros autem deinceps pari libidine incitatos oculis orbauit. Virginem per medios fidei & caſtitatis hoſtes eductam de lupanari ad fores templi perduxit : in quod conuenerant Chriſtiani : & pacem illi à Deo precatus ibidem ita deſtituit integram, & incolumem vt ſe ſe oculis tantum ad breue tempus ſubduxerit. Surius. 28 decemb. in vita SS. Damnæ & Iucdes.

Fouent ætatis teneræ innocentiam beati Angeli nam & puerorum ſpecie amant conſpici forte Chriſti exemplo, vt fusè oſtendit Ludouicus de Lacerda; quare non multo poſt defenſam S. Theophilæ pudicitiam eorum vnus canit S. Viti pueri mentis virginitati ſuadens fugam è paternis ædibus, vbi fidei pernicies imminebat, quodque mirabere ſe ſe illi nauicularium præbuit mari tranſmittendo : eumdem S. Modeſti curæ commiſit ; ambos è labro pice, & plumbo liquatis pleno, integros eduxit ; vinculis abſoluit ; equuleo detraxit ; & vltra fluuium tranſlatos ſub arbore ſtatuit vbi ſuauiſſimè expirarunt, ab iis haud dubiè ſeptem Angelis in cœlos euecti, quos infanti Vito adſtare viderat lib. de excel. cœl. ſpir. cap. 44. Surius. Auguſt. Vinc. Spect. hiſt. l. 12. c. 70. 71.

Surius ex Adon. Treuerensi 24. Iulij.

viderat pater licet impius. S. Christinam vndecim tantum annos natam virginem, & à parente aliisque deinceps præfectis grauiter excruciatam & laniatam semel persanauit Angelus: deinde in lacum Volsimum in Tuscia coniectam saluam eduxit quo autem id anno contigerit quia non liquet, eam S. Vito puero lubens adiungo. Sunt enim & patria eadem orti, vexatorem habuit vterque suum patrem, & adiutorem singularem Angelum.

Baron. in Annal. an. 301. l. 18. spec. histor. c. 39. id Bello. l. 12. c. 34 135.

Miris à S. Paulino, ceterisque celebratum laudibus S. Felicem Nolanum præsbyterum quem constat sub Diocletiano quæsitum ad necem; & in carcerem detrusum, facile adducor vt credam non alio quam hoc eodem anno quarti sæculi secundo, eductum è vinculis ab Angelo, vt suum Episcopum latentem in syluis; ibique inedia, frigore, senio pene confectum recrearet. Eo si quidem anno Diocletiani edicto sæuiebatur maximè in Episcopos, & alios viros sacros. Vincentius tamen Bellouacensis hoc videtur existimasse ad secundum sæculum, & tertiam Ecclesiæ pertinere vexationem.

Alteri S. felici Gerundæ in Hispania sequenti anno beatarum vna mentium adfuit quæ ab eo Christi causa accepta sanauit vulnera; deiectumque postea in mare mirabiliter indidem extulit felix idem annus imo felicissimus fuit beatarum mentium frequentibus erga martyres officiis & beneficiis. Nam & S. Gregorium presbyterum Spoleti vinctum solatus est Angelorum vnus: & S. Erasmum Episcopum bis eduxit è carcere. Idem beneficium impertitus est alter SS. Primo, & Feliciano: cumque istum mentirentur Carnifices à fide defecisse vt illum eo mendacio impellerent ad ruinam: certior est ab Angelo factus de fratris con-

vinc. l. 12 c. 54. id l. 12. c. 38. 39. ibid. c. 69

stantia

ſtantia S. Geneſium ex Mimo Chriſti Martyrem fecit Sanctus Spiritus, vbi ſeſe illi aſpectabiles præbuerunt Angeli ſacram ceremoniam baptiſmi in ſcena Romæ coram Diocletiano imitanti. Eodem tempore Geneſius alter actorum publicorum exceptor pertæſus Arelate cruenti miniſterij cruore proprio pro Chriſti gloria fuſo viam ſibi innocentiam, & cœlum aperuit. S. Vincentio Diacono gratulati ſunt in carcere inuictam animi fortitudinem cœleſtes Symphoniaci. S. Vitali ſeruo ſimul & ſocio S. Agricolæ coronam oſtendit Angelus quam beatus martyr diademati Diocletiani præferendam duxit. ibid.c. 104. ibid.c. 137. S.Ambr. l de exhortat. ad Virginem.

Sub idem tempus ſanctæ virgini Agneti tres ſupra decem annos natæ teſtimonium Chriſto danti aſſertorum in libertatem hominum ideoque iuſſæ ad lupanar duci comes fuit, & defenſor Angelus. Idemque vltor iniuriæ, quam eius virgineo pudori parabat inferre genere quidem nobilis, ſed laſciuia infamis adoleſcens. Incertum eſt quo id contigerit anno: Baronius tamen quarto ſæculi quarti adſcribit, quia conſtat illam peerpeſſam mortem pro fide extremis Diocletiani temporibus qui hoc anno purpuram depoſuit cum ſpe Chriſtiani nominis extirpandi quod, videbat martyrum ſanguine irrigatum altiores agere radices; & morte latius propagari. Vinc.ſpe. hiſt.l.17. c.29 30. ex l.Ambroſ.Ep. 34.

Sanctum Neophytum decennem, metuque cruciatuum latentem in ſpelunca, cœleſtis promus totis quinque annis mirabiliter aluit. Vnde exiſtimare facile eſt eorumdem naturæ ſecundum Deum præſidum ſpirituum ductu ceruos veniſſe ad S.Baſilij proauos, in ponticis ſyluis eamdem ob cauſam latitantes ſeptennium totum: qui ſe illis offerebant Lacerda c.41. de excell. cœl. ſpir. ex Men.

offerebant mactandos ad epulas dum Gallerius Maximianus crudeliùs sæuiret in Christianos quàm is cui in Imperio successerat (vt quidem censuit S. Gregorius Nazianzenus.) Sicut nullius in sæuiendo vel dignitati pepercit Tyrannus ne Proconsulari quidem, vel sexui, aut pudori, ita in omnes nullo discrimine benefici fuerunt amantes hominum Angeli. Sancto Demetrio ex proconsule Martyri Thessalonicæ, coronam vnus cœlis attulit, & capiti imposuit, nobilis omen victoriæ Sanctæ Virgini Dorotheæ rosas, & poma de sponsi viridario alter obtulit cùm ceruicem illa securi subiiceret: eiusdemque Virginis nomine detulit ad Theophilum; quem hoc munere, & quasi congiario seu verius donatiuo traduxit ad Christum sicque martyrum auxit numerum. Sanctæ Antoninæ Virginitatem alius conseruauit intactam immisso in prostibulum Alexandro milite Christiano qui mutato cum Virgine vestitu illi facilem exitum è lupanari, sibi viam ad Martyrij gloriam aperiret, sicque vnica persuasione solidam Virginei pudoris laudem Antoninæ; fortitudinis decus, & lauream vtrique compararet.

Orat in laudem S. Basilij

Surius. 8. octobris vid. Bar. an 304.

Sur. 6. Februa.

Sur. 3. Maij vid. Baron. an Christo. 309.

Hæc Bizantij quæ vbrs postea Virgini Matri consecranda, debuit mirabili virginitatis conseruatione ad tantam gloriam præparari, Haud multo minor laus Tharso natalibus S. Pauli per quàm illustri Vrbi contigit vbi anno proximè insequenti Sanctæ Pelagiæ Virgini, quæ intra bouem æreum candentem expirarat, funus procurauit Angelus persuaso ad id officij præstandum, viro pio. Eidem Virgini cum sacris tingeretur vndis boni adstare visi fuerant. Alter Romæ diuitem fœminam Aglaïdem admonuit vt Sanctum Bonifacium Tharsi crudelit

A.C. 307. Sur. tom. 3.

deliter pro Christo variis tormentis affectum, & tandem securi percussum, tanquam Martyrem ha beret, & coleret: quo familiaris rei procuratore, & impudicitiæ socio diu fuerat vsa. Sur. 14. Maij vin. spect. histoial. l. 12. c. 34.

Lætitiis omnibus læta vt esset Ecclesia Christiana fecerunt beatissimi cœlites anno quarti sæculi sexto, Constantini (qui postea magni cognomen rebus gestis meruit) electione in Imperatorem. Siue id præstiterint vt nonnemini vsum est id palam suadendo Constantio Chloro, ancipiti & incerto quem filiorum sibi moriens designaret successorem: Siue occultis illis rationibus quas in Regnorum, & Imperiorum administratione sibi commissa diuinitus, sequi solent. Zonaras.

Prius illud tametsi Baronius probabile neget esse quia de re tanta siluerunt, cum Eusebius tum Panegyristæ in omnes eum principem laudandi occasiones intenti, existimo tamen ex iis quæ subsecuta sunt satis Confirmari: quid enim mirum illos palam suffragatos esse Constantino ad successionem paterni Imperij, quos videbimus eidem variis temporum, & locorum interuallis suæ beneuolentiæ certissima, quæque sub sensus caderent dedisse testimonia; publicéque fauisse de summa Imperij non semel dimicanti? A.C. 306.

Interea Mediolani apertè furente in Christi annos Herculio Maximiano, & occultas struente insidias Constantino, (quippe pœnitebat eum abdicati Imperij) Sanctum Victorem militem Maurum, vt inter cruciatus nunciari Tyranno iubere posset, propinquum discessum ex hac vita quem sibi laqueo acceleraturus erat, Angelus supplicio liquati plumbi mirabiliter eripuit. Sanctos Mennam, & Hermogenem qui deinceps Ægyptum

adminiſtrarant præfecti Auguſtalis titulo conſpicui; & à Galerio Maximino Galerij Maximiani cui Cæſaris dignitatem acceptam ferebat imitatore crudeliſſimo, impietatis accuſatos & variis cruciatibus ſubiectos, eduxerunt Angeli: duo Sanctum quidem Mennam è carcere: Hermogenem autem ex flumine in quod coniectus fuerat hunc ex Sancti Mennæ ſæuiſſimo Iudice ad Christum traduxerat carceris fulgor; admirabiliter reddita lacero tormentis Mennæ corpori cum effoſſis oculis, & euulſa lingua integritas, eiuſdem Mennæ grauis oratio, & conſpecti adſtare Mennæ cœlites. Vtrique præſens auxilium polliciti Angeli cum ſecuri percuſſis abeundum eſſet è vita mortali: & vtriuſque Sacras reliquias capſulæ ferreæ incluſas in mare deiectas Tyranni iuſſu Byzantium vſque impulerunt ſupernatante fluctibus ferreo pondere. Sic enim S. Mænnæ prædictio fidem inuenit qui vavaticinatus fuerat ſe Byzantij tumulo mandandum. Eadem ex vrbe Alexandriæ, eodemque anno beati cœlites ſanctiſſimę Virginis Catharinæ corpus (quam Dorotheam etiam dictam cenſet Baronius) extulerunt in montem Sina: vbi exularat aliquan-
Surius diu fortunis omnibus euerſa quia Maximini libidi-
25.Nou. ni fortiter obſtiterat: & vnde fuerat eiuſdem iuſſu ad noua certamina & crudeliſſimam retracta necem, illam Angelus in carcere ad certamen cum oratoribus Ethnicis ineundum confirmarat.

A.C. Dubitari non poteſt quin Sancti Michaël, &
308. Gabriel præcipui fuerint adminiſtri Christi ſeu in
Baron. mirabili vocatione ad fidem Neaniæ, qui à Diocle-
tom 3. tiano ducatus in Ægypto dignitate auctus ſpirabat
Surius 8. cædem Chriſtianorum vt olim S. Paulus: ſeu in
Iulij. diuina fortitudine animi quam præ ſe tulit ex Nea-

nia

nia Procopius dictus inter sæuissimos tortores, acerbissimos cruciatus, & cruentam mortem, quandoquidem aureæ Crucis quam de collo suspensam ferebat extremis duobus vtriusque Archangeli nomina sunt inuito aurifice insculpta notis minimè delebilibus medio inter vtrumque exarato Emmanuelis veneratione omni dignissimo nomine. *A.C.*

Florebat eo tempore Christiana Religio Alexandriæ Ægypti, Sancti Petri eius Ecclesiæ præsulis virtutum exemplis zelo, doctrina ad omnem pietatem exculta. Et vt abessent alia miracula erat ipse prope miraculum, Eusebio teste. Illi vt futurum ab Ario calamitatem maximam Christus pueri duodemnis specie prædixerat tum lugubri oratione, tum etiam laceræ vestis spectaculo: Ita beatus Angelus pene indignabundus significauit multos esse qui mortis timore sæuiente pestilentia Sacris licet abluerentur vndis; marsupiorum instar inanium ea gratia quæ baptismo ritè suscepto conferri solet, essent omnino vacui: proindeque non esse sine delectu ad eius mysterij societatem admittendos. 310. Apud Baron. in annal. Pratum Spirit. c. 198

Haud quaquam parem, qui in superiori Armenia Sacris initiati sunt Christianis à Gregorio postmodum eius Ecclesiæ præsule beatis Angelis occasionem dederunt indignationis, ac dederant Alexandrini adeo sincere, & serio cum suo Rege Tiridiate. Armeni ad lucem Euangelij emerserunt. Vnde probabilis coniectura duci potest dum tingerentur Armeni, Euphratis fluctus tantisper quieuisse inhibitos ab iisdem Angelis à quibus diuisum fuerat Erythræum mare in Iordanis flumen in gratiam Hebræorum. nec alium fuisse opificem

A.C. 311. Suri. 30. Sept. ex Metaph. lucidæ illius columnæ quæ interea fluuio insistere visa est, & crucis in eius capite: nisi illum qui columna nubis & ignis rectus se ducem in solitudine præbuit Israëlitis. Sibi certè in altam deiecto foueâ cœno, & serpentibus horridam adfuisse Angelum qui præstitit illæsum: & postea diuinis visis vt olim Danielem de futuris admonuit asseuceranter affirmauit.

A.C. 312. Baron. Eamdem facio coniecturam de mirabili illa cruce in cœlo, seu aere summo, ex ingentis lucis radiis figurata, quæ Constantino paranti bellum inferre Maxentio diuinitus ostensa, est addita victoriæ promissione; si quod ipse nulla mora præstitit eam haberet pro signo. Nam, & Baronius ipse sapienter coniecit hoc cœleste & diuinum fuisse vexillum, cœlestiũ id est Angelicorũ exercituum, quos tota Gallia visos vmbonibus coruscis & armis lucidis rectos, audito'que palam iactare se Constantino venire auxilio; non dubitauit eloquentiæ laude celebris Nazarius tametsi à Christiana fide alienus, Romano senatui enarrare & posterorum commendare memoriæ. (In panegirico.) Militasse cœlites Constantino quod conceptis verbis dixit Nazarius probat Annalium scriptor ex facilitate, qua vno ad summùm anno Italiam pro Maxentio pertinaciter stantem subegit, copoias innumerabiles multo minoribus ipse stipatus fudit; Maxentium velut alterum Pharaonem fluctibus absorptum vidit: victoriæ fructum Romam cepit: seu veriùs lucem hausit fidei quæ illi è cruce iisdem Angelis administris affulsit à quibus fuerat in bello adiutus.

Neque hic finis fuit rerum ab iis gestarum in gratiam tanti principis quantus fuit Constantinus

cum

cum enim Licinius accepta in vxorem Constantini sorore Constantia pactorum conuentorum inter vtrumque Imperatorem de Christianorum protectione immemor eos vexare instituisset: non modo beati cœlites variis beneficiis Martyres prosequuti sunt: sed etiam Constantino vt olim contra Maxentium, sic nunc quoque contra Licinium militarunt. Vt enim à Sanctis Martyribus ordiar perstringere quæ gesserunt hoc tempore Angeli: quod traditur de S. Blasio Sebastæ vrbis Armeniæ minoris Episcopo, ab vno illorum è flumine extracto, & septem, mulieribus in fide confirmatis, Baronius ad hunc Licinij furorem retulit: qui ob breuitatem temporis à Diocletiani persecutione non fuit distinctus. Eadem in vrbe quadraginta militibus in frigidario Thermarum noctem hybernam nudo corpore & sæuiente frigore tradu-centibus, tot Coronas cœlis afferre visi sunt Angeli, quot suam Constantiam approbarunt Deo. Sanctum Hermylum Diaconum, ter consolati sunt antequam ty anni iussu præfocaretur vndis immersus cum S. Straconico S. Theodorū Tribunum in cruce destitutum quod mortuus crederetur, detractum ex ea, & solutum personarunt. Alteri S. Theodoro in vinculis Christus Dominus se dedit conspiciendum Angelis innumeris stipatus: eundem beati cœlites suauissimo concentu recrearunt, stupentibus carceris custodibus.

Baron. Vincent. spec hist. l. 12. c. 46 Surius 9. Martij. Vinc. l. 13 c. 59. Idem 13 Ianuarij. Surius 7 Feburier A. C. 317. Vincent. spec. hist. l. 12. c. 93 Sur. to. 6. n. 9. S. Gr. Nyss. orat. in eum. Baron.

Nec multo post pœnas eius crudelitatis de Licinio sumpserunt Constantini manu, & crucis manifesta virtute victo. Hoc enim liquet præsignificatum fuisse iis turmis armatorum militum, Angelorum scilicet, quæ per vrbes Licinij ditioni subiectas clara luce, imo meridiana, transire visæ

A. C. 318. Baron.

ſunt, victricium inſtar copiarum quæ ſub ſignis Conſtantini fuiſſent.

Quem fuiſſe par eſt credere armatum illum equitem Signum Crucis pro vexillo præferentem eiuſdem Conſtantini cum Licinio confligentis exercitui? quos adoleſcentes illos binos qui viſi ſunt Hadrianopoli Licinij phalanges cœdere; niſi beatos Angelos à quibus etiam eidem Imperatori Byzantium exigua ſpe cincunſidenti victoriæ datum eſt omen (niſi aberro coniectura) igne qui concubia nocte viſus eſt ab illo fulguris inſtar vallum exercitus ſui colluſtrare: ſpes autem certa eſt allata exarato in cœlis diuino illo oraculo; *Inuoca me in die tribulationis eruam te, & liberabo te & honorificab:s me.* Rurſuſque Cruce ex ſtellis figurata cum hoc elogio, *in hoc ſigno omnes hoſtes vinces.*

Et hæc qudem ita beati Chriſti milites Angeli geſſerunt in gratiam bellatoris principis qui ſuis copiis impios fidei hoſtes debellabat: vt interea Sanctis Aſcetis in ſolitudine nihilo minus glorioſo bello pro pietate occupatis non deeſſent: ſic enim S. Paphnutio, illine cui Galerio Maximiano ſæuiente fuerat oculus dexter erutus; an alteri cognomini & fere Æquali quique florebat anno huius ſæculi primo ſupra vigeſimum præſentes adfuere cum iaceret labore viæ, & inedia propemodum exanimatus ea in peregrinatione quã diuino inſtinctu ſuſceperat: quaque latentem in ſolitudine ſexaginta iam annos Onuphrium viuum reperit,& ſepeliuit mortuum: audito beatorum Angelorum concentu à quibus beati ſenis animus in cælum efferretur. Eorum vnus adoleſcentem Onuphrium deduxerat in ſolitudinem, pane & aqua cum

Roſvvey dus l. 1. vit. SS. PP. & l. 1 c 16.
Pallad. in Lauſiaca c. 63.

tum opus erat; Eucharistia vero diebus dominicis aut sabbathis impertierat, aliisque demeruerat beneficiis, vt ex eius Sancti Senis oratione didicit Paphnutius qui hæc omnia litteris consignauit. Eidem longo post tempore secum reputanti si quem haberet piorum in terris adhuc degentium æqualem meritis, ternos deinceps indicarunt Angeli: quos nemo existimasset ad tantum decus aspirare posse. Quamquam ei demum Angelus pridie quam coporis vinculis solueretur, prædixit fore vt Prophetarum choro insereretur in cœlis. Palla. ib. c. 64. & 65. Ruff. l. 2. c. 16.

Eius quidem Sancti Paphnutij qui ex Monacho fuit Episcopus, magnus Constantinus deformatam pro Christo faciem exosculabatur maxima cum veneratione in mãgno Concilio Nicœno. Quam Imperatoris pietatem cœli principes Angeli remunerati sunt multis & insignibus beneficiis in eum collatis, ad id efficiendum quod S. Augustinus summæ tribuit eius felicitati: pertæso quippe Romæ veteris ob Senatus, & populi in antiqua Idololatria pertinaciam, & nouam exædificare molienti, quam de suo nomine diceret, & vnde omnis falsorum Deorum cultus exularet, cœlitus indicatum est; Angelis haud dubie interpretibus, Byzantium vrbem ad id esse ornandam & amplificandam: quippe quæ præter situs opportunitatem erat iampridem Christianis plurimum addicta sacris. Certè cum ambitum eius definiturus vrbem circumiret, non dissimulauit præire sibi cœlitum aliquem, qui doceret quousque forent vrbis pomæria proferenda.

Illéne, an alius ad eam crucem quam *victoriam* appellauit & in porphiretica statuit columna Imperator ornandæ & consecrandæ vrbis Constan-

tinopolitanæ gratia, ter quot annis descendere incœperit, sub annum huius sæculi trigesimum difficile est dicere. Hoc sane compertum, & exploratum est noctis intempestæ silentio multo fulgore circunfusum solitam eam crucem circumire: seque præsentẽ adesse significare piis quibusque, quà suffitu crucem adolendo; quà suaui voce, *ter*
A.C. *Sancti*, carmen concinendo post quæ se in cœlum
325. sideris lucidi figura momento penetrabat. Quin
Baron. ipsi Imperatori S. Michaël Archangelus se viden-
tom.3. dum obtulisse perhibetur viri alati specie: vnde
an. 330. consilium cepit inter cætera quibus nouam Ro-
num.16. mam exornauit templa, vnum extruendi in eo vr-
Ex Nice bis loco qui à salute Sosthenium dictus est; & iam
phoro tùm Michaëlium nominabatur: quia certo crede-
l.1.c.32. retur ibidem cœlitum princeps ille manifesto ap-
Ibi.n.20 paruisse. Quis autem non sibi facile persuadeat
& 22. non alium nisi hunc Archangelum Probiano de satellitum aut Medicorum Constantini numero
Ib.n.21. pedibus ægro, eóque in templo iacenti spe leuan-
& 22. ex di doloris (quod beneficium multis ibi diuinitus
Sozom. præstabatur) aperte declarasse, *nihil neque à piis*
l.2.c.2. *hominibus neque ab Angelis iam inde à Christo gestum ad hominum vtilitatem. Sine crucis efficientia.*

Anno superiori hoc est sæculi vndetrigesimo Gallicano viro Consulari Constantini genero bellica laude præstantissimo vouenti transitum ab Idolis ad Christum, quando suorum defectione in graue periculum venerat ne à Scytis vinceretur, non alium opinor adstitisse Iuuenis statura excelsi, & cruce humeris assura conspicui; nisi hunc militiæ cœlestis principem: qui armatus per medios cœlites. Trepidum Romanorum Ducem confirmantes perduxit ad Regis Scytharum prætorium:

& incruentam largitus eſt victoriam ; qua Scythas in lucro ponentes, quod ſinerentur incolumes abire ex Thracia Romano vectigales imperio fecit. Sed nobiliorem de ſe victoriam hoc Angelorum illuſtri beneficio retulit Gallicanus cum abdicato Conſulatu ſecundo, deſponſata ſibi Imperatoris filia Conſtantia abſtinuit in perpetuum; ſenatu ſe ipſum eiecit: Valetudinario publico ſe miniſtrum addixit, tamdemque Apoſtata Iuliano ſæuiente opes, & vitam Chriſtianæ fidei poſthabuit.

Sed horum poſtrema biennio poſterius contigerunt quàm Iberorum ad mare Caſpium, & montem Caucaſum glorioa ab idolis defectio. Neque enim putandum eſt ita Deum ad tam egregium opus vſum ſancta Chriſtina, quæ duram apud eos populos ſeruitutem ſeruiebat, vt ordinarios ſuos adminiſtros Angelos non adhibuerit ſiue ad offendendas eas tenebras Meridiano ſoli quibus Rex in vitæ diſcrimen vocatus mediis in ſyluis lucem veritatis cogitaret: ſiue ad eas momento diſcutiendas vt in principe ſyderum Chriſtum iuſtitiæ ſolem reſpiceret: ſiue ad eam ſtatuendam columnam quæ omné Architectorum templi eluſerat induſtriam, & vires nullo proiſus operæ pretio ſæpius exhauſerat. Theodoretus hiſt. Ecclеſ. lib. 1. c. 24.

Idem eſto iudicium de diuina vocatione S. Maximi, ad Treuirenſes infulas ab Angelo ſignificata: in quo præſule Deus hoſpité præparabat S. Athanaſio, quem anno ſexto ſupra trigeſimum huius quarti ſæculi exulem comiter excepit. Vincent. Bellonac ſpec. 4. hiſtor. c. 14. c. 7.

Si vera ſunt omnia quæ Surius refert de Sancto Epiphanio Salaminæ, ſeu Conſtantiæ Cyprij Epiſcopo: hoc circiter anno dixerim eum à Iudaïſmo tom. menſe.

transiisse ad Christi cultum persuasum efficaciter Luciani Monachi benignitate erga pauperem cui suam vestem dederat is Monachus vt ex eius venditæ pretio panes sedandæ fami emeret, sed suauius indutum candida veste ad eum Monachum cœlitus allata qua se magnificè tegeret, equidem constat ex Baronio Epiphanium ab ineunte ætate præstantissimis eruditum à Monachis; & adolescentem floruisse consuetudine Sancti Hilarionis etiam tum iuuenis: quare cúm ad extremam senectutem constet Epiphanium peruenisse anno secundo & nonagesimo huius sœculi, oportet omnino primos eiusdem sœculi annos hoc cœlesti viso fuisse insignes.

S. Atha. in vita S. Anton. Sancti Ammonis Ascetæ animum frequentes Angeli in cœlum inducere visi sunt Sancto Antonio septimum iam, & vigesimum annum solitariam vitam sanctissimè agenti. Quidni autem id officij magna lætitiæ significatione sancto præstitissent Ammoni, ita studioso castitatis qua fiunt similes Angelis homines: vt intactæ suæ sponsæ persuaserit virgineas Dei genitricis, & sancti Iosephi nuptias imitatione exprimere. Eundem erubescentem se vestibus spoliare ad traiiciendum Lycum fluuium transmiserant nuper eius pudoris pulchritudine capti.

Sancto Nicolao Mirensi Episcopo morienti adfuerant Angeli: nec mihi dubium esse potest quin eamdem operam clam licet præstiterint Constantino qui lugente orbe Romano excessit è viuis eodem anno trigesimo & septimo quarti huius sœculi. Destituerint scilicet illum in omnium quæ gesserat bellorum grauissimo & omnium quæ cum hostibus commiserat præliorum periculosissimo in

quo

quo de cœlesti agebatur Imperio : destituerint scilicet, inquam, Angeli qui toties illi suas manus cum Maxentio, cum Lycinio, cum Barbaris de terreno regno dimicanti commodarant?

Eius certe filiis,& successoribus quàm sæpe fauerint coniici facile potest, ex eo quod Constantio qui omnium videri potuit beatarum mentium benignitate indignissimus suam beneuolentiam apertè testari ceperint, anno eius Imperij secundo. Primù nulla medicorum arte sanabili morbo laboranti Angelorum vnus Sanctum Spiridionem Episcopum Cyprium repræsentauit in somnis : & ab eodem persanandum esse prædixit; Cuius oraculi fidem firmauit euentus. Post circunsidenti Nisibin Persarum Regi Sapori obiecta est species Augusta Constatij Imperatoris : qui tametsi tunc Antiochiæ versaretur, visus est iis muris inambulare quos disiectos Mygdonij fluuij collectis aliquandiu intra magnos aggeres, & in eos immissis fluctibus; Ipsi opinor Angeli vna nocte instaurarunt. Ea res ita contigit Sancti Iacobi eius vrbis Episcopi precibus; quibus etiam exoratus Deus Cyniphes, & Culices in Persas immisit eosque coëgit vrbem osidione liberare, vt Angelorum opera vsum admodum sit verisimile.

Baron. ex Metaphraste apud Surium 12. Dec.

Theod. in philotheo c. 1: de S. Iacob. Hisibita.

Quia vero Sanctus Iacobus id consilij cepit persuasus à Sancto Ephremo viro admirabili, & præstantissimo inter Syros scriptore : hîc opportunum visum est referre, quantum ad huius viri sanctitatem contulerint beati Angeli, Primum quidem cum illi adolescenti falso crimine accusato, carcere incluso, quæstionis, & tormentorum formidine suam sortem deploranti; vnus de beato illo cœtu semel, iterum, & tertiò cuius criminis di-

S. Ephr. tom. 1. & tom. 3. serm. 6.

uinæ

uinæ iustitiæ penderet pœnas, & diuinorum æquitatem Iudiciorum edisseruit in somnis: & à tormentis liberum fore promisit. Post annorum aliquot interiecto non admodum longo interuallo ab iisdē magno numero descēdentibus è cœlo magno consensu visus & eligi ex omnibus qui tum viuebant; cui librum intus & foris exaratum traderent hoc est arcanorum cœlestium scientiam, & eorum planam, atque eloquentem enarrationem: Eum oportebat tanto affici beneficio quem Deus puerum adhuc ostenderat parentibus vitem ex ore mittentem quæ terrarum orbem suis impleret palmatibus, & omnes vuis aleret volucres.

S.Hier. in vita S.Pauli. Sanctum Paulum solitariorum Principem tam est certum annis septem supra nonaginta, quos in Solitudine solus traduxit, Sanctorum Angelorum frequenti vsum consuetudine; quam exploratum est viso Sancto Antonio nonagenario in cœlos efferri ab iisdem inter Prophetarum & Apostolorum Choros. Neque insolens S. Antonio fuit beatorum Angelorum spectaculum: nam vt omittam, (quod iam retuli) visos ab eo S. Ammonis animum cœlis inuehere triumphantem; habuerat doctorem Angelum Anachoretæ specie; qui opus manuum, & preces continenter alternans rationem docuerat vtiliter, & sanctè degendi in solitudine. Monuerat eumdem Sanctum Antonium cœlitum vnus laqueos quibus mundum vniuersum satagit implicare Dæmon; posse altissima sui demissione declinari. Nec dum Alexandrino eum parem esse Coriario in huius virtutis studio; qui ab eius vsu diem auspicaretur, & eo concluderet se reputans omnium nequissimum mortalium. S. Paulo cognomine simplici S. Antonij alumno quis

quis non audiuit visum Angelum qui clientem suũ grauibus noxis implicitum tristis sequebatur, & postea pœnitentis lateri adhærebat gaudio triumphans.

Sæuire cœpit in Christianos Persarum Rex Sapor anno proximo id est Constantio Imperante, non magno Constantino, quem reuerebatur vt Baronius recte coniicit. Biennio toto exarsit illius furor quo sexdecim minimùm Martyrum millia fastos Ecclesiæ suis nominibus auxerunt. Nam innumerorum nomina terris incognita sunt adscripta cœlis. Quàm amantet autem beati spiritus animos illis addiderint certa coniectura capi potest ex his paucis quæ memoriæ tradita sũt. Semel visi sunt ex fouea Christianos extrahere plena serpentium in quam deturbati fuerant: ipsosque virga ferrea serpentes abigere à sanctorum corporibus ne illis essent vllo modo noxij, aut incommodi. Iterum obseruati sunt frequentes albis vestibus eos induere, qui Sanctorum Martyrum Acindyni, Pegasij, Elpidophori, & sociorum admirabili fortitudine permoti ad Christum transierant. Postremo sunt auditi cœlesti suauissimoque concentu celebrare fidem, & constantiam trium Christianorum quos in ardentem fornacem Persarum tyrannus immitti iusserat. In eius vita & in viris.SS. PP.l.5. c.7.

Quid officij præstiterint morienti Sancto Antonio & quanta lætitiæ significatione beatum eius animum in cœlos abduxerint coniiciendum putauit Sanctus Athanasius ex hilaritate quam moriens præ se tulit. Surius 2. nouemb.

Idem mihi facile persuaserim de Constantio Imperatore si eum vere, & ex animo cum expirauit illorum pœnituit, quæ morti proximus detestari In eius vita c.59

ſtari viſus eſt crudelitatis nimirum in ſanguine coniunctos; Iuliani ad Cæſaris dignitatem euecti, & (quod omnium erat grauiſſimum) impenſè fauiſſe Arianis, & Catholicos exagitaſſe: vt enim amantiſſimi ſunt hominum Angeli, & reorum vero de peccatis dolore plurimum gaudent; ita non inuitus aſſentirer eidem Principi quem ferunt aſſeueraſſe ſibi mortem inſtare, quia genius quem habuerat indiuiduum, & aſpectabilem vitæ ſociũ ſe ſe oculis mortalibus ſubduxerat. Niſi forte illi geminum dixeris qui Iuliano tunc in Galliis Auguſti nomen inuadenti, & poſt in Perſide morituro viſus eſt exitium portendere. Certum quo, que habere quod Sanctus Gregorius Nazianzenus vulgo creditum ſcripſit, beatos Angelos funus eius Principis auditos ſuaui vocum concentu celebrare.

Ammianus lib. 21.

Orat. 1. in Iulia.

Certiora multo ſunt quæ Iuliano Principe perhibentur in cultum ſacrorum, ad Martyrum ſolatium, & Eccleſiæ pacem mirabiliter præſtitiſſe: primum enim Theodoro Chriſti pugili grauiſſimis excruciato ſuppliciis Apoſtatæ iuſſu, adſtitit Angelus egregia forma qui ſudorem abſtergendo & frigida corpus perſpergendo leniret dolorem ex cruciatibus, & animos adderet Martyri. Deinde Monachum Antiochum (Apollo vocat Palladius Appollonium Ruffinus) & ſocios quos impij Principis miniſtri à Chriſti ſignis ad ſua transferre omni ratione ſatagebant beatarum mentium vna mirabili luce fulgens, in carcerem quo detinebantur illapſa, cuſtodes induxit, vt liberos dimittere vellent: quod ne illis fraudi eſſet proſpexere beatæ mentes concuſſis centurionis ædibus: quo prodigio territus exſolui vinculis iube

Sozomenus l. 4. c. 18. 19. Socrates l. 3. c. 16. Ruffinus l. 2. c. 36.

Baron. tom 4 an. 363. ex Euagrio in vit. pp.

iuberet, quos milites vltro erant liberos dimissuri. Eidem, quando primum habitare in spelunca cœpisset cum paucis, adstiterant olim die paschæ homines ignoti (qui autem illi esse potuerunt nisi cœlites?) qui copiosam annonam, & quidem inter cætera fructus, & panes calidos peregrinæ Prouinciæ deferebant: moxque festinanter abierunt vbi solitarios allatis impertiti sunt.

Ad hæc crudeli Principis Apostatæ indulgentia insanientibus Donatistis, & sacro plenum vnguento vas abiicientibus, per summum contemptum Angelus Optato Mileuitano teste manum, vt ita dicam supposuit, & vas ne confringeretur molliter excepit. lib. 2.

Postremo ad eum Christi desertorem è medio tollendum Principem non parum contulerunt, vt ex Sancto Gregorio Nazianzeno disci potest: & ex eo quod contigisse narrat Palladius Didymo; qui non oculis corporis quibus non vtebatur; sed mentis quos habebat perspicaces, intuitus est duos equites in albis equis sedentes (Angelos haud dubie visos ea specie vati Zachariæ) qui eius Apostatæ mortem nunciarunt. Orat. 1. in Iull. in Lausiaca c. 4.

Valentiniano primo Imperium obtinente suæ fidei præmium, vnus sine dubio Sanctorum Cherubim prædixit Abbati Hor, futurum vt iis in æternum tempus excelleret, & quodammodo præesset in beata vita, quos abductos à peccatis & vitiis ad pietatem informasset. Qua ex vaticinatione facile adducor vt eum credã emersisse ex Origenis erroribus, quibus immersum fuisse scribit Sanctus Hieronymus. Nonagenarius agebat Hor in solitudine multorum Monasteriorum pater, anno huius sæcu- Vincent. spec hist. lib. 14. c. 70. ex S. Hieron. in vitis patrum.

li ſeptuageſimo ſecundo aut tertio, fuitque cum triennio toto non alio cibo & potu vteretur, niſi quadam eſca cœleſti ab Angelo tertio quoque die appoſita.

Eodem Imperante euocatus ad Triumphum in cœlis ex Arianis agendum Sanctus Hilarius Pictauienſis: quem ab Angelis celebratum cùm alia multa perſuadent, tum illud maximè quod Epiſcopo & clero Pictauienſi, aliquot annorum interuallo accinctis ad ſacras eius reliquias ex ſuburbano templo importãdas in magnificam ædẽ cœleſti iuſſu exædificatam intra vrbem, beati ſpiritus eas transferre occuparint.

Sauſſayus in Martyr. Gallic. 1. Decem

Sub idem fere tempus Sancto Pachomio velut alteri Moſi datam ab Angelo legem in æs inciſam ad quam ſuos Monachos vellet Deus in poſterum mores exigere, fit ex eo probabile, quod Conſtantino Imperante tyrocinium ponens militiæ iuuenis adhuc Chriſtianis ſit initiatus myſteriis. Vidit vnum de ſuis efferri in cœlum à beatis ſpiritibus.

Vincent. l. 17. ſpec. hiſt. c. 82.

Doluit flammis abſumptos Angelorum opera nequam homines aliquot qui murum quo deſignatum Monaſterium Cinxerat nocte deſtruebant. Idem diuinam expoſcens miſericordiam, audiit ab Angelis Chriſtum Dominum ſpinis coronatum qui ſe illi ſpectandum præbebat, *eſſe Dei miſericordiam.*

Vitæ eius c. 45

Obſeruat Palladius ad ſepties mille Monachos ab eo iuſſu Angeli in totidem monaſteria diuiſos quot ſunt Græci characteres; à quorum ſingulis ſingulorum monaſteriorum nomina peteret; & morum ſignificationem ſolis præſidibus cognitam; vt intelligerent qua quique in virtute diligentius

eſſent

essent instituendi : verbi causa vocaret id monasterium in quod collegisset difficiliores & astutioris ingenij Monachos ʒ. Id autem in quo sinceritate præstantes habitabant 1. Eodem beato spiritu internuncio didicit Deo placere vti Monachorum vestis cruce insigniretur.

Eumdem esse Pachomium quem alij Pachumium dixerunt, atque Posthumium siue Pastumium suspicatur Rosuueydus libro primo de vitis patrum. Coniecturam ex eo capit quod vtrique Angelus Monachorum leges scripsisse perhibeatur. Adderem ego vtrumque æqualem. Sed diuersos fuisse probant quod Pachomius ex militiæ tyrocinio ad Christum transiit anno ætatis circiter decimo sexto. Posthumius autem annos vitæ septem supra triginta traduxerat æquè mirabili morum innocentia ac maxima Dei & Christi ignoratione, restes è spatulis palmarum plectendo; cum illum Angelus catechista prima Dei notitia impertiuit, orare docuit, ad Sacerdotem pertulit à quo sacris vndis ablueretur. Nec ad se conuenientes rexit Monachos, vt Pachomius, sed nutu diuino & Angeli iussu præpositus est alumnis Sancti Antonij ab eius successore Macario. Eidem an alij contigerit aut quando quod V. Beda refert ex S. Cyrilli Alexandrini epistola, ad S. Leonem non liquet quamquam magna est nominum, & morum illi cum hoc similitudo. Scribit enim Bachomium monachum insignem rebus gestis, & Apostolica gratia, fundatoremque cœnobiorum Ægypti misisse ad monachorum cœtus quibus præerat literas quas Angelo dictante scripserat de cyclo vt loquuntur decem nouali quo; lunam primi mensis certo scirent in anno communi, & intercalari,

Nigronius cōmerit. in regul. Societ. de renou.

ne quando errarent aut anxij essent de tempore celebrandi Paschalis. Hunc Sanctum alij vocarunt Bachumium, & Bachabium.

Surius ex Amphiloch. 1. Ianua. Beda. to. 2. libro de temporum ratione c. 41.

Florebat eo tempore omni genere virtutis admirabili sanctitate, doctrina, eloquentia, laudibus Sanctus Basilius cognomento magnus; quem sacris operantem visi sunt circunstare beati spiritus albis vestibus conspicui. Iidemne an alij qui Piammonem Rufini, siue Ammonem Palladij crudelissimè habitum à Dæmonibus, persanarunt vt eo die facere posset: quique ab eodem frequenter obseruati sunt Eucharistiam ritè & sanctè percipientium nomina sacris inscribere pugillaribus: quos *librum vitæ* merito dixerim: quandoquidem post triduum authore Palladio è viuis excesserunt, quos Eucharistia pastos suas in tabulas non retinuissent. Rufinus scribit eos pœnitentes ab Angelis nominatim inuitatos ad Eucharistiam Sub idem tempus iidem aut alij cœlites sancto quidam Anachoretæ sacrificanti adstabant Diaconi, & subdiaconi munus obeuntes; sed ad sanctum Basilium referamus orationem: cui ad superos abeunti magna pompa comitati sunt; & eum ad beatam perduxerunt Patriam quos peregrinus viæ duces habuerat: vt à Sancto Gregorio Nazianzeno memoriæ proditum est.

Idē narrat etiā S. Barth. doct. 11.

A C. 378. In orat. in laudē Basilij.

Idem annus lætissimus Sancto Basilio, & funestissimus Imperatori Valenti fuit; quippe qui Arianarum partium fautor & adiutor Gothorum crudelitate accensis flammis ardere cœpit æternis paulopost incendiis apud inferos; pœnas daturus hæresis, & aliorum criminum. Inter quæ neque postremum fuit neque minimum quod Isaacum Monachum denuntiantem extremam à Gothis

perni

perniciem, nisi Catholicæ Ecclesiæ redderet pacem, & Episcopos in exilium pulsos, vsque eo malè habuit; vt eum in densissima spineta iuberet coniici: vnde se expedire non potuisset, nisi tres Angeli molliter exceptum, paulopost integrum & incolumen emisissent,

Quod in Concilio Romano statutum est, Sancto Damaso Pontifice, vt in fine cuiusque psalmi caneretur *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto* nonnulli censuerunt id didicisse Sanctum Pontificem ex Angelis. A.C. 382. Vide Rosvvdũ La Cerda c. 29 ex Surio.

Longe certius, & exploratius est, anno ab eo Concilio quarto, Sanctum Fauianũ Antiochenum Episcopum ab Angelo monitum vt Ioannem qui ab eloquentia Chrysostomi, & ab exaggerata pietate Sancti nomen habet, sacris ordinibus initiaret: & ab eodem Angelo vel alio iussum Dei nomine, Ioannem tunc inter ascetas commorantem sinere, *se ad sacerdotium euehi*. Item Sancto Ambrosio dicenti ad concionem, visum adstare Angelum qui docenda suggereret, ore ad concionantis aurem admoto. Nihilominus compertum est, & illustre Angelum Sancto Martino Turonensi fuisse hoc eodem anno censorem amicum, qui eum arguit de communicatione cum Ithacio, cæterisque Episcopis quorum suasione Maximus in hæreticos gladio animaduerterat. Defuissent scilicet tanto viro cui de suæ constantiæ gloria multum hac cõmunicatione decesserat, cui anno ab hinc vndecimo nunciarant apertum iri aditum ad Valentinianum primum, quem Iustina principis vxor per suos Arianos hactenus interculerat: cuique ex lapsu malè affecto medicinam attulerant? Eum scilicet non admonuissent eorum quæ ad ipsum A.C. 382. Surius 27. Ianu. & Baron. ex Leone Imperat. Barõ ex Seuero dial 3.

propriè ſpectabant? cùm teſte Seuero Sulpitio non paterentur eum latere quod procul in rerum Eccleſiaſticarum procuratione gereretur. Quid illud quod ad eumdem porficiſcenti Sancto Florentio Præsbytero ſe viæ ducem præbuit vnus beatorum ſpirituum: quid quod frequentes huic Sancto Præſuli aſtiterunt, cum Sanctum Maurilium Andegauenſibus conſecraret Epiſcopum? hoc poſterius beneficium ſine dubio vtrique tributum eſt ab Angelis: nam vtrumque ſingulari beneuolentia complectbantur, vt enim id de Sancto Martino liquet ex dictis: ita compertum eſt Sanctum Maurilium impensè ab iis amatum, quippe qui fuerunt illi autores vt ad ſuos Andegauenſes, poſt liminio rediret, à quibus aliquot annos abſuerat ſe ratus Epiſcopatus Infulis, & munere indignum.

Vincent. ſpec. hiſt. l. 17. c. 23.

Eod. lib. 17. c. 26.

Sanctus Arſenius hoc eodem tempore cœleſti monitu prætulit ſolitudinem aulæ Theodoſij ad quam euocatus fuerat anno octuageſimo tertio ex Arcadij Principis doctore factus eſt Angelorum diſcipulus longe obſequentior & erga illos gratior quam erga ſe fuiſſet Arcadium expertus. Ex iis cum alia multa tum hoc in primis didicit admodum inutili labore mortales vltro vexari. Ab eorum aliquo miſſam illam vocem crediderim quæ ſalutis cupidum, cum eſſet adhuc in Regia Theodoſij, iuſſit fugere homines; & poſtea in ſolitudinem abeunti hæc tria ad fugam peccati præſcripſit *fugam, ſilentium, quietem.* Ab eodem aut alio S. Ioannis Baptiſtæ caput, quo loco eſſet conditum perhibetur nunciatum Imperante Theodoſio ſeniori Arcadij patre.

Vincent Bellou. ſpeculi hiſt. l. 17. cap. 60. & 61.

Sub hæc tempora cũ Sanctus Amator prima nuptiarum nocte feliciter peroraſſet ad ſponſam vt

virgo

virgo permanere vellet; Angelus cœlo veniens vtrique coronas ostentauit quando quidem enim trigesimo Episcopatus anno iam exacto eum constat obiisse diem extremum primo supra vigesimum anno sequentis sœculi; consequens est eodem fere tempore, & Sanctum Arsenium Aulæ, & Sanctum Amatorem Thoro geniali plaudentibus Angelis nuncium remisisse.

Eadem cohortatione, & paribus coronis similis castitatis propositum persuasere Angeli Syluestro qui Sancto Aniano Archiepiscopo Vesontionensi sanctitatis studio, & Episcopali munere successit. Saussay. 10. Maij

Abbatem qui præsentem Christum in Eucharistia non poterat sibi persuadere duorum Ascetarum oratione octiduò toto fusa euocatus è cœlo Angelus qui quæ circa sanctissimam hostiam Sacerdos operaretur ipse in puello efficeret quo spectaculo, & hostia cruenta sibi à Sacerdote porrecta senior Abbas de hoc mysterio rectè sentire didicit. La Cerd. c. 23 de expell. coel. spirit. ex sur. rio.

Æqualis illorum & Sanctorum, & temporum Amphilochius à Sanctis Gregorio Nazianzeno, & Hieronymo meritis ornatus laudibus: *in cuius scriptis*; vt ille loquitur. *Nescias quid primum admirari debeas, eruditionem sœculi an scientiam scripturarum*: & cuius rectam fidem Theodosius senior edicto laudauit: approbatores habuerat suæ virtutis Angelos qui (si Nicephoro Callisto fides habetur) eum extraordinarij præsules consecrarunt Iconij Episcopum: ratamque habuere eam initiationem Ecclesiæ principes, quo anno id contigerit mihi non constat. Hoc vnum pro certo habet Baronius superstitem fuisse Sancto Basilio & floruis-

se adhuc anno huius Quarti sæculi quarto supra nonagesimum.

A.C. 394. Hic certè annus fuit celeberrimus, & lætissimus admirabili victoria, quam de tyranno Eugenio retulit Theodosius verè magnus: qui sub suis signis imo sub Crucis labaro habuit cœlum, & ventos: copiarum autem duces Sanctos Apostolos Ioannem, & Philippum. Quidni etiam dicam eos Angelos qui decem totos annos Sancto Anachoretæ (cuius precibus & oraculo tam hanc de Eugenio, quàm aliam de Maximo tulit acceptam victoriam) tertio quoque die Annonam præbebant in simplici quodam alimento quo famem simul, & sitim depellebat. Hæc sanctus iste modestissimè narrabat de se perinde ac si alteri cuidam contigissent. An autem ea vltimis annis euenerint vitæ quam hoc ipso anno genibus nixus & orans sanctissimò conclusit; an aliis quos in altissimo monte sexaginta integros solitarius traduxit, in medio reliquerunt eius scriptores historiæ. Adfuisse autem Theodosio in ea pugna beatos Angelos persuasit Victorello quod narrat Orosius, *vltra mensuram humani iactus portata*, tela Theodosij militum, *& nusquam propemodum cadentia nisi in Eugenianorum vulnus*: istorum autem reuoluta in autores.

Vide Rosvvey. in vitis PP.

Paulus Orosius l. 7. c. 35.

Videri autem iurè possit Theodosius, qua erat pietate filiis suis Arcadio, & Honorio, quos Imperij reliquit hæredes anno quinto supra nonagesimum huius quarti sæculi bene precatus his verbis quibus certum est patriarcham Iacob vsum cum suis nepotibus Ephraim & Manasse Deum & cœlites propitios vellet: Angelus qui eripuit me de cunctis malis benedicat pueris istis.

Gen. 48.

Baron.

Exe

Exeunte siquidem sæculo quarto cum Gothorum Dux ille opinor qui inter præcipuos Duces exercitus, quo Theodosius Eugenium debellauit; quique Rufinum ambientem Imperium per suos de medio sustulit, Gaïnas summisisset milites qui vrbem Constantinopolitanam incenderent, ducto initio ab Imperatoris Arcadij Regia, visi sunt duabus deinceps noctibus cœlestes excubitores specie militum armatorum vastis corporibus formidabilium, & quidem ingenti numero: qui eos à meditato scelere deterruerunt.

A frequentia ciuitatis Regiæ transeundum nobis trantisper in solitudinem ad quā Dux fuit, hoc fere quarto sæculo exeunte, Angelus nobilissimo Adolescenti, qui eius consilio parens à desponsata sibi virgine continuit, & vitam sanctissimè multos annos exiget in ea solitudine, vbi cum Angelum habuit, tum aliis multis in rebus fauentem, tum maximè in eo quod cum reputaret aliquando secum admodum innocenter, quem parem meritis haberet in terris. Audiuit ab eo Angelo Seuerinum Coloniensem præsulem ipsi esse superiorem. Cumque vehementer admiraretur vnde tanta meritorum inæqualitas & quî fieret vt rebus humanis, maximisque, & honoribus, & opibus Christi causa abdicatis, inferior tamen esset circumfluenti bonis omnibus Episcopo, subiecit cœlestis doctor, minus affici præsulem ea pompa quæ ipsum circumstabat; quam illum solitarium, nescio quo vasculo quod secum in solitudinem abstulerat, cum sponsam desereret, opesque maximas abiiceret.

De Macario Romano quem ferunt prima nocte nuptiarum intacta & inscia sponsa se in solitudi-

nem Duce Archangelo Raphaële viri senis specie recepisse: ibique post septennium, seu vt habet Raderus, post biennium à Dæmone fornicationis deceptum errati sui sic pœnituisse vt triennium totum sepultus collo tenus in fossa steterit; non constat fueritne idem ac nobilis ille adolescens. Æquales certe nobilitate, virtute, gratia, fuerunt apud Angelos: & hic minimum illi ætati suppar.

Viridar. part. 1. Pallad. in laus. c. 36. Rosvv. lib. 1. vit PP.

Quando autem in solitudine versamur, in qua eodem fere tempore, id est, partim sub finem huius sæculi quarti, partim sub initia proximi, & quinti peregrinati sunt Rufiuus cum Seniore Melanea palladius, Posthumianus, & Cassianus. Rufinus quidem anno secundo supra septuagesimum sæculi quarti: Palladius octogesimo-octauo: Posthumianus cum Seuero Sulpitio Monacho anno fere quadringentesimo: Cassianus autem anno quarto sæculi quinti: visum est quæ se audiuisse ex Sanctis Anachoretis memoriæ prodiderunt non consignata temporum notis, simul hoc loco referre: quorum pleraque ita singuli narrarunt vt sibi inuicem fecerint fidem quæ nonnullis eorum alioqui facile abrogaretur. Addam etiam quæ ex Epitoma magni prati spiritualis habet Rosuueydus libro quinto & sexto quibus res gestæ magni Antonij, æqualium eius, & qui post eum fuerunt vsque ad Sancti Cyrilli Alexandrini tempora continentur. Cuius cum Theodoretus æqualis fuerit nonnulla etiam attexam quæ de Angelorum rebus gestis habet in suo Philotheo.

Narrabat admirandus Ioannes, quem Theodosius senior habuit vatem victoriæ de tyranno Eugenio relatæ necnō propinquæ suæ mortis: Narra-

bat inquam cuiusdam Monachi mensæ quotidie cœlitus apponi solitum suauitatis,& candoris mirabilis panem: donec nescio quo crimine impudicitiæ collectam apud Deum gratiam miser effudit. Eumdem enim reperiebat eo sordidiorem, & tetriorem quò se cogitationibus imputis magis fœdabat in dies. Donec tandem discedens ad sæculum, ad mentem rediit; dum apud alios Monachos à quibus hospitio acceptus erat, de rebus diuinis dissereret. Quo tamen ex tempore necesse habuit in sudore vultus sui victum quærere: tametsi ab Angelo certum accepisset nuntium reconciliatæ veteris gratiæ.

Felicior Sanctus Phosterius qui,vt habet Raderus viridarij parte prima, in alta rupe habitans multos annos ab vno cœlitum panem quotidie accipiebat: imo tot panes quot ad eum Monachi ventitabant: donec ædificato cœnobio iussus & sibi, suisque opere manuum cibum quærere.

Abbas Copres cùm alia multa Rufino, & sociis narrauit, tum illud de confessore strenuo Anuph; eodemque postea solitario quem Angelus in solitudine docuit, comitatus est, aluit. Cumque ad eum visendum tres Ascetæ conuenissent viri pietate insignes: abessentque ab eius tugurio tridui iter, neque copia nauis esset qua fluuium traiicerent; nauigium appelli viderunt ad ripam: quo mox conscenso delati sunt, intra horam aduerso flumine quò vix triduo peruenissent. Nimirum eorum precibus annuens Deus nauicularium illis vnum destinarat ex iis Angelis, qui fuerant Anuph assidui promi, & doctores: quorum frequente conspectu nimium quantum recreatus fuerat; quique abeuntem è viuis coram illis tribus

Sanctis Monachis concentu cœlesti prosequuti sunt: imo perduxerunt in cœlum.

Accepit ab eodem Coprete Rufinus solitarium Helenum post diuturnum ieiunium è somno velut alterum Eliam excitatum, iussum vesci appositis: statimque extitisse fontem herbis teneris, & odoratis prætextum, vnde & ex aquæ limpidissimæ potu corpus refecit, delectatione tanta quantam nullis vnquam conuiuiorum cupediis percepisset. Vt autem ei non infrequenter Angelus panem apposuit, & oliuas; ita cum aliquando hospitibus quid apponeret non haberet, Adolescens ignotus necessaria subministrauit; moxque se oculis subduxit mortalibus.

Ægro pedibus Ioanni ex eo quod diutissimè stetisset inter orandum, integram Angelus contactu suo restituit sanitatem: & verax nuntius fuit impertitæ illi à Deo scientiæ ad multorum vtilitatem quos iussit inuisere, & docere circumeundo solitudinem.

Vt olim Eliuzus seruo à Syrorum copiis timenti auxiliares Angelorum copias ostendit: sic Sanctus Isidorus Anachoreta Deũ exorauit vt beatus Asceta Moses grauiter impugnatus ab impudicitiæ spiritibus quos videbat acie instructa, & minaci Occidentalẽ occupare plagam; intueretur beatos Angelos magno numero, & sole splendidiores stantes Orientem versus, & armatos ad ferendam opem.

Alter apprimè pius Asceta pro iuuene Deum ardenter orans cui variis impuris imaginibus illudebat Dæmon, vidit adstantẽ eidem Iuueni Angelum; & indignantem quod non daret se protinus in preces: sed ignauus sederet impuris intẽdens imaginibus.

Sancto

Sancto ſeni diuinitus oſtenſum eſt ſtare beatos Angelos lætiſſimo vultu in eorum cœtu, qui de rebus ſacris ſermones inter ſe conferrent, recedere autem longius ab iiſdem, & indignari ſi quando ſuperfluis ſermonibus ſe oblectarent.

Abbatem Iſaacum & Anachoretam Timotheum caſtigarunt beatorum cœlitum vnus aut alter præcipitis Iudicij quo duos negligentes Monachos foras protrudi iuſſerant: illum quidem interrogans Angelus Dei nomine, quid expulſo fieri vellet: vnde facile intellexit ſe Dei Iudici munus inuaſiſſe, idque à ſe factum vehementer doluit. Hunc autem grauiter tentatum admonuit Angelus, hanc eſſe pœnam minimæ aduerſus expulſum ſeueritatis.

Abbas Siſoius auditus eſt morti proximus cum Angelis loqui eum ad cœlum euocantibus: ſupplicíterque petere ab iis, vt ſibi proferretur vita ad pœnitentiam. Quàm gratam putas accidiſſe Angelis hanc orationem viri morum ſanctitate inclyti? quandoquidem grauium peccatorum reos magnopere gaudent meditari pœnitentiam. Idem optanti ad eumdem finem, & ad ſuæ curæ commiſſorum Monachorum inſtitutionem Sancto Theodoro Archimandritæ impetrarũt SS. Coſmas, & Damianus & Angelus nuuciauit. In eius vita.

Quidni autem gauderent? eorum vnus ſancto cuidam Epiſcopo diuinam in reos pœnitentes miſericordiam, magnificè prædicauit. Admirabatur præſul hominem accumbere ſacræ menſæ albis indutum veſtibus facie ſplendida, luceque ſupera radiantem, tametſi recens adulterio inquinatum, quod pœnitentiæ lacrymis eluerat.

Macarios duos Alexandrinum, & Ægyptium

quo

quorum ille anno circiter octogesimo septimo sæculi quarti abiit ad superos:ille paucos annos superstes fuit: Angeli frequentibus officiis,& consuetudine dignati sunt. Alexandrino quidem dum sacram impertiretur Eucharistiam visa est manus eam semper in ara sumens, & Ascetæ Marco præbens. Vtri autem Macario quæ subiicio contigerint mihi non liquet. Illi vox cœlestis aliquando prætulit duas mulieres matrimonio iunctas, quæ cum habitarent in iisdem ædibus (erant enim fratres vtriusque Mariti) iam quindecim annos traduxerant summa cum pace, & amore inter se: cunque non potuissent à viris impetrare vt sibi in monasterium Virginum secedere liceret in Id incumbebant studium, vt ne vnum quidem verbum superfluum proferrent tota vita.

Illorum altervtri cum duos adolescentes Monachos silentio, manuum labore, & orationis laude præstantes inuisisset, visus est Angelus Domini igneo armatus ense qui duobus hisce Ascetis dum orarent adstabat: & infestos, atque importunos illis muscarum specie Dæmones abigebat: vnde nihil mirum si tanto defensore tuti orationem fundere visi sunt eidem Macario: alter quidem instar facis accensæ; alter ignei funiculi, seu fumi specie.

Amant quippe fauere orantibus Angeli, vt Abbati Zenoni eorum vnus pueri specie indicauit: cùm erranti triduum in solitudine, & penè iam enecto labore viæ, & fame; nec tamen appositum cœlitùs panem auso attingere, priusquam semel, iterum, & tertiò Deum orasset. Dux ad cellam fuit adeò fauens, vt momento illuc peruenerit, vnde tridno ambulans magis, ac magis aberrarat

parat. Laudauitque eum Angelus quod antequam cibum cœlitùs appositum sumeret, orationi se dedisset.

Atque hactenus quæ Rufinus accepta de rebus gestis Angelorum in solitudine memoriæ posterorum tradidit, quorum pleraque à Palladio, & aliis etiam prodita sũt. Nunc quæ Palladius ipse posteriùs peregrinatus in Ægypti solitudinibus habet singularia, paucis perstringenda sunt.

Abbatem Possidonium redeuntem ad sæculum ciborum inopia, Angelus equitis armati speice obuius, in speluncam regredi coëgit vbi annonam copiosam reperit.

Quam sint virginitatis amantes puri spiritus nescio si vnquam magis probarunt hominibus quam eo quod optimo Asceræ Eliæ contigit. Is misertus sexus imbecillioris feminarum magnum ex patriis bonis extruxerat Monasterium : in quo trecentis virginibus corpori necessaria suppeditabat, animarum interea curam habens præcipuam. Sed cùm biennio eam illis nauasset operam grauiter sibi timere cœpit ab impuris cupiditatibus; iamque biduum errabat in solitudine anxius; cùm illi somnno à sensibus externis alienato adstiterunt tres Angeli, qui exacto ab eo iureiurando hac fere formula *Per eum qui mei curam gerit, earum curam geram* : mirabili modo ab omni libidinis sensu, & cogitatione liberarunt illum in reliquam vitam, quam in virginum illarum præfectura prorogauit ad annos quadraginta.

Virgini Piamum Ægyptiæ nuntiauit Angelus vici propinqui incolas excidium ei vico in quo habitabat parare : quo illa nuntio, suorumque miseratione commota, totam noctem precibus in-

tendit

tendit: quibus à Deo impetrauit vt hostes ita sisterentur immobiles in via vt ne regredi quidem possent; & domum redire nisi eiusdem virginis exorato Deo. Euagrium maxime in periculo pudicitiæ positum ob consuetudinem mulieris cuiusdam, Angelus expediuit adactum iureiurando abiturum Constantinopolim. Atque vtinam tam se abstinuisset ab Origenis erroribus, quàm ab illa muliere.

QuodPosthumiani comes Seuerus Sulpitius Primuliacensis Monachus narrat, sub initia suæ peregrinarionis contigisse, vt cuiusdam solitarij in cella de subito reperirentur panes calidi quasi è foco tunc primum educti, & alia longe forma quam esset Ægyptiorum panum; erit sine dubio qui legere fastidiat, memor id alias iam contigisse: sed neque pluries pinsere panem fastidierunt Angeli; neque solitarius, quique illum inuisebat, eo vesci. Non adhærebit certe fastidio quod subiicio ex Cassiano quia nouum; In medium consulebant Ascetæ de ritu canendi psalmos, eorumque numero: cumque non vna esset omnium sententia docuit illos Angelus Anachoretæ forma quo, corporis habitu canendum esset, quam multi psalmi & quo ritu. Stans enim duodecim ita cecinit psalmos vt post singulos aliquantisper in diuinarum rerum commentatione & oratione acquiesceret; postremum autem clauderet festo cantu vocis, *alleluya*: mox mirantium ex oculis euolauit.

Sub eadem tempora aut Paulo ante contigerunt quæ libro quinto, sexto, & septimo, refert Rosvveydus præterea quæ cum cœteris communia fuerunt.

Vir insignis pietate quæcumque ex hortuli cultura

tura percipiebat, in Egeneos liberaliter conferre solitus erat, iis demptis quæ ad ſuum victum eſſent præcisè neceſſaria : cùm labefactauit eius conſtantiam cupiditas, futuræ ſi morbo tantaretur neceſſitatis obtentu. Iam aliquantulam ex horti fructibus collegerat pecuniam cùm pede cœpit ita grauiter ægrotare vt tametſi pecuniam totam in medicos impendiſſet nulla ſpes eſſet valetudinis,niſi pedis ægri abſciſſione. Intellexit miſer, intempeſtiuam ſuam prouidentiam : orat Deum vt liberalitatis antiquæ memor ſibi propitius eſſe dignetur : cum ecce Angelus qui primo increpuit eius diffidentiam & inconſtantiam : deinde pœnitentis pedem putridum & qui nouaculam operiebatur,molli attactu perſanauit.

Felicior alter ſolitarius ſenex quem cum totos dies triginta grauiter ægrotantem nemo Sanctorum Aſcetarum inuiſiſſet ; Angelum ille ſeptem diebus vltimis habuit conſolatorem & Miniſtrum donec aduenientibus ſolitariis,ita deſiit ab eo videri, vt eum ſecum in cœlos abduxerit ſimul atque Angeli de ſe infirmo curam gratanter enarrauit.

Septuaginta ieiunarat hebdomadas vnus aliquis ex Aſcetis, vt à Deo cuiuſdam diuinarum literarum oraculi enarrationem acciperet; ſed fruſtra fuit donec egreſſus eſt tugurio, vt alterum ſolitarium ſuper ea re conſuleret. Illico enim Angelus adfuit qui nodum expediuit : conteſtatus id beneficij à Deo non tam ieiunio, quàm animi voluntaria demiſſione impetratum.

Amant conſtantiam in virtute Angeli quia ſola eſt quæ illis homines aggregat. Eam ſuaſit illorum vnus cuidam Aſcetæ Iuueni qui triennium

habi

habitarat cũ ſene intemperantiæ tántæ, vt ex ſuo, & Iuuenis opere diſtracto collectam pecuniá ipſe quotidie in vinum expenderet, modico pane Iuuenem alens. Cùm autem nuditatis, & famis impatientia ſollicitaretur ad diſceſſum: *nuſquam diſcedas*, inquit illi Angelus, *cras veniemus ad te*, quod feliciter illi contigit ſuaui ſomno veriùs quàm morte poſtridie ſub noctem euocato. Id prodigium vini amantem ſenem ad mentem, & ad Temperantiam reuocauit

Senem errore, quo tenebatur (exiſtimabat quippe Melchiſedechum eſſe filium Dei,) liberauit Angelus poſteaquam Sancti Cyrilli Alexandrini iuſſu, ſe is ſenex dedit in preces vt ex Deo diſceret, quid ea de re ſentiendum eſſet.

Sancto Pitiro. aut quemadmodum ab aliis vocatur Pyoterio Sancti Antonij diſcipulo nunciauit Angelus non eſſe cur ſibi admodum placeret quandoquidem in Monaſterio fœminarum Tabenneſiotarum eſſet mulier ipſo religioſior quæ ſponte elegiſſet credi ſtulta, & à Dæmone poſſeſſa: omnibus eſſes ludibrio in vilibus culmæ officiis: cui pro diademate erant fœdi panni quibus tegebat caput. Eò itaque profectus eſt, vidit virtutis illud prodigium: cumque illi omnium conciliaſſet admirationẽ, & obſequia aliud effecit nihil niſi vt quæ præ animi demiſſione voluerat hactenus omnium haberi peripſema; deinceps ſanctæ ſe dans fugæ ita latuerit vt ſoli Deo & Angelis cognita reliquum vitæ tranſigeret. Seni cuidam apprimè pio vehementer optanti videre inſidiantes humano generi Dæmones ita Deus annuit, vt ſimul eum dignatus ſit conſpectu beatorum ſpirituum qui impuros increpitos coërcerent.

Alteri

Alteri diuinitus ostensi sunt Angeli qui Monacho morienti astarent eiusque animam in cœlos eueherent tametsi negligentior fuisset in virtutis studio cumque hoc miraretur eò magis quòd alteri eodem tempore morienti non adessent quamquam fuisset attentior in diuino cultu : audiuit priori cõsolatores fuisse cœlites,nõ posteriori:quia hunc indigenam propinqui circunstantes solabantur:ille autem procul à Consanguineis,&natali solo diem obiens cœlestibus egebat consolatoribus.

Cum diuitis impij mortui funus ab Episcopo, & tota ciuitate magna pompa cohonestari hoc vehementius obstupesceret Ascetarum vnus quod solitarium virtute præstantem eodem fere tempore deuorasset bellua : iussit illum animo esse tranquillo Angelus,docens impio illi diuiti funebrem pompam fuisse mercedem aliquot bonarum actionum : soltario autem ventrem belluæ datum pro sepulchro in pœnam aliquot noxarum.

Virgo ancipiti cura distrahebatur patris ne , an matris viam insisteret : illius piam, sed laboriosam multis dum viueret ærumnis a peram, quique pene manserat insepultus ; ita pluuio cœlo vt vix post triduum efferri potuisset : Matris autem viam deliciis., & perpetua sanitate iucundam funerisque pompa cœlo sereno nobilem Angelus viri grauissimi specie eam abstractam à sensibus ad vtriusque parentis conspectũ perduxit vt ex fine vtriusque consilium caperet quod facile illi fuit,vbi patrem in deliciosis cœlorum hortis inambulantem; Matrem in Tartari flammis iacentem vidit.

Vt visum hoc à vita scelerata virginem auertit ita viris Religiosis aliud incitamento fuit ad perfectionis etiam inter epulas studium. Etenim

Ascetarum eidem accumbentium mensæ, & iisdem se cibis reficientium alij mille vesci pane alij, & alij stercore nutriri visi sunt. Quod nonnemini sic est interpretatus Angelus. Mille vesci, qui animo sunt inter Epulas continenter ad Deum erecto: pane, qui temperantiam ita seruant vt satis sit illis conuiuium gratiarum actione condire: Cæteros esse qui solam delectationem in cibo quærunt.

Ægrum iecore Anachoretam pœnitentem scelerum persanauit mirabiliter Angelus: visus quippe est iecur educere, & purgare; posteaque suum in locum restituere.

Ambulantem in solitudine cùm iam ante quatuor dies defecisset Annona, & iaceret propemodum exanimis, Angelus digito labia iacentis tangens, excitauit, adeoque confirmauit viribus vt alios quatuor dies pertrexerit quo Deus illum impellebat: quibus ex actis pariter defectum viribus Angelus similiter confirmauit, donec ad speleum peruenisset in quo latebat Episcopus, qui negatæ fidei inter cruciatus pœnitentia se in solitudine, ab hinc quinquaginta ferme annos abdiderat. Cui morienti adfuit tempori solitarius, & funebria mortuo iusta persoluit.

Iucundum alteri præbuere spectaculum Sancti Archangeli Michaël, & Gabriel: visi quippe sunt adstare ægro peregrino iacenti in platea ciuitatis & à mortalibus omnibus destituto: Cuius animam ad migrationem è corpore suauiter inuitabant: vetuerat enim Deus eam vi auellere à corpore vt Michaël Gabrieli auditus est dicere. Cunctantem Deus à Michaële exoratus eduxit suauissime, misso ad eam Dauide, cœterisque cœli Musicis

ficis ; qui cytaræ, & vocum concentu dilinitam adduxerunt in cœlum. Hoc nimirum eo spectauit quod Sanctus Gregorius magnus in re haud absimili animaduertit, Sanctos homines dignari Deum his visis : vt sine dolore, & formidine mortem alioqui naturæ humanæ terribilem & molestam obeant. Prioris illius spectaculi iucunditatem alius perspersit tristitia non exigua, cum eodem tempore solitarium morientem conspexit cuius animam inferna monstra detraxerant in Tartarum auulsam à corpore igneo, tridente in cor infixo: quia speciem tantum pietatis habuerat.

Quam abhorreant à fœtore peccati purissimi spiritus docuerunt senem solitarium duo qui comitabantur illi in solitudine : quamuis enim vt illius se accommodarent ingenio visi essent ad cadaueris aspectum nares obturare ; id serio ab iis factum est vbi nescio cui scelerato, quamquam in speciem humanis oculis, & sensibus pergrato occurrissent.

Se se perfectionis hominum cupidissimus de cœlitum numero vnus præbuit spectandum Ascetæ cuidam gressuum eius ex fonte dissito petenti aquam numerum iniens : quo factum est vt spe mercedis eò amplioris obtinendæ in cœlo, quò longius aquam peteret cellam submouerit, quam fonti admouere cogitabat.

Ex Theodoreto paucissima huius generis discimus : nam præter id quod ad Nisibim contigisse supra retulimus, hoc ferè tantum subdit. Simeonem Priscum totos septem dies in eo Sinæ montis loco prostratum vbi cum Deo Moses egerat : tandem vires pristinas tribus pomis cœlitùs allatis refecisse. Abbati Zenoni molestos

Isauros tres cœlites adolescentum specie visos expellere.

Capvt. XII.

Quintum Sæculum.

A.C. 401. FElicitatem Quinto Sæculo prænunciabat minimè vulgarem natus eius anno primo Theodosius Iunior:cùm iam dexteram qua tantum munus à Deo Sanctis Episcopis velut sponsoribus acceperat Imperatrix Eudoxia rapinæ aperuit;eamque extendit in Sanctum Ioannem Chrysostomum sua quidem virtute tutum, sed tutiorem Angeli fortitudine: qui gladio armatus & minax visus est à centurionibus, quos Eudoxia miserat, vt virum nobilem Paulatianum educerent è carcere, quo detinebatur à Sancto Præsule donec viduæ debitam pecuniam numeraret.

Vnicus illis visus est; quia pluribus non erat opus ad eos ab iniuria meditata deterrendos: At Sancto Antistiti adeò frequentes apparebant vt iis plenas ædes sacras sæpenumero cerneret: stantesque miraretur circum altaria quoties res diuina fieret; & quidem aperto capite, nudis pedibus, oculis in humum deiectis, & vultu qui singularem aduersus Numen reuerentiam præ se ferret.

Exultabant alij lætitia, & triumphabant gaudio quos S. Seuerinus Coloniensis Episcopus conspicatus est comites animæ S. Martini Turonensis Antistitis è corporis vinculis eductæ anno. Secundo huius sæculi: vt quidem contendit Baronius

nam

nam ad annum duodecimum differt eius mortem S. Gregorius Turonensis; qui auditos multis canentes Angelos eodem sancto expirante scribit' inter quos erat haud dubie qui nuper eius Sancti de cœnaculo lapsi, & pene exanimis visus erat eluere vulnera, & salubri vnguento linire, quique aliis curis anxium solatus fuerat. Cui narrationi faciliùs assentior quàm iis quæ tradidit de iustis funeris eiusdem Sancti celebratis à Sancto Ambrosio Turonum mirabiliter illato, seu vt interpretatur Lyranus ab Angelo sui clientis Ambrosij specie: excesserat si quidem è viuis Ambrosius quatuor minimum abhinc annis vt diligenter annotauit Baronius.

l. 1 hist. frãc. Seu. Sulp. vitæ c. 22. in c. 12. Apocal. Martyr. Rom. 11. Nouem.

Sanctum Pachomium quadriennio post animam agentem suo conspectu dignatus est vnus de beatis illis cœli principibus: quasi se illi ducem ad felicitatis domicilium offerens & quidem probabilis est coniectura eũdem fuisse qui multos abhinc annos illi sacras à Tabennæ incolis Monachis seruandas eges afflante Deo præscripserat, & dictauerat.

Annum proximum quo Rhemorum vrbs præpotens à Vuandalis, aliisque barbaris capta est & ciuium cæde deformata fecit insignem autore Baronnio S, Nicasij illius vrbis Episcopi, ac S. Eutropiæ virginis eiusdem præsulis sororis mors fortiter ab iis ad ædis sacræ fores obita. Eorum sancta lypsana nocte insequenti beati Angeli frequenti luminum splendore, cœlestium odorum fragrantia, suauissimo concentu palam honestarunt: quæ vt ciues liberius conderent & magnificentius iidem cœli Principes armatorum specie territos barbaros vrbe sub ipsam sancti præsulis cædem eiecerant.

Vincent. Bellou. spect. histor. l. 20. c. 38.

A.C. 415. Raderus Viridarij parte 1. Inuenta S. Stephani Martyrum Principis anno quinto supra decimum & quadringentesimum lipsana, cœlites gratulati sunt suaui cātu illius hymni quem nascenti Christo cecinerāt;& iterata musica cum inferrentur Constantinopolin. Eorumdem fuisse crediderim Angelorum manibus demissum in Insulam Minoricam globum luminosum, & mellei saporis grandinem, quando A.C. 418. Baronius in annal. frequentes Iudæi ad Christum transibant in eadem insula;qui pridem in solitudine columnam igneam circunduxerant & manna pinsuerant illi populo.

Baron. Socrates l. 7. c. 18. & Theo. l. 5. c. 36. Parum est autem militum specie vt supra referebam venisse in conspectum Rhemensium Angelos; quipре qui anno eiusdem sæculi vigesimo vehementer anxiis & solicitis Constantinopolitanis de belli euentu,quod Theodosius Iunior gerebat aduersus Persas,qui ictum cum Arcadio fœdus ad centum anos, fregerant, renunriari iubent per nonnullos quibus in Bithynia negotiantibus apparuere, nihil Romanorū Imperio timendum esse ab hoc bello cuius gerēdi se administratores à Deo missos asserebant. Viso fidem fecit causa suscepti à Persis in Theodosiū belli quod Christianos Persas fidei christianæ nomine ad necem quæsitos, & ad Romanorum confugientes ditionem dedere tyranno reposcenti nollet, æquum scilicet erat eos esse minimum socios belli pro salute innocentium,qui se meminerunt *In ministerium missos propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*. Eamdem firmarunt fidem primò quidem Angelorum opera sine dubio delapsus nubibus adeo immensus imber, & maxima grandinis copia vt viginti diebus totidem stadia vix progredi potuerit ipse etiam Persarum equitatus imparatos Romanos aliter oppressurus

post

post sacracenorum qui stabant à Persis, & in Romanos confidenter irruebant subito & panico timore perculsæ, & in fugam, Euphratemque ipsum ab Angelis præcipites actæ copiæ: deinque subsecuta ex hisce turbis fidei Christianæ apud Saracenos ipsos propagatio; quæ fuere beatis cœli militibus opimorum instar spoliorum: nam Barbari illius Reguli qui velut alter Rhabsates in Deum impie locutus fuerat, minatus se vrbis quam obsidebant Persæ sacratam ædem incensurum, in os nefarium impactus balistæ impetu lapis, tametsi Angelorum Sanctorum manu directus fuit, diuinam magis iustitiam quam clementiam commendauit, & opinio spolio potius inferorum tyrannum, quam beatas mentes auxit. Socrates apud La cerda c. 27.

Triumpharunt tamen de Christiani nominis hostibus hoc confecto feliciter bello cœlites: & vt triumphi quem egerunt maior esset & magnificentior pompa, S. Amatorem S. Germani in Episcopatu Antisiodotensi decessorem mortuum anno proximò, velle ducere visi sunt in eo triumpho: quippe qui esset spolium dignum illorum zelo & sanctitate tum Episcopali munere quod annos triginta gesserat amore in Deum & homines ardentissimo; tum pudicitia in cuius conseruandæ studio fuerat ab vno de Sanctis Angelis confirmatus, ostentata corona duplici illi & sponsæ simul ac illam sponsus prima nuptiarum nocte intactam adduxit ad perpetuæ virginitatis cultum: vt exeun- superiori sæculo me notare memini.

Vt bellum ex bello seritur ita piis principibus qualis erat Theodosins Iunior, id non nisi boni publici causa suscipientibus subsidio venire cœlestes copiæ non cessant. Ioannes quidam Hono- Baron.

rij Imperatoris notarius eo defuncto ante biennium Occidentale Imperium inuaserat Theodosij cõsangineo Valentiniano Honorij ex Placidia nepoti debitum; Ardaburium ducem contra illum missum à Theodosio captum habebat Ioannes in vinculis Rauennæ; & immensas Barbarorũ copias sub signis. Sed nihil aut inuium, aut inuictum Theodosio cui fauebat Deus, & militabant Angeli: si quidem incertum animi Asparem filium Ardaburij Angelus in gratiam Theodosij pastoris specie
A.C. per stagnum cœlitum opera siccatum Rauennam
426. induxit cum exercitu: vbi tyrannidem tyranni morte sustulit. Huius autem victoriæ eodem tempore Theodosio nuncium fuisse vnum ex Angelis tam est mihi persuasum quàm compertum ab homine nequaquam id potuisse nunciari Constantinopoli tanto locorum, & tam exiguo temporis interuallo. Confecisse autem huius belli reliquias Deum Angelorum opera quis neget? qui Barbarorum à Ioanne tyranno vocatorum, & Thraciæ vastitatem inferentium Ducem ictum fulmine meminerit: & de medio sublatos militum quam plurimos peste. Imò vt habet Theodoretus, vniuersum exercitum fulminum iactu, & facibus de cœlo missis absumptum?

Qui cruentis præliis quæ à cœlitum moribus abhorrent, ita facile suam piis Ducibus commodant manum quam procliuius fauisse credendi sunt Sanctis Episcopis Germano Antisiodorensi & Lupo Trecensi suscipientibus iter in Britanniam contra Pelagianos hostes gratiæ pro qua primum, & internecinum fuerat in cœlo gestum cum Lucifero & eius affectatoribus bellum: Omen victoriæ fuit cœlis allatus ab Angelo nummus cruce signa

gnatus quem Sanctæ Genouefæ virgini suspendit de collo S. Germanus fidei & virginitatis illustre signum, & certum præsentis cum opus foret auxilij promissum. Vt pia est, & probabilis coniectura beatos Angelos Sanctis adfuisse præsulibus in eo toto contra impietatem bello maximè autem in trãquillando mari quod dæmones vehemẽtissimè concitarant ne appellerent in Britanniã atque in terrendis ac fugandis barbaris dum recentes è sacro lauacro Brirones iussu S. Germani ter *Alleluya* voce contenta pronunciant. Ita certum videtur eum qui Sanctum illum Episcopum niueis vestibus conspicuus manu extenta iacentem, & pedibus ægrum excitauit sanum, alium non fuisse nisi beatorum spirituum vnum: vt quem Dæmon inuidus afflixerat, erigeret Sanctus Angelus.

S. Augustinum Ecclesiæ Catholicæ Cherubinum in cœlos biennio post facile crediderim inuectum ab eodem Angelo, qui scribere paranti de augustissimo Trinitatis Mysterio visus est Puelli specie mare in scrobiculum deriuare molientis, & ex eo inani conatu captantis occasionem eum Sanctum admonendi, quam frustra niteretur nulli comprehensibile creatæ mentĩ mysterium cogitatione complecti & enãrrare stylo. Surius.

S. Paulinum ex Patritio quem nulli secundum generis nobilitate dixit S. Ambrosius, quemque eloquentiæ laude primum inter sanctos Patres futurum prædixerat S. Hieronymus; ex patritio inquam diuitiis circumfluente, primo Christianum; deinde Monachum; post Nolanum Episcopum & (quo nihil maius fingi potest) suorum Nolanorum charitate aliquandiu vile Vvandali

In eius vita.

mancipium Angelicis susceptum manibus debitum Deo Spiritum exhalasse. Anno huius sæculi primo supra trigesimum, testatur qui morienti præsto erat Vranius. Venerint ne autem in cõspectum beati illi spiritus non æquè liquet vt certa sunt quæ ex eodem S.Paulino posterorum memoriæ consignata lego, epistola trigesima sexta ad Macarium: quæ quia non constat quo contigerint anno vitæ Sancti Paulini, placet hic ipsis eiusdem propemodum verbis pestringere: talia sunt enim ac tanta, vt nisi fidem iis fecisset vir tantus exiguam sanè ac prope nullam haberent. Senem catechumenum Valgium nomine destituerant in fundo nauis (quippe cui exhauriendæ sentinæ munus incumberet,) nauicularij ex Sardininia fruges fiscalibus horreis inuehentes dũ trepide salutem in scaphula quærunt sæuiente horribilem in modum tempestate. Illi, vbi ex sentina emersit seque solum in naui destituta nautis, anchoris, & gubernaculo sensit, efferuescentesque fluctus mortem in momenta singula minari aduertit: metum ea res ingentem attulit & periculum misero solitudo cumulabat. Iamque sex dies & noctes ieiunus traduxerat mortis quam vitæ cupidior: cùm mirum dictu, adest Christus qui miserum in speciem; sed verè beatum hac dignatione senem bene sperare iubet: & victoris nomine donatum quid sit in eo periculo faciendum docet. Cumque ille iussus aut malum nauis incidere, quod in ea tempestate remedium erat; aut sentinam exhaurire; aliudúe quidpiam facere leuiter pro suis viribus adnisus esset, à primo statim conatu suo manibus Angelicis res effectas videbat. *Sed nec ipsi operatores simplicibus innocentissimi senis oculis*

oculis subtrahebantur: nam sæpe vidit armatos videlicet de exercitu cæli milites excubare nauigio, & cuncta nautici muneris administrare. Nec sanè nauem illam nisi Angeli nautæ ducebant cui gubernaculum erat Mundi Gubernator. Quid multa? quæ S. Paulinus eloquentissimè describit? *Viginti tres dies homo non modo à terris sed ab hominibus exclusus, omnium ventorum ludibrium, omnis terræ exul, diuersi Maris hospes, exsors generis humani, inter fluctus, & belluas Maris in vago erratica nauis hospitio Christo gubernatore & gubernaculo, Angelis nauiculariis ieiuniis primum, senio, & timore confectus;* post Iesu benignitate incredibili & Angelorum opere recreatus, *finem errorum atque discriminum in Lucanis littoribus fecit: vbi diuino instinctu acti piscatores in duabus nauiculis illi obuiam venere: & emeritam grauis è bello & de certamine coronatam victricem ventorum, & fluctuum nauem ad portum suum in agro Brutiorum remulco præeunte duxerunt.* Quid autem in eo Sene Catechumeno placuerit adeo Christo & Angelis vt illum, & Christus in suo gremio somnum sæpe capere sustinuerit, & Angeli in opere nautico diligenter adiuuerint neque iniucundum nec inutile fuerit ex ipso audire S. Paulino. *Ingenita inquit simplicitate tam purus animi semper fuisse perhibetur vt peccare nesciuerit tam in extrema ætatis senecta puer, & malitia paruulus non solum gratia sed & meritis infantiam gerens.*

Eiusmodi paruulis libenter consuescere beatos Angelos cum aliàs sæpe demonstrarunt: tum maximè eodem hoc circiter anno cum anxiis Lugdunensibus cui suam Ecclesiam regendam traderent, Deumque super tanto negotio ieiuniorum, & orationum crebritate consulentibus, vnus de beatis

spiritibus

spiritibus venit in pueri conspectum nunciauitque eligendum Eucherium ex Senatore Monachum Lerinensem; & in solitudine ad Druentiam commorantem, virum doctrina, pietate, eloquentia insignem qui decennio post Concilium Arausicanum primum suo etiam nobilitauit suffragio.

Surius 16. Nou. Cœlestem illum hymnum *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis miserere nobis* ad suauissimam canentes harmoniam ab alio non sustinuerūt audiri beati illi Musici præterquam à puero: quem in sublime rapuerunt & medio cœtu Constantinopolitanorum, extra vrbem in campo congregatorum cum Imperatore Theodosio secundo & Patriarcha Proclo; diuinamque opem precibus & lachrymis flagitantium in publica consternatione & terræ motu qui iam sex continuos menses Orientis maximæ parti, ac nominatim vrbi Regiæ vastitatem intulerat, & extremam perniciem intentabat. Adeoque placuit illis eius pueri vel innocentia, vel docilitas, vel vtraque, vt eum redditum stupenti cœtui tantisper ibi esse siuerint, dum id carmen cani ab Angelis, & canendum ab hominibus nunciaret si vellent (quod statim euenit) cessare hunc Terræ motum haud dubium signum eius quo ab Eutychete hæresim meditante cuius iugulum petebat hic diuinus hymnus, erat Ecclesia in oriente præcipuè conquassanda. Illa siquidem legatione perfunctum egregiè puerum secum ad superos reduxerunt Angeli solutum corporis vinculis in ipso conspectu exultantis in malorum fine populi Constantinopolitani. Florebat eodem tempore Sanctorum numero Lerinensis insula quorum antiquissimum Caprasium S. Michaël Archangelus præmonuit de

Baronius anni 441

A.C. 446. Baron.

Saussay., 1. Iunij.

de migratione ad ſuperos poſt biduum.

Ab iiſdem Angelis, quos Eccleſia canit Sancto clementi in Mare demerſo præparaſſe in eius fundo marmoreum tumulum in quo ſacrum eius corpus condiderunt, non temerè aſſerere poſſe videor exædificatum è ſplendidiſſimo marmore ſarcophagum intra terræ viſcera, ad radices arboris ſiliquæ excipiendo corpori Sancti Armogaſtis, qui fidei Catholicæ odio variè cruciatus Ariani Regis Vvuãdali Iuſſu, ex illuſtri comite, & gratioſo apud Principem vaccarum paſtor ignobilis, & opinione impiorum miſer decennio poſt eum puerum Conſtantinopolitanum obiit.

Orbis terrarum (vt loquitur Theodoretus, & poſt eum Baronius) concionatorem è ſublimi columna S. Simeonem Styliten, poſt exactos in ea octoginta minimùm annos mortuum, ſexageſimo ſœculi huius, quàntopere dilexerint humanum quippe Angelum cœlites probauit ea triſtitiæ ſpecies, quam præ ſe ferre viſi ſunt Abbati, qui Simeonem duriùs habebat adhuc inter cœnobitas commorantem. Quàm illi ſtanti in columna frequentes adeſſent ex eo coniici poteſt quod inſignem latrociniis Ionatham ſeu Agonatham ad patibulum quæſitum; & præ doloris de offenſo Deo magnitudine exanimatum ad columnæ baſim quã erat velut aſylum amplexatus Chriſtus ipſe, beatis ſtipatus Angelis viſus eſt ad ſuperos extollere. Quo cultu, & honore proſecuti ſint abunde teſtatus eſt, qui ad demortui ſtylitæ ſacrum corpus adſtabat: nec dubium eſſe ſinit ſolemnis pompa, qua triumphans cœlum conſcendit, ipſi eadem die à cœlitibus exhibita ſpectantibus multis, & nominatim Daniele qui ipſius velut alter Eliſæus

Eliæ

Eliæ fuit hæres non pallij sed cuculli & in simili columna virtutum Imitator.

A. C. 466. Baron. Haud ita multo, post declaratum est amplius diuinis visis quàm præsentes sint adiutores Sanctis in terra commorantibus Angeli. Minabatur ruinā & grauissima quæque Ardaburius vir Arianus & potens S. Marcello Archimandritæ, & iis qui superant illi Monachis in vrbe Regia: nisi traderet Ioannem nescio quem, qui sibi ab Ardaburio metuens ad cœnobium eius sancti profugerat. Iam milites ab Ardaburio missi stringebant gladios, & eruere in sanctas ædes parabant: cum de subito visus est orbis igneus, cuius in medio flamma quamuis lucidior erat effigies Christi crucifixi: vnde ignea tela fulguris instar in sacrilegos immissa fregerunt militum audaciam & Ardaburij placatum animum fugitiuo Ioanni conciliauerunt. A quo autem hæc coniecta fuerunt tela, nisi ab eo qui triennio vix exacto visus est eidem S. Marcello comes ire proficiscenti cum Episcopis multis in hippodromum, vt Leonem Imperatorem ab eo deducerent consilio quod præ se ferebat, euehendi ad Cæsaris dignitatem Aspatis filium Ardaburium Arianum, aut eius fratrem eadem infectum lue? Quamplurimis enim visus est Iuuenis statura procerus forma pulcherrimus, niue candidior, luceque splendidior amictus lana candida, præcinctus aurea zona, qui sinistrum S. Marcelli latus præcipua quadam reuerentiæ significatione clauderet; infirmumque senem veluti manu supposita sustineret. Quique non prius se spectantium oculis subduxit quam redeuntem ab Imperatore Sanctum Abbatem ad Regiæ domus portas deduxisset.

Æqua

Æqualem illorum temporum Abrahamum Abbatem, Abrahæ Patriarchæ haud imparem natali solo, fide, & operibus, Angelus solutum vinculis in quæ ab impiis Idolorum cultoribus coniectus fuerat, dum Sanctos Anachoretas inuiseret, iussit patrio fluuio Euphrate relicto se in Occidētem conferre. Paruit ille & Aruecinos, regnante Eurico Vvisigotthorum Rege pietate, miraculis, & suis lypsanis illustrauit. S. Greg. Turon. l. 2. hist. franc. c. 21. Ado & Saussayus 15. Iunij.

Virum Alexandriæ in Ægypto ciuem solati fuerant pridem Angeli mœrentem supra modum abiisse inscio se charissimam suam coniugem; interea dum illa sexum virilem sanctè mentita voluntarias daret antiqui sui pœnas adulterij virorum in cœnobio: Imo turpiter illo per calumniam eiecta cœnobio, verè olim à se admissum crimen expiaret, alterius ignominia, & noxia diuturna illi inflicta tanquam reæ, quæ prorsus erat ab eo scelere pura, & innocens. Iidem non paucis interiectis annis nuncium afflicto marito attulerunt iret in cœnobium, quò frequenter itabat pietatis causa ibi visurum coniugem Sanctam Theodoram; quæ hactenus credita vir esse diuturnæ labores pœnitentiæ quarto circiter huius sæculi anno supra septuagesimum sanctissimè mutauit cœli quiete, & lætitia sempiterna. Vide Su. *A.C.* 474.

Qui octauo post anno Diacono Amancio ducem se ad Regiam Alemanni Regis Gibuldi præbuit Sancti Seuerini Noricorum Apostoli vultu, fuisse Angelum nemo facile negauerit, aberat ab eo Diacono longo locorum interuallo Sanctus Seuerinus, & perducti ad Regiæ fores ex oculis subito euanuit. Baron. *A.C.* 482.

Nonagesimus primus sæculi huius annus clarissimus

Baron. in annal. an. 490.

rissimus fuit S. Patricij Hiberniæ Apostoli discessu ad superos anno vitæ cētesimo trigesimo & secundo. Huic cum ab ineunte adolescentia variis iniuriis iactato, laboribus exercito, miraculis nobili hominum ad Christi fidem & Imperium suo labore adiunctorum numero celebri, Angelus adfuerit perpetuus Consolator, & adiutor (vt est apud Bedam) tum maximè instante migratione ad virtutis præmium obtinendum à Deo eiùs migrationis, & Iudicis olim futuri. Hybernorum omnium sicut fuerat eorum Apostolus nuncium accepit ab Angelo latente in rubo ardenti; haud aliter atque olim ex simili rubo prædictus est Moysi felix Israëlitarum exitus ex Ægypto. Quid illud? quantæ fuit àduersus hunc sanctum benignitatis, & obseruantiæ Angelorum quod mortui corpus circunsteterunt frequentes prima tota ab eius obitu nocte, sopitis miraculo clericis omnibus qui ad hæc iusta persoluenda conuenerant: Interea dum Musici superi sacrum corpus ex more custodirent. & Psalmorum cantu Dei in sanctum virum profusam liberalitatem celebrarent. Ne autem eius rei dubia esset fides, excitatis à somno clericis suæ diuturnæ circa beati corpus præsentiæ testem reliquerunt Angeli suauissimum odorem quasi Mellis, Myrrhæ, & vini. Denique de numero beatorum cœlitum vnus seriò monuit eos, qui terræ mandaturi erant Sacra lypsana, ita cautè sepelirent ne vnquam tantus thesaurus illi Prouinciæ subduceretur.

Baron. an. 491.

Eodem illo anno qui S. Patritium cœlitibus addidit Sanctum Ioannem Episcopum Coloniæ in Armenia trigesimum octauum ætatis annum agentem perduxit in maximam Lauram Sancti Sabæ

bæ ſtella lucida cœlis ad eum orantem ſub Dio, veniens in formam crucis figurata. Eam autem ab Angelo efformatam, & actam non minus quàm illam quæ Magos duxit ad Chriſti cunas, ex eo fit probabiliſſimum quòd in ſolitudine in qua nomen *Silentiarij*, traxit à ſilentio quod religioſe coluit, vltra quartum & centeſimum vitæ annum, eum Angelus Epiſcopum eſſe, & vas electionis Sancto Sabæ primùm: poſt Atherio Archiepiſcopo Aſiano, ac per eum Monachus omnibus aperuit. Illi ſemel ſalem, Angelus hominis ignoti, ſpecie etiam ad delitias vſque victui neceſſaria ſubminiſtrauit. Illum Angelus ex loco prærupto vnde ſe commouere non poterat ſine manifeſto vitæ periculo mirabiliter eductum, momento pene ſuæ cellæ reſtituit incolumem. Illi vna beatarum mentium nunciauit cupidam eius videndi piam mulierem, ſtatuiſſe virum veſtitu mentiri: quia mulieribus nefas erat Lauram ingredi. Cui dubium eſſe poſſit igitur, quin ea vox quæ ſtella viſa, ad eius Epiſcopi aures eſt perlata, *Si vis eſſe ſaluus ſequere hanc lucem*, edita fuerit ab Angelo latente in eo ſydere? Surius tom. 3. 13. Maij.

Amant ſolitudines, & ſilentium Angeli ſua conſecrare & præſentia, & voce: vt iam inde à Iacobo, Moſe, & Elia palam ſæpe numero fecerunt. Sed vix vnquam manifeſtius quàm ſub exitum ſæculi quinti, aut ſi veteri manuſcripto fides habenda eſſet, ſexto ſæculo iam adulto, vt refert Baronius in notis in Romanum Martyrologium., Cum in vertice Gargani montis in Apulia ſpeluncam in templi ſimilitudinem conformatam S. Archangelus Michael miraculo, & oraculo Dei cultui in ſui, & Angelorum venerationem aſſe-

fuit, obtinuitque deinceps ad hæc vſque tempora iugi pietate, & peregrinatione fidelium, & anniuerſaria celebritate in Occidentali Eccleſia; quæ iam pridem Principem illum Angelorum præcipuo honore proſequebatur, & feſto die colebat Romæ tanquam ſuum. Illius nomine poſt annos ſupra quadraginta Bonifacius Pontifex eius nominis tertius aut quartus, ædem ſacram in cryptæ formam opere mirabili conſtructam in ſummitate circi, ſeu Molis Hadriani, dicauit adeò ſublimem vt inter nubes ſita diceretur Adone teſte. Præiuerat Oriens hac grati animi ſignificatione erga S. Michaëlem, non minus ſollicitum pro Chriſti Eccleſia, cui defenſor à Deo datus eſſe creditur, quàm fuit olim pro Synagoga. Frequentes enim, & magnificas ædes ſacras eius nomine excitatas conſtat etiam ante pacem redditam Eccleſiæ Conſtantino Imperatore. Iuſtinianus qui horum temporum æqualis fuit ſex minimùm baſilicas extruxit Sancti Michaëlis Archangeli nomine inſignes: vt eum belli quod ſuſcipiebat contra Gilimerem Vvuandalorum in Africa Regem, Ducem, haberet, & adminiſtratorem: quod illi vt ſperatat feliciſſimè ceſſit capto, & ducto in triumpho Gilimere;ſublataque ex Africa Vvandalorum tyrannide.

Baron.in annal. & in notis in Mart. 8. Maij. 29. Septembris

Baron.in Annal. an. 532.

A.C. 499. Baron. an 499. ex Hincmaro & Aimoino. Dupleix

Quinto ſæculo clauſulam ſeu coronidem vix nobiliorem: ne cogitando quidem potuiſſe imponi puto quam fuerit mirabilis guttus cœlis allatus Sancto Remigio: vt diuino quo plenus erat oleo Clodouæum Francorũ Regem recens ſacris ablutum vndis, inungeret, & conſecraret. Tametſi enim columbæ illius ſpecie vt olim in Iordane Baptiſato Chriſto putauerint aliqui ſignificatum

ſpiritum

ſpiritum Sanctum: Ego tamen Ioanne Gerſone ſi minus fauente, ſaltem non repugnante Angelum potiùs fuiſſe exiſtimauerim quia miniſtrum agebat hæc columba: non aliter atque illæ, quæ ſub hæc tempora ſanctæ virginis Georgiæ proſequentes funus in ciuitate Aruernorum, creditæ ſunt fuiſſe totidem Angeli, quæ autem deſcendit in Chriſtum è Iordane emergentem ſanctitatis autorem Deum, ac Dominum Spiritum Sanctum deſignabat.

S Greg. Turon. l de gloria Confeſſ. c. 34.

Sauſſayus 15. Febr.

Capvt. XIII.

Sæculum Sextum.

Neque Sæculum Sextum ſanctius auſpicari poſſimus quàm commemoratione pœnitentiæ Genebaldi Laudunenſis Epiſcopi à Vincentio ſtatim poſt narrationem de Clodouæi baptiſmo poſteris traditæ. Is adeo grauiter tulit ſe iã Epiſcopum atque idcirco ſacris legibus diuulſum à coniuge, quam antea duxerat, lapſum incontinentia & ex ea filium procreaſſe: vt ſe Archiepiſcopo ſuo S. Remigio puniendum ſiſtere non dubitauerit, eiuſque ſententia in anguſto clauſus cubiculo lacrymis, ſolitudine, omnique genere afflictationum, & oratione ſuum facinus expiare. Qua lætitia beatorum ſpirituum qui pœnitentiæ lacrymis mirificè delectantur, in eo cubiculo gemeret, & fleret, inde coniici poteſt, quod exacto ſeptennio (diu namque lætari voluerunt eius profectu,

Vincent: Bellou. ſpec. hiſtor. l. 21. c. 7.

qui eius casum grauissimè luxerant) vnus de illorum cœtu cubiculi fores à S. Remigio clausas, & signo munitas resignauit, & reclusit; reumque liberum abire iussit. Negare ille ex eo loco commoturum pedem nisi Sanctus Archiepiscopus suo suffragio libertatem hanc confirmaret. Atque hæc fuit Angelo noua lætitiæ materies qui nulla mora Sanctum Remigium aduocat, Deoque satis in præsentia factum ab Episcopo nunciat. Et vero hac pœnitentia & obedientia sic placuit Numini Genebaldus, quem floruisse anno 500. notat Sigebertus: vt post administratam Laudunensem Ecclesiam sacris diptychis insertus, sanctus habeatur: & successorem habuerit in Episcopatu filium quem ob furtiuum concubitum parentum Latronem appellarent, Ecclesiæ fasti Sanctum Latronem verissimè vocent.

Robertus in Ecclesia Gallicana in Episc. Laudunensi.

Facile induxissem animum non alium quam Seraphinum, qui carbonis succensi attactu labia purgauit Isaiæ ad diuini verbi prædicationem; specie quoque pulcherrimi iuuenis ineunte sæculo sexto Sancti Equitij linguam scalpelli contactu ad idem munus consecrasse nisi verba quibus in ea cæremonia vsus est Deum ipsum indicarent. *Ecce dedi verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum*. Quamquam eadem pene formula missum ab Angelo Dei nomine Hieremiam discimus. Ab eodem aut alio quopiā diuini beneficij, quo sensum omnem libidinis amisit, signum externum & quod sub sensus caderet, accepit idem S. Equitius.

S. Greg. l. 1. dial. c. 4.

An. 504.

Sanctum Maxentium Abbatem in agro Pictauiensi voluntario clausum carcere non dicam Angelorum opera triennio post, defensum ab iniuria quam ei milites inferre meditabantur; vnius eorum

tum manu quam ad feriendum sustulerat immota, permanente donec Sancti precibus crucis signo, & oleo benedicto liberum recepit & innoxium motum: nam id miraculum Deo suam ordinariam efficientiam neganti melius tribuitur. Sed quod habet Vincentius Bellouacensis eiusdem Sancti Maxentij cellam sæpe numero visam a suis, plurimis velut micantium astrorum globis plenam, suauissima refulgere luce, Angelos probauit ipso Iudice Bellouacensi frequentes illi adesse. Quidni familiares essent tanto viro beati cœlites, qui in cœlos mentem perpetuo defixam haberet; cum eius sanctitatem reueritus Clodonæus ibi supplex acciderit?

A. C. 507. Baron. S. Greg. Turon. hist. franc. l. 2. c. 28. Spec. hist. l. 21. c. 22. Saussayus. martyr. Gallic. 26. Iunij.

Si quod habent plerique scriptores magni nominis Angelus Clodonæum pugnaturum cum Gothorum Ariano Rege Alarico iussit Dei nomine per Sanctum Solitarium vetus scutum francicum mutare, parma cuius area cyanea ternis esset impressa liliis aureis: eiusdem facile crediderim ductu ceruam miræ magnitudinis eidem tunc regi valde anxio, quà fluuium vigennam cum exercitu trancerer, vadum fluuij indicasse.

Citantur à P. Rousselet in Lilio sacro parallelo 1. c. 1. sect. 2.

Non minorem anno proximo aduersus S. Seuerinum Abbatem vt vulgo ferunt, cœnobij Aganoensis (nam id postea conditum notat Petauius) idem Christianissimus Rex adhibuit reuerentiam, posteaquam ab eo Parisios euocato recreatus est ex morbo: qui medicorum artem diutius eluserat. Donauit illum quidem Rex auro multo quod pauperibus erogaret, & potestatem fecit eximendi vinculis quos luberet; sed eumdem Sanctus Angelus iucundiore beaui nuncio proximi discessus ad superos, & mortui cubiculum clarissimo Sydere illustrauit.

A. C. 508. Baron.

Vincent. Bellou. spec. hi. l. 21. c. 21.

C.A. 518. Bellou. cit. c.12. De S. Arnulpho, quem S. Remigij baptiſmo filium claruiſſe anno decimo tertio huius ſæculi ſcribit Sigebertus, & quem martyrem aſſerit in Sylua Pariſiorum odio fidei quam promulgabat occiſum: Bellouacenſis aſſerit, poſt ductam Clodouæi neptem Scaribergam, ſeruatamque mutuo conſenſu, & hortatore S. Remigio continentiam perpetuam, creatum Epiſcopum Angelo autore: & cum aliquando verſum illum in choro caneret *Domine labia mea aperies*: ſilerentque ſomno ſopiti clerici Angelum viciſſim ceciniſſe: *& os meum annunciabit laudem tuam.*

A.C. 518. Baron. in Anna. ex Zonara. Quanto triſtitior fuit ea oratio Deus immortalis qua decennio poſt Imperatorem Anaſtaſium perculit Angelus (vt habet autor prati ſpiritalis) vultu ad terrorem incutiendũ compoſito, librumque manu geſtans his verbis velut fulmine præuio propemodum exanimans impium, & crudelem hæreticum: *Ecce ob peruerſitatem fidei tuæ annos quatuordecim vita tuæ deleo.* Nec ita multo poſt fruſtra paratis aduerſus ignis vim remediis ne aliquã doperiret incendio vt ei prædictum fuerat fulmine ictus expirauit, vocatis Dei iuſſu haud dubiè ab Angelo Sanctis Epiſcopis Elia Hieroſolymitano, & Flauio Antiocheno ad Chriſti tribunal, vt impium principem accuſarent, à quo fuerant fidei Catholicæ cauſa ſuis ſedibus pulſi.

Id Baro. l.c. S.Greg. dial l.4. c.7. dial l.2. c.35. Iucundius fuit S. Benedicto ſpectaculum biennio poſt Angelos triumphali pompa, multaque in luce quæ noctis tenebras diſpellebat intueri perducentes in cœlum animam Sancti Germani Epiſcopi Capuani. Surius exiſtimat aquilam quæ S. Theodorico S. Remigij diſcipulo viſa eſt, volatu fines ædificandi monaſterij deſcribere, Angelum

gelum fuiſſe Aquilæ ſpecie Sanctam Mariam Ægyptiam,quis credat ab aliis repulſam ab aditu templi Sanctæ Crucis,vt ſic reſipiſceret,niſi ab Angelis, vel eorum vitæ ſimillimam in ſolitudine vitam egiſſe tot annos, quin ex illis ſæpe viſis ducere potuerit ſimilitudinem?

Mirabilem illam victoriam, quam pietate præſtantiſſimus Æthiopum Rex S. Eleſbaan retulit de Chriſti perfido deſertore,& Crudeli chriſtianorum hoſte Dunaan Iudæo, Rege Homeritarum:vt Chriſto & Deo retulit acceptam pius Rex,miſſo Hieroſolymam ſuo diademate Regio, & vitæ Monaſticæ ad mortem vſque, tolerantia clientis addictiſſimi profeſſionem edens: ita ſine dubio Sanctiſſimi Archangeli Gabrielis opera Deum in eo bello feliciter, & fortiter conficiendo fuiſſe vſum conſtat agnouiſſe. Neſcire quippe non potuit ſui naualis exercitus magnæ parti ab Homeritis exſcenſione prohibitæ, & diuinam opem cum lachrymis expoſcenti auditam eſſe vocem hanc de cœlo miſſam, *Gabriel, Gabriel, Gabriel,* quæ fuit vel Dei potentiſſimo Illi Archangelo cuius nomen fortitudinem ſignificat, huius belli curam demandantis: vel minorum Angelorum huius Principis auxilium, & opem, quod in re ſimili facere ſolent efflagitantium. Vel ſuperioris Angeli eidem Gabrieli imperantis pro ſua poteſtate,vt olim factum legimus apud Danielem,& Zachariam. Baron.in Annal. Dan.8. Zach 2.

Haud multo poſt Clodouæi Regis anno huius ſæculi vndecimo circiter mortui; filia Theudechildis Virgo, Matri Chlotildi pietate ſimilior quam fratribus; exædificarat apud Senones cœnobium cuius templum poſtridie ab Epiſcopo dedi- Sauſſ. 3 Iulij.

 candum

candum nocte à cœlitibus consecratum persuaserunt audiri cœlestes symphoniaci; & altare inuentum crucibus consignatum, & oleo sacro delibutum Sanctæ Gallæ viduæ Symmachi consulis à Theodorico Rege interfecti filiæ, domum intulerunt beati cœlites Deiparæ filium in vlnis fouentis imaginem: quam creduntur iidem in saphyro aureis linteis, efformasse. Cumque ad id spectaculum S. Ioannes eius nominis primus Pontifex anno huius sæculi sexto supra vigesimum aduocatus à sancta fuisset, in aëre prius suspensam Angeli, in eiusdem deposuisse manus perhibentur, hoc autem contigisse hoc circiter anno inde liquet quod

Baron. Ioannes primus anno tertio sui Pontificatus ab eodem Theodorico Rege in carcere. Rauennati

Raderus parte 1. Viridar. sanct. cæsus est, & annum præcedentem egerat in legatione Constantinopolitana. Agebat anno vigesimo quinto huius sæculi in Chuzubica Laura vitam à rebus terrenis quasi penitus secretam, & liberam

Sigebert. in Chro. B Pet. Damian. serm. 8 in vigil. S. Bened. magna nominis celebritate, & virtutum præstantia insignis Ioannes cognomine ab eo loco ducto Chuzubites: qui postea Cæsareæ in Palæstina fuit Episcopus. Eum in illa solitudine commorantem vehemens desiderium aliquando tenuit, familiarem conferendi sermonem cum Martiano, perquàm illustri Christi Athleta. Quid faceret qui

Menæa Ecclesiæ vasion. neque posset eum ad se vocare: neque eum conuenire: quia Ioanni certum erat suo tugurio pedem nusquam efferre. Expleuit Sancti desiderium

Spinell. de beata Virgine tract. de locis n. 22 Angelus, Marciano ad Ioannem mirabiliter delato: & post habitos inter se de rebus diuinis quantum satis erat sermones, ad suum domicilium relato. Sancto Benedicto Montem Cassinum petenti ad [illegible] biuium duo Angeli occurrebant viam desi

designantes. Sub hæc tempora Deum oranti in templo Arelatensi nobili matronæ cœlites auditi sunt prolem polliceri: nec ita multo post concepit, & enixa est puerum, cui Quinidio nomen fuit, quique post administratam Vasionensem Ecclesiam Sanctorum Episcoporum in cœlis auxit numerum.

Eum qui aspectu terribilis circa horam nonam eduxit è spelunca Nestorianum Monachum pro quo senex Cyriacus seu Quiriacus supplex erat Deo; duxit in locum tenebris, fœtore, flammis horrēdum, in quibus iacentes ostendit Nestorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioscorum, Seuerum, & Origenem, nec non alios quosdam: serioque monuit, vt si vellet hos ignes hæreticis præparatos effugere, senem Cyriacum audiret, & Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ firmiter inhæreret: Eum inquam vnum de Sanctis Angelis fuisse persuadent tum oratio, tum Monachi Nestoriani consecuta statim fides, obedientia; vitæ, & quadriennio post mortis sanctitas. Prat.spirit. c.26.

Amœniore spectaculo Sancti Benedicti discipuli suum de fame quæ Campaniam, & Cassinense cœnobium vexabat dolorem lenierunt, cum ducentos farinæ modiós ante fores domus inuenerunt, eò ab Angelis velut cœlestibus Promis sine dubio sancti vaticinationem approbantibus illatos. Sub hæc tempora migrauit in cœlum S. Gregorius ex Augustodunēsi comite, Rege Theodorico Clodouei primi notho Austrasiam obtinente, Lingonensis Episcopus qui eā Ecclesiam annos administrauit circiter quadraginta. Flouerat adeo familiari cœlitum consuetudine, vt ei non semel noctu sacras ædes ad orandum adeunti, *A.C.* 539. S.Greg. dial. *A.C.* 541. Surius & Saussl.4. Ianuar.

 clausas

clausas fores aperuerint. Quod autem dicitur à Sauſſayo fuiſſe S. Gregorij Turonenſis proauus, nec alibi lego, neque admodum videtur conuenire cum ætate Turonenſis, quem conſecratum Epiſcopum conſtat, anno trigeſimo ſecundo poſt Lingonenſis migrationem in cœlos. Quis autem pronepotem, adeo ſupparem proauo fuiſſe exiſtimet?

Surius refert quanta voluptate duos de Monachorum numero perfudit, Sanctum ſuum Abbatem Benedictum anno proximo vita functum intueri pallio pretioſiſſimo ſpecioſum, & fulgentibus circumdatum lampadibus, abire ad ſuperos, audireque virum ſeu verius Angelum grauiſſima ſpecie capiti ſancto imminentem, qui eos hoc diuino mœrentes ſolatus eſt eſt oraculo; & ad ſui Patriarchæ imitationem accendit. *Hæc eſt via qua dilectus Domini Benedictus in cœlum aſcendit.*

A.C. 542.

A.C. 544. Baro. ex Euagrio

Qui fuerint, & vnde venerint milites multitudine, & armis conſpicui, qui Sergiopolim ciuibus penè vacuam viſi ſunt propugnare ex mœnibus ne ipſe quidem Rex Perſarum Choſroes ignorauit. Cœlites enim eſſe qui ſacra Sancti Sergij Martyris lypſana in argentea theca religioſe à ciuibus aſſeruata, quæque illis erant omni theſauro chariora ab eius ſacrilega cupiditate, ciues autem ab eiuſdem immani ſæuitia defenderét. Deterritus quippe cœleſtis exercitus ſpectaculo ſuum ipſe quem ad excidendam vrbem immiſerat reuocauit illico, & in Perſidem reuerſus eſt, adeo propenſus ad Chriſti cultum, vt exiſtimetur ſub extremum ætatis tempus nomen illi dediſſe ſacris expiatus aquis. Hunc Sanctum Martyrem ſæuiente

La Cerd. de excel. coel. ſpec cap. 11. Sauſſ. 20 Matij.

in

in Christianos Maximiano beati cœlites dignati fuerant in carcere consolari; & ad fortiter pro fide pugnandum animare, & incendere. S. Laurianum, seu Laureanum Hispalensem Episcopum Arianorum furore diu vexatum, & anno quarto supra quadragesimum huius sæculi sexti de medio sublatum Angelus subduxit semel periculo famis illi nauigationis author & dux, & à cæco qui Sancti precibus oculorum vsum recepit, eo in itinere conspectus est Sancti latus claudere.

S. Eleutherium Tornacensem Episcopum, & Martyrem S. Medardi Æqualem Angelus hoc circiter anno solatus est in carcere. Vinc. Bell spec hist. l. 22 c. 8.

S. Remigium Hincmarus ab Episcoporum Concilio scribit exceptum tanquam Angelum Dei: vnde nihil admodum mirum si ei viuo consuescerent, cuius exactis in Archiepiscopatu Remensi septuaginta annis circiter, sanctissime mortui sacrum corpus Angeli sepulchro reuerenter intulerunt. In Mar. Gall. c. 1. Maij. Petauius decennio ante transiisse in cœlum scribit. S. Remigio supparem minimùm, veriùs æqualem S. Marculphum Abbatem: quippe qui Surius. sub Childeberto primo Gallias vitæ sanctitate, & vt Saussayus asserit Reges francorum precum suarum efficientia virtute mirabili persanandi strumis laborantes illustrauit: Angeli induxerunt vt à Rege Childeberto locũ ædificando cœnobio certum In vita P Iacobi S. Alesij m. quemdam peteret, polliciti fore voti compotem, & quem viuum sua consuetudine recrearunt, eius mortui animũ symphonia mirabili in cœlos extulerũt. Illum eo strumarum morbo vexatũ fuisse obseruauit Odo Hissæus. Vnde coniicio Regibus Francis virtutẽ aduersus eum impetrasse morbum, quæ ipsi diuinitus erat communicanda; vt sæpe

fit

fit Deo Sanctis suis impertiente; vt quo morbo suam probarunt patientiam, eo depellendo à cæteris palam fiat, quàm sint apud eum gratiosi. Hanc curationis gratiam, alij Francis Regibus iam inde à Clodouæo cœlitus communicatam contendunt: Ego rem alienam ab instituto in medio relinquo.

P.Rouss. & in cel. sacro.

Sancto Simeoni qui à dissimulata sanctissimè sapientia, sy iacè. *Salus*, hoc est stultus dicebatur, quique ea dissimulatione non suam modo virtutem in tuto posuit, & auxit: sed hæreticos, etiam, Iudæos, Idololatras ad rectam fidem adduxit; impudicos ad continentiam reuocauit, pios ad studium sanctitatis impulit: comites fuerunt Angeli: imo Duces. Duces quidem cùm illi & Socio Ioanni vix dum cœnobiticæ vitæ tyrocinio inchoato exeuntibus intempesta nocte, & inconsulto Abbate Nicone in solitudinem bini præibant Angeli præferentes facem: vt eo viso doceretur Abbas id Consilium à Deo profectum. Comites eidem Simeoni visi sunt etiam Angeli duo, cum Emesæ, vbi stultus habebatur, lauaret publicè in balneis. Eiusdem humi mortui sub sarmentis, vnde stultitiæ fama confirmari visa est nonnullis, funus insequentes quidem Emeseni, sed Angeli multitudine innumerabiles prosecuti sunt: & à Iudæo, qui statim ad Christum transiit, eo spectaculo persuasus, auditi cœlesti Musica Epinicium victori Simeoni canere.

A.C. 548. Baron.

Surius.

A.C. 563. Prat. spirit. c. 207

Nihilominus benignè; & honorificè bini Angeli vix interiecto quinquennio miseram mulierculam habuerunt; quæ multos annos quæstum corpore fecerat; vnde lethifero afflicta morbo ita erat omnibus contemptui vt efflagitanti baptis-

mum

mum nemo aures præberet: nemo pro illa vellet Sacerdotibus esse sponsor: adeò persuasum erat eam si conualesceret, longa consuetudine in pristinam vitæ fœditatem ruituram. Adsunt gementi, propeque iam extremum Spiritum Agenti duo cœlites, specie totidem iuuenum nobilium ex aula præsidis Ægypti: quærunt ex illa quid habeat in votis; sponsores se offerunt; Duces illi fiunt: imo baiuli ad ædem sacram: presbiteros aduocant: pro ea spondent sacris ablutam vndis, & candida veste conspicuam reportant potius, quàm reducunt ad suum angurium; seque eius oculis subducunt eamque destituunt; donec Episcopo (quem eius rei fama eo adduxerat vbi aulicos intellexit alios non fuisse nisi cœlites) quærenti diligenter ex ea, quid vnquam laudabile gessisset in vita (sapienter enim conijciebat hanc tantam Dei miserationem ex anterio i aliqua eiusdem gratia esse aptam) donec inquam enarrasset Episcopo se olim parentibus orbatam & misertam hominis, qui creditorum sæuitia, suaque inopia conflictatus sibi loqueo fauces elidere parabat; illi ad exoluenda nomina fortunas suas omnes impertiisse, ex qua voluntaria inopia postmodum inducta fuerat ad infamem quæstum, vix enim geminum hoc à Deo collatum in se beneficium memorauerat cùm illam iidem haud dubiè Angeli, tametsi minimè iis qui morienti aderant aspectabiles, ad longè maius, & in omnem perpetuitatem fruendum bonum in cœlos extulerunt.

Sæuiebat anno quinto & sexagesimo supra quingentesimum lues inquinaria diuersis in Prouinciis, quam vt auerteret a suis Aruernis S. Gallus

A.C. 565. Baron. Greg. Turon. hiſt. frã. 14. c. 5.

lus Epiſcopus, continuis feruore maximo vacabat precibus; nec fruſtra: nam qui eius orationes Deo velut thuris odoratum fumum obtulerat; Angelus illi ſancto adſtitit veſte, & cæſarie, lucido candore nitentibus, & collaudata Præſulis aduerſus ſibi commiſſos Charitate promiſit, nullum Aruernorum eo viuo infectum iri hac peſte. In cuius rei certiſſimum argumentum parietes ſacrarum, & profanarum ædium ſigno. T. notati ſunt diuinitùs. Cæterum cùm poſt octo annos is Sanctus emigraſſet ad ſuperos, pœnas Aruerni dederunt ſuorum ſcelerum; quas Epiſcopi Sanctitati condonaſſet Deus, ni ſi nouis ſceleribus luem illam reuocaſſent.

A.C. 580. Vinc. bell. ſpe. hiſt. l. 21 c. 116. hiſt. frã. l. 5.

Æqualem horum temporum Sanctum Baſolum ad cœnobium Rhemis vicinum, & aliquanto poſt in ſolitudinem vbi quadragenos vexit annos duxerat Angelus.

Sancto Gregorio Turonenſi viſus, & auditus eſt Angelus Regi Chilperico exitium voce lugubri denuntians; eiuſque filiis quatuor tunc editis in lucem: Nam Clotharius ſecundus qui ei natus eſt anno ſexto poſt hanc vaticinationem; & quarto ante patris cædem menſe, Francorum Monarchiam propagauit in poſteris vſque ad Pipinum Caroli magni Patrem; cùm denique Chilperici familia extincta eſt.

A.C. 582. Zonaras

Tyberium Conſtantinum, quem ſibi ſucceſſorem in Imperio Iuſtinus Iunior elegerat virum fide catholica, pietate, & in egenos liberalitate non minus quam bellica virtute inſignem, vix dum purpuram indutum certiorem facit in ſomnis Angelus à tyrannis liberum fore Imperium quoad viueret.

Sancto

Sancto Mauro cœlitum vnus nuncium de suorum Monachorum exitio à dæmone profectum, est interpretatus de Sancta illorum ad superos migratione vt habet Baronius. *A.C.* 583. Baron.

Qui autem eidem Tyberio morituro post designatum sibi successorem Mauritium generum suum perhibetur idem nunciasse *ter Sancti* nomine Baronius putat de cœlesti ad quod breui erat iturus, Regno nuncium pertulisse, vbi pax viget sempiterna. *A.C.* 586. Niceph.

Nam ad Mauritij tempora non potuit pertinere illa vaticinatio; quem Tyrannus Phocas annum agentem in Imperio decimum & septimum throno & vita cum suis liberis, totaque familia crudeliter expulit. Deo ita pœnitentiam eius approbante vt in hac vita puniri voluerit, æterna felicitate donandum cum sua familia tota in cœlis. Hanc autem tantam rerum commutationem facile crediderim diuinitus illi prænunciatam administris, & interpretibus Angelis, non iis tantum prodigiis quæ præcessisse dicuntur; quorum magna pars eorum spirituum qui *virtutes* nominantur fit efficacia: sed eo etiam ingenti Terræ motu qui Antiochiam sæpe quassatam labefactauit admirabiliter anno Mauritij secundo. Rem totam paucis ita refert Bellouacensis, vt magnam cum euersione Sodomorum habuerit, Antiochia labefactata similitudinem. Virum canitie, & veste candida venerandum, duosque eius socios ciuis Antiochenus excipiendis peregrinis assuetus inuentos in media ciuitate domum inuitauerat, & cum iis hospitio acceptis familiariter agebat: cùm is quem commendabat canities Sudarium quod habebat in manu excussit in mediam ciuitatis partem, statim- Baron. l.22. spec. hist. 1. c.

que

que quod ex Euagrio refert Baronius. Terræ motu ita concussa est ciuitas, vt eo confestim ædes plurimæ, & sacræ, & prophanæ corruerint. Ne autem Sudarium senex in alteram ciuitatis partem excuteret, quod facere parabat, obstiterunt infimis, & ardentibus precibus duo socij; atque illico ex Iusti illius siue Lothi, siue Abrahami (nam vtrumque satis est imitatus ciuis Antiochenus) oculis, & illæsa domo euolarunt.

Part. 1. virid SS. ex Nicephoro l. 18. c. 25. ex vtroque la Cerda l. b. 7. excell. coel. spir. c 33.

A.C. 589.

Ex dial. S. Greg.

Non fuit illud insolens aut bonis Angelis indecorum diuinæ iustitiæ in repetendis pœnis à scelestis hominibus manum suam, & operam commodare. Illud sane multò admirabilius quod eodem Imperante Mauritio contigisse apud Persas refert Raderus; ex Nicephoro Sanctæ Mariæ, quæ Golinducha prius vocabatur. Cùm enim post grauissimos cruciatus pro Christo perpessos ab impiis capitis esset damnata, ita gladio subducta est ab Angelo suo diuina dispensatione, primo catechista & per baptismum patre, ac duce, vt cum illa grauissimè ferret se Martyrij laurea carere: ab eodem Angelo, qui se illi frequenter dabat in conspectum, adeo mirabili modo facta est voti compos vt desecti ense colli dolorem multos annos continuum senserit, & post multum ex eo vulnere fusum cruorem cicatricem & stigmata Iesu eodem Angelo duce Hierosolymam vsque portarit, & Hierapoli tandem obiecit.

Triennio ante quam Dialogos scribere aggrederetur S. Gregorius cognomine Magnus, re autem vera Maximus, miræ simplicitatis & humilitatis Monacho cui Millirus, nomen erat iam maturo cœlis, tametsi iuueni, visus est eodem teste S. Gregorio iuuenis de cœlitum numero scilicet

quo

quorum ætas ſemper florens, & vegeta: codicllos illi porrigere, in quibus dum iuſſus ab eodem legit aureis characteribus ſcriptum ſuum., & ſociorum aliquot nomen, didicit ſe & cœteros ea peſte quæ graſſabatur breui abituros in cœlum.

Et Quando dialogorum S. Gregorij memini, quos ſcriptos contendit Baronius anno tertio ſupra nonageſimum huius ſœculi ſexti:ea de quibus certo non conſtat quo contigerint anno, quæque ad res geſtas Sanctorum Angelorum pertinent,hic opportunum erit in pauca contrahere. Nam eorum aliqua videntur eueniſſe anno proximo, quo lues illa Romæ eſt quæ Pelagium pontificem S. Gregorij deceſſorem extinxit.

Non ab alio niſi ab Angelo Sancto miſſam vocem crediderim qua, iuſſus eſt è viuis excedere Abbas Anaſtaſius,aliique deinceps ſeptem ex eius Monachis, & breui tempore interiecto octauus, qui omnes ſanctè paulò poſt obierunt.

Erat etiam haud dubie cœlitum vnus, qui iuuenis ſpecie animam cuiuſdam patrisfamilias mortui ſine exhomologeſi à dœmonibus ad ſupplicia raptum iuſſit ad corpus reduci, & vitæ reſtitui.vt ſeptem dies eum peccatorum pœniteret ad ſalutem.Deo id lachrimis ſanctiſſimi preſbyteri ſeueri miſericorditer extra ordinem indulgente. l. 1. dalb. c. 8.

Vſum Angelorum miniſterio Deum agnoſcit S. ipſe Gregorius cum rupes quæ Anachoretæ Martij cellæ imminebat, & ruinam lapſu minitabatur ita eſt à monte auulſa, cui leuiter erat affixa, vt intactam tranſilieret cellam. l 3. dalb. c. 16.

Panem miri candoris inuentum à S. Seruulo,qui dies decem ſuffecit reficiendis multis operariis; fruſtis quæ quotidie ſupererant mirabiliter mul- c. 37.

qui eius casum grauissimè luxerant) vnus de illorum cœtu cubiculi fores à S. Remigio clausas, & signo munitas resignauit, & reclusit; reumque liberum abire iussit. Negare ille ex eo loco commoturum pedem nisi Sanctus Archiepiscopus suo suffragio libertatem hanc confirmaret. Atque hæc fuit Angelo noua lætitiæ materies qui nulla mora Sanctum Remigium aduocat, Deoque satis in præsentia factum ab Episcopo nunciat. Et vero hac pœnitentia & obedientia sic placuit Numini Genebaldus, quem floruisse anno 500. notat Sigebertus: vt post administratam Laudunensem Ecclesiam sacris diptychis insertus, sanctus habeatur: & successorem habuerit in Episcopatu filium quem ob furtiuum concubitum parentum Latronem appellarent, Ecclesiæ fasti Sanctum Latronem verissimè vocent.

Robertus in Ecclesia Gallicana in Episc. Laudunensi.

Facile induxissem animum non alium quam Seraphinum, qui carbonis succensi attactu labia purgauit Isaiæ ad diuini verbi prædicationem; specie quoque pulcherrimi iuuenis ineunte sæculo sexto Sancti Equitij linguam scalpelli contactu ad idem munus consecrasse nisi verba quibus in ea cæremonia vsus est Deum ipsum indicarent. *Ecce dedi verba mea in ore tuo, egredere ad prædicandum.* Quamquam eadem pene formula missum ab Angelo Dei nomine Hieremiam discimus. Ab eodem aut alio quopiã diuini beneficij, quo sensum omnem libidinis amisit, signum externum & quod sub sensus caderet, accepit idem S. Equitius.

S. Greg. l. 1. dial. c. 4.
An.
504.

Sanctum Maxentium Abbatem in agro Pictauiensi voluntario clausum carcere non dicam Angelorum opera trienniо post, defensum ab iniuria quam ei milites inferre meditabantur; vnius eorum

tum manu quam ad feriendum sustulerat immota, permanente donec Sancti precibus crucis signo, & oleo benedicto liberum recepit & innoxium motum, nam id miraculum Deo suam ordinariam efficientiam neganti meliùs tribuitur. Sed quod habet Vincentius Bellouacensis eiusdem Sancti Maxentij cellam sæpe numero visam a suis, plurimis velut micantium astrorum globis plenam, suauissima refulgere luce, Angelos probauit ipso Iudice Bellouacensi frequentes illi adesse. Quidni familiares essent tanto viro beati cœlites, qui in cœlos mentem perpetuo defixam haberet; cum eius sanctitatem reueritus Clodouæus illi supplex acciderit?

A. C. 507. Baron. S. Greg. Turon. histor. franc. l. 2. c. 28. Spec. hi. l. 21. c. 22. Saussayus. martyr. Gallic. 26. Iunij.

Si quod habent plerique scriptores magni nominis Angelus Clodonæum pugnaturum cum Gothorum Ariano Rege Alarico iussit Dei nomine per Sanctum Solitarium vetus scutum francicum mutare, parma cuius area cyanea ternis esset impressa lilijs aureis: eiusdem facile crediderim ductu ceruam miræ magnitudinis eidem tunc regi valde anxio, quà fluuium vigennam cum exercitu tranceret, vadum fluuij indicasse.

Citantur à P. Rousselet in Lilio sacro parallelo 1. c. 1. sect. 2.

Non minorem anno proximo aduersus S. Seuerinum Abbatem vt vulgo ferunt, cœnobij Agaunensis (nam id postea conditum notat Petauius) idem Christianissimus Rex adhibuit reuerentiam, posteaquam ab eo Parisios euocato recreatus est ex morbo: qui medicorum artem diutius eluserat. Donauit illum quidem Rex auro multo quod pauperibus erogaret, & potestatem fecit eximendi vinculis quos lubetet; sed eumdem Sanctus Angelus iucundiore beaui nuncio proximi discessus ad superos, & mortui cubiculum clarissimo Sydere illustrauit.

A. C. 508. Baron. Vincent. Bellou. spec. hi. l. 21. c. 21.

C.A. 518. Bellou. cit. c. 12. De S. Arnulpho, quem S. Remigij baptiſmo filium claruiſſe anno decimo tertio huius ſæculi ſcribit Sigebertus, & quem martyrem aſſerit in Sylua Pariſiorum odio fidei quam promulgabat occiſum: Bellouacenſis aſſerit, poſt ductam Clodouæi neptem Scaribergam, ſeruatamque mutuo conſenſu, & hortatore S. Remigio continentiam perpetuam, creatum Epiſcopum Angelo autore: & cum aliquando verſum illum in choro caneret *Domine labia mea aperies*: ſilerentque ſomno ſopiti clerici Angelum viciſſim ceciniſſe: *& os meum annunciabit laudem tuam.*

A.C. 518. Baron. in Anna. ex Zonara. Quanto triſtitior fuit ea oratio Deus immortalis qua decennio poſt Imperatorem Anaſtaſium perculit Angelus (vt habet autor prati ſpiritalis) vultu ad terrorem incutiendũ compoſito, librumque manu geſtans his verbis velut fulmine præuio propemodum exanimans impium, & crudelem hæreticum: *Ecce ob peruerſitatem fidei tuæ annos quatuordecim vitæ tuæ deleo.* Nec ita multo poſt fruſtra paratis aduerſus ignis vim remediis ne aliquãdo periret incendio vt ei prædictum fuerat fulmine ictus expirauit, vocatis Dei iuſſu haud dubiè ab Angelo Sanctis Epiſcopis Elia Hieroſolymitano, & Flauio Antiocheno ad Chriſti tribunal, vt impium principem accuſarent, à quo fuerant fidei Catholicæ cauſa ſuis ſedibus pulſi.

Id Baro. l.c. S.Greg. dial l.4. c.7. dial l.2. c.35. Iucundius fuit S. Benedicto ſpectaculum biennio poſt Angelos triumphali pompa, multaque in luce quæ noctis tenebras diſpellebat intueri perducentes in cœlum animam Sancti Germani Epiſcopi Capuani. Surius exiſtimat aquilam quæ S. Theodorico S. Remigij diſcipulo viſa eſt, volatu fines ædificandi monaſterij deſcribere, Angelum

gelum fuiſſe Aquilæ ſpecie Sanctam Mariam Ægyptiam, quis credat ab aliis repulſam ab aditu templi Sanctæ Crucis, vt ſic reſipiſceret, niſi ab Angelis, vel eorum vitæ ſimillimam in ſolitudine vitam egiſſe tot annos, quin ex illis ſæpe viſis ducere potuerit ſimilitudinem?

Mirabilem illam victoriam, quam pietate præſtantiſſimus Æthiopum Rex S. Eleſbaan retulit de Chriſti perfido deſertore, & Crudeli chriſtianorum hoſte Dunaan Iudæo, Rege Homeritarum: vt Chriſto & Deo retulit acceptam pius Rex, miſſo Hieroſolymam ſuo diademate Regio, & vitæ Monaſticæ ad mortem vſque, tolerantia clientis addictiſſimi profeſſionem edens: ita ſine dubio Sanctiſſimi Archangeli Gabrielis opera Deum in eo bello feliciter, & fortiter conficiendo fuiſſe vſum conſtat agnouiſſe. Neſcire quippe non potuit ſui naualis exercitus magnæ parti ab Homeritis exſcenſione prohibitæ, & diuinam opem cum lachrymis expoſcenti auditam eſſe vocem hanc de cœlo miſſam, *Gabriel, Gabriel, Gabriel*, quæ fuit vel Dei potentiſſimo Illi Archangelo cuius nomen fortitudinem ſignificat, huius belli curam demandantis: vel minorum Angelorum huius Principis auxilium, & opem, quod in re Baron. in ſimili facere ſolent efflagitantium. Vel ſuperioris Annal. Angeli eidem Gabrieli imperantis pro ſua poteſtate, vt olim factum legimus apud Danielem, & Zachariam. Dan. 8. Zach 2.

Haud multo poſt Clodouæi Regis anno huius Sauſſ. 3 ſæculi vndecimo circiter mortui; filia Theude- Iulij. childis Virgo, Matri Chlotildi pietate ſimilior quam fratribus; exædificarat apud Senones cœnobium cuius templum poſtridie ab Epiſcopo dedi-

candum nocte à cœlitibus conſecratum perſuaſerunt auditi cœleſtes ſymphoniaci; & altarę inuentum crucibus conſignatum, & oleo ſacro delibutum Sanctæ Gallæ viduæ Symmachi conſulis à Theodorico Rege interfecti filiæ, domum intulerunt beati cœlites Deiparæ filium in vlnis fouentis imaginem : quam creduntur iidem in ſaphyro aureis linteis,efformaſſe. Cumque ad id ſpectaculum S. Ioannes eius nominis primus Pontifex anno huius ſæculi ſexto ſupra vigeſimum aduocatus à ſancta fuiſſet, in aëre prius ſuſpenſam Angeli,in eiuſdem depoſuiſſe manus perhibentur, hoc autem contigiſſe hoc circiter anno inde liquet quod

Baron. Ioannes primus anno tertio ſui Pontificatus ab eodem Theodorico Rege in carcere. Rauennati

Raderus parte 1. Viridar. ſanct. cæſus eſt,& annum præcedentem egerat in legatione Conſtantinopolitana.Agebat anno vigeſimo quinto huius ſæculi in Chuzubica Laura vitam à rebus terrenis quaſi penitus ſecretam, & liberam

Sigebert. in Chro. B Pet. Damian. ſerm:8 in vigil. S. Bened. magna nominis celebritate, & virtutum præſtantia inſignis Ioannes cognomine ab eo loco ducto Chuzubites : qui poſtea Cæſareæ in Palæſtina fuit Epiſcopus. Eum in illa ſolitudine commorantem vehemens deſiderium aliquando tenuit,familiarem conferendi ſermonem cum Martiano,perquàm illuſtri Chriſti Athleta. Quid faceret qui

Menæa Eccleſiæ vaſion. neque poſſet eum ad ſe vocare : neque eum conuenire : quia Ioanni certum erat ſuo tugurio pedem nuſquam efferre. Expleuit Sancti deſiderium

Spirell. de beata Virgine tract. de feſtis n. 24 Angelus,Marciano ad Ioannem mirabiliter delato: & poſt habitos inter ſe de rebus diuinis quantum ſatis erat ſermones, ad ſuum domicilium relato. Sancto Benedicto Montem Caſſinum petenti ad quoduis biuium duo Angeli occurrebant viam

de ſi

designantes. Sub hæc tempora Deum oranti in templo Arelatensi nobili matronæ cœlites auditi sunt prolem polliceri: nec ita multo post concepit, & enixa est puerum, cui Quinidio nomen fuit, quique post administratam Vasionensem Ecclesiam Sanctorum Episcoporum in cœlis auxit numerum.

Eum qui aspectu terribilis circa horam nonam eduxit è spelunca Nestorianum Monachum pro quo senex Cyriacus seu Quiriacus supplex erat Deo; duxit in locum tenebris, fœtore, flammis horrendum, in quibus iacentes ostendit Nestorium, Eutychetem, Apollinarem, Dioscorum, Seuerùm, & Origenem, nec non alios quosdam: serioque monuit, vt si vellet hos ignes hæreticis præparatos effugere, senem Cyriacum audiret, & Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ firmiter inhæreret: Eum inquam vnum de Sanctis Angelis fuisse persuadent tum oratio, tum Monachi Nestoriani consecuta statim fides, obedientia; vitæ, & quadriennio post mortis sanctitas. Prat. spirit. c. 26.

Amœniore spectaculo Sancti Benedicti discipuli suum de fame quæ Campaniam, & Cassinense cœnobium vexabat dolorem lenierunt, cum ducentos farinæ modios ante fores domus inuenerunt, eò ab Angelis velut cœlestibus Promis sine dubio sancti vaticinationem approbantibus illatos. Sub hæc tempora migrauit in cœlum S. Gregorius ex Augustodunēsi comite, Rege Theodorico Clodouei primi notho Austrasiam obtinente, Lingonensis Episcopus qui eā Ecclesiam annos administrauit circiter quadraginta. Flouerat adeo familiari cœlitum consuetudine, vt ei non semel noctu sacras ædes ad orandum adeunti, A.C. 539. S.Greg. dial. A.C. 541. Surius & Sauss. 4. Ianuar.

 clausas

in Christianos Maximiano beati cœlites dignati fuerant in carcere consolari; & ad fortiter pro fide pugnandùm animare, & incendere. S. Laurianum, seu Laureanum Hispalensem Episcopum Arianorum furore diu vexatum, & anno quarto supra quadragesimum huius sæculi sexti de medio sublatum Angelus subduxit semel periculo famis illi nauigationis author & dux, & à cæco qui Sancti precibus oculorum vsum recepit, eo in itinere conspectus est Sancti latus claudere.

S. Eleutherium Tornacensem Episcopum, & Martyrem S. Medardi Æqualem Angelus hoc circiter anno solatus est in carcere. Vinc. Bell spec hist. l. 21 c. 8.

S. Remigium Hincmarus ab Episcoporum Concilio scribit exceptum tanquam Angelum Dei: vnde nihil admodum mirum si ei viuo consuescerent, cuius exactis in Archiepiscopatu Remensi septuaginta annis circiter, sanctissime mortui sacrum corpus Angeli sepulchro reuerenter intulerunt. Petauius decennio ante transiisse in cœlum scribit. In Mar. Gall. c. 1. Maij. S. Remigio supparem minimùm, veriùs æqualem S. Marculphum Abbatem: quippe qui sub Childeberto primo Gallias vitæ sanctitate, & vt Saussayus asserit Reges francorum precum suarum efficientia virtute mirabili persanandi strumis laborantes illustrauit: Angeli induxerunt vt à Rege Childeberto locũ ædificando cœnobio certum quemdam peteret, polliciti fore voti compotem, & quem viuum sua consuetudine recrearunt, eius mortui animũ symphonia mirabili in cœlos extulerũt. Illum eo strumarum morbo vexatũ fuisse obseruauit Odo Hissæus. Vnde coniicio Regibus Francis virtutẽ aduersus eum impetrasse morbum, quæ ipsi diuinitus erat communicanda; vt sæpe Surius. In vita P Iacobi S. Alesij m.

fit

fit Deo Sanctis suis impetiente; vt quo morbo suam probarunt patientiam, eo depellendo à cæteris palam fiat, quàm sint apud eum gratiosi. Hanc curationis gratiam, alij Francis Regibus iam inde à Clodouæo cœlitus communicatam contendunt: Ego rem alienam ab instituto in medio relinquo.

P.Rouss. & in cel. sacro.

Sancto Simeoni qui à dissimulata sanctissimè sapientia, syriacè. *Salus*, hoc est stultus dicebatur, quique ea dissimulatione non suam modo virtutem in tuto posuit, & auxit: sed hæreticos, etiam, Iudæos, Idololatras ad rectam fidem adduxit; impudicos ad continentiam reuocauit, pios ad studium sanctitatis impulit: comites fuerunt Angeli: imo Duces. Duces quidem cùm illi & Socio Ioanni vix dum cœnobiticæ vitæ tyrocinio inchoato exeuntibus intempesta nocte, & inconsulto Abbate Nicone in solitudinem bini præibant Angeli præferentes facem: vt eo viso doceretur Abbas id Consilium à Deo profectum. Comites eidem Simeoni visi sunt etiam Angeli duo, cum Emesæ, vbi stultus habebatur, lauaret publicè in balneis. Eiusdem humi mortui sub sarmentis, vnde stultitiæ fama confirmari visa est nonnullis, funus infrequentes quidem Emeseni, sed Angeli multitudine innumerabiles prosecuti sunt: & à Iudæo, qui statim ad Christum transiit, eo spectaculo persuasus, auditi cœlesti Musica Epinicium victori Simeoni canere.

A.C. 548. Baron.

Surius.

A.C. 563.

Prat. spirit. c. 207

Nihilominus benignè; & honorificè bini Angeli vix interiecto quinquennio miseram mulierculam habuerunt; quæ multos annos quæstum corpore fecerat; vnde lethifero afflicta morbo ita erat omnibus contemptui vt efflagitanti baptismum

mum nemo aures præberet: nemo pro illa vellet Sacerdotibus esse sponsor: adeò persuasum erat eam si conualesceret, longa consuetudine in pristinam vitæ fœditatem ruituram. Adsunt gementi, propeque iam extremum Spiritum Agenti duo cœlites, specie totidem iuuenum nobilium ex aula præsidis Ægypti: quærunt ex illa quid habeat in votis; sponsores se offerunt; Duces illi fiunt: imo baiuli ad ædem sacram: presbiteros aduocant: pro ea spondent sacris ablutam vndis, & candida veste conspicuam reportant potius, quàm reducunt ad suum augurium; seque eius oculis subducunt eamque destituunt; donec Episcopo (quem eius rei fama eo adduxerat vbi aulicos intellexit alios non fuisse nisi cœlites) quærenti diligenter ex ea, quid vnquam laudabile gessisset in vita (sapienter enim coniiciebat hanc tantam Dei miserationem ex anterio i aliqua eiusdem gratia esse aptam) donec inquam enarrasset Episcopo se olim parentibus orbatam. & misertam hominis, qui creditorum sæuitia, suaque inopia conflictatus sibi loqueo fauces elidere parabat; illi ad exoluenda nomina fortunas suas omnes impertiisse, ex qua voluntaria inopia postmodum inducta fuerat ad infamem quæstum, vix enim geminum hoc à Deo collatum in se beneficium memorauerat cùm illam iidem haud dubiè Angeli, tametsi minimè iis qui morienti aderant aspectabiles, ad longè maius, & in omnem perpetuitatem fruendum bonum in cœlos extulerunt.

Sæuiebat anno quinto & sexagesimo supra quingentesimum lues inquinaria diuersis in Prouinciis, quam vt auerteret a suis Aruernis S. Gallus

A.C. 565. Baron. Greg. Turon. hist. frá. 14 c.5. lus Episcopus, continuis feruore maximo vacabat precibus; nec frustra: nam qui eius orationes Deo velut thuris odoratum fumum obtulerat; Angelus illi sancto adstitit veste, & cæsarie, lucido candore nitentibus, & collaudata Præsulis aduersus sibi commissos Charitate promisit, nullum Aruernorum eo viuo infectum iri hac peste. In cuius rei certissimum argumentum parietes sacrarum, & profanarum ædium signo. T. notati sunt diuinitùs. Cæterum cùm post octo annos is Sanctus emigrasset ad superos, pœnas Aruerni dederunt suorum scelerum; quas Episcopi Sanctitati condonasset Deus, ni si nouis sceleribus luem illam reuocassent.

A.C. 580. Vinc. bell. spec. hist. l. 21 c. 116. Æqualem horum temporum Sanctum Basolum ad cœnobium Rhemis vicinum, & aliquanto post in solitudinem vbi quadragenos vexit annos duxerat Angelus.

hist. frá. l. 5. Sancto Gregorio Turonensi visus, & auditus est Angelus Regi Chilperico exitium voce lugubri denuntians; eiusque filiis quatuor tunc editis in lucem: Nam Clotharius secundus qui ei natus est anno sexto post hanc vaticinationem; & quarto ante patris cædem mense, Francorum Monarchiam propagauit in posteris vsque ad Pipinum Caroli magni Patrem; cùm denique Chilperici familia extincta est.

A.C. 582. Zonaras Tyberium Constantinum, quem sibi successorem in Imperio Iustinus Iunior elegerat virum fide catholica, pietate, & in egenos liberalitate non minus quam bellica virtute insignem, vix dum purpuram indutum certiorem facit in somnis Angelus à tyrannis liberum fore Imperium quoad viueret.

Sancto

Sancto Mauro cœlitum vnus nuncium de suorum Monachorum exitio à dæmone profectum, est interpretatus de Sancta illorum ad superos migratione vt habet Baronius. A.C. 583. Baron.

Qui autem eidem Tyberio morituro post designatum sibi successorem Mauritium generum suum perhibetur idem nunciasse *ter Sancti* nomine Baronius putat de cœlesti ad quod breui erat iturus, Regno nuncium pertulisse, vbi pax viget sempiterna. A.C. 586. Niceph.

Nam ad Mauritij tempora non potuit pertinere illa vaticinatio; quem Tyrannus Phocas annum agentem in Imperio decimum & septimum throno & vita cum suis liberis, totaque familia crudeliter expulit. Deo ita pœnitentiam eius approbante vt in hac vita puniri voluerit, æterna felicitate donandum cum sua familia tota in cœlis. Hanc autem tantam rerum commutationem facile crediderim diuinitus illi prænunciatam administris, & interpretibus Angelis, non iis tantum prodigiis quæ præcessisse dicuntur; quorum magna pars eorum spirituum qui *virtutes* nominantur fit efficacia: sed eo etiam ingenti Terræ motu qui Antiochiam sæpe quassatam labefactauit admirabiliter anno Mauritij secundo. Rem totam paucis ita refert Bellouacensis, vt magnam cum euersione Sodomorum habuerit, Antiochia labefactata similitudinem. Virum canitie; & veste candida venerandum, duosque eius soçios ciuis Antiochenus excipiendis peregrinis assuetus inuentos in media ciuitate domum inuitauerat, & cum iis hospitio acceptis familiariter agebat: cùm is quem commendabat canities Sudarium quod habebat in manu excussit in mediam ciuitatis partem, statim- Baron. l.22.spec. hist. 1. c.

que

que quod ex Euagrio refert Baronius. Terræ motu ita concussa est ciuitas, vt eo confestim ædes plurimæ, & sacræ, & prophanæ corruerint. Ne autem Sudarium senex in alteram ciuitatis partem excuteret, quod facere parabat, obstiterunt infimis, & ardentibus precibus duo socij; atque illico ex Iusti illius siue Lothi, siue Abrahami (nam vtrumque satis est imitatus ciuis Antiochenus) oculis, & illæsa domo euolarunt.

Part. 1. virid SS. ex Nicephoro l. 18. c. 25. ex vtroque la Cerda l. b. 7. excell. coel. spir. c 33. *A.C.* 589. Ex dial. S. Greg.

Non fuit illud insolens aut bonis Angelis indecorum diuinæ iustitiæ in repetendis pœnis à scelestis hominibus manum suam, & operam commodare. Illud sane multò admirabilius quod eodem Imperante Mauritio contigisse apud Persas refert Raderus; ex Nicephoro *S*anctæ Mariæ, quæ Golinducha prius vocabatur. Cùm enim post grauissimos cruciatus pro Christo perpessos ab impiis capitis esset damnata, ita gladio subducta est ab Angelo suo diuina dispensatione, primo catechista & per baptismum patre, ac duce, vt cum illa grauissimè ferret se Martyrij laurea carere: ab eodem Angelo, qui se illi frequenter dabat in conspectum, adeo mirabili modo facta est voti compos vt desecti ense colli dolorem multos annos continuum senserit, & post multum ex eo vulnere fusum cruorem cicatricem & stigmata Iesu eodem Angelo duce Hierosolymam vsque portarit, & Hierapoli tandem obiecit.

Triennio ante quam Dialogos scribere aggrederetur S. Gregorius cognomine Magnus, re autem vera Maximus, miræ simplicitatis & humilitatis Monacho cui Millirus, nomen erat iam maturo cœlis, tametsi iuueni, visus est eodem teste S. Gregorio iuuenis de cœlitum numero scilicet

quorum ætas ſemper florens, & vegeta: codicllos illi porrigere, in quibus dum iuſſus ab eodem legit aureis characteribus ſcriptum ſuum, & ſociorum aliquot nomen, didicit ſe & cœteros ea peſte quæ graſſabatur breui abituros in cœlum.

Et Quando dialogorum S. Gregorij memini, quos ſcriptos contendit Baronius anno tertio ſupra nonageſimum huius ſœculi ſexti:ea de quibus certo non conſtat quo contigerint anno, quæque ad res geſtas Sanctorum Angelorum pertinent,hic opportunum erit in pauca contrahere. Nam eorum aliqua videntur eueniſſe anno proximo, quo lues illa Romæ eſt quæ Pelagium pontificem S. Gregorij deceſſorem extinxit.

Non ab alio niſi ab Angelo Sancto miſſam vocem crediderim qua, iuſſus eſt è viuis excedere Abbas Anaſtaſius,aliique deinceps ſeptem ex eius Monachis, & breui tempore interiecto octauus, qui omnes ſanctè paulò poſt obierunt.

Erat etiam haud dubie cœlitum vnus, qui iuuenis ſpecie animam cuiuſdam patrisfamilias mortui ſine exhomologeſi à dœmonibus ad ſupplicia raptum iuſſit ad corpus reduci, & vitæ reſtitui.vt ſeptem dies eum peccatorum pœniteret ad ſalutem.Deo id lachrimis ſanctiſſimi preſbyteri ſeueri miſericorditer extra ordinem indulgente. l. 1. dalb. c. 8.

Vſum Angelorum miniſterio Deum agnoſcit S. ipſe Gregorius cum rupes quæ Anachoretæ Martij cellæ imminebat, & ruinam lapſu minitabatur ita eſt à monte auulſa, cui leuiter erat affixa, vt intactam tranſilieret cellam. l. 3. dalb. c. 16.

Panem miri candoris inuentum à S. Seruulo,qui dies decem ſuffecit reficiendis multis operariis; fruſtis quæ quotidie ſupererant mirabiliter mul- c. 37.

Q tipli

tiplicatis:quis eos ambigat pinſuiſſe, qui Hebræis in ſolitudine Manna miniſtrarunt.

l.4. dia. c.19. Viſos Angelos, qui animam agenti Stephano Abbati adeſſent, & corporis ſolutam vinculis deducerent in cœlum, affirmat idem S. Gregorius. Quidni autem viſos exiſtimemus ab eodem Stephano, Deo illum tam grato ſpectaculo dignante ſicut alios plurimos quemadmodum Sanctus hic Pontifex aduertit: vt ſine dolore, & formidine moleſtam alioqui, & terribilem mortem obeant. Ita quidem eius in monaſterio ſocio viro ſanctiſſimo Antonio ſemel & iterum cœleſti voce ſignificatum eſt, vt ſe ad viam omnis carnis accingeret, quia Dominus eum iubebat emigrare.

c.11.14. 47. Quàm ſalutaris fuerit Petro cuidam Hibero defuncto beatus Angelus luce conſpicuus, qui ſe illi ſtitit: cum iam eum in flammas teterrimi ſpiritus immerſuri eſſent, quis ſatis explicet? quippe qui periculo ſubductum ad corpus exanime reduxit potiùs quam vt regrederetur impetrauit: & vt vitam ſanctam in poſterum ageret, ita efficaciter monuit, vt verum fuiſſe viſum ſolitaria, diuturna ſanctiſſima vita ſit conſtantiſſimè teſtatus.

Inſignem annum nonageſimum huius ſæculi præter eorum nonnulla, quæ recenſui ex S.Gregorio fecerunt ipſius electio ad ſummum ſacerdotium; mirabilis peſtilentiæ ipſo deprecante finis & S. Radegundis migratio ad ſuperos. In quibus omnibus multam operam Angelos poſuiſſe conſtat. Primum enim adlaboraſſe vt Sanctus Gregorius ſummum pontificatum obtineret, manifeſtum fecit ea lucida columna, quæ latentem indicare viſa eſt toti populo; atque Angelis per eam deſcendentibus & aſcendentibus illuſtrjs Sancto cui-

dam

cuidam conſpecta ſolitario. Erat in eo cœtu dubio procul ille qui Pontificis ad menſam accubuit paulò poſt inter duodecim egenos ali ab eo ſolitos decimus tertius: adiuratuſque ſe faſſus eſt Angelum, quem olim ſtipem mendici ſpecie poſcentem argentea ſcutella donarat. Docuitque eam liberalitatem ſummo ſacerdotio compenſatam à Deo: Inſuperque præcipua cura quam de illo geſſerat hactenus, geſturuſque erat, ad vitæ finem: pro vt habebat in mandatis. Erat is Angelus haud dubie in eorum choro qui ſacrificanti Pontifici, & populo benè precanti ſolemni hac formula. *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum.* Reſponderunt *& cum ſpiritu tuo* vt ſcribit Ioannes Diaconus. Sed aliquantò ante latebras aditas ab eo ſancto, & columna è luce mirabiliter indicatas illi ſolemni ſupplicatione ad omnia templa cum toto populo precibuſque, & lachrymis placare Deum, & peſtem quæ latè graſſabatur extinguere ſatagēti, vbi ad molem Hadriani peruenit viſus eſt Angelus nudatum gladium recondere in vaginam; argumento certiſſimo placati numinis. Sicut iram eius, & peſtem illam ſagitis cœlitus lapſis præſignificatas fuiſſe liquet.

Vinc. Bellou. l.22. ſpec. c. 9.

De Sancta Radegunde quæ vigeſimo, & ſeptimo ſœculi ſexti anno ex filia, & nepte Thuringiorum Regis captiua belli iure; poſt etiam coniux Clotarij Regis Francorum eius nominis primi ac demum eius conſenſu Pictauienſis Cœnobij fundatrix, alumna, Abbatiſſa, tranſiit ad ſuperos anno eiuſdem ſœculi nonageſimo; auditæ ſunt Sanctorum Angelorum amicæ altercationes: aliis maturam cœlo contendentibus animam ſoluendam corporis vinculis; aliis miſeratione lugentium Religioſarum, & amore ſalutis earumdem ad

Baron. Surius 13. Aug.

Q 2 quam

quam præsentia Radegundis multum conferebat beatum hunc excessum ad aliquot annos differre satagentibus. Vicere illi causati diuinum de beanda in cœlis eo tempore Radegunde nutum, & futuram illi de suis Religiosis puellis æqualem minimum, & multo fructuosiorem curam. Quis fuerit animæ in cœlos inuectæ splendor coniici potest ex eo quod S. Gregorius Turonensis lacrymans asseruit se corporis exanimis vultum illi parem vidisse quem beati Angeli præ se ferunt lilij candore, & rosæ purpura gratissimè inter se mistis.

Sanctum vigorem eadem ætate florentem in Episcopatu Baiocensi, qua regnum francorum obtinebant Childebertus, & Guntheramnus siue Gunthramnus, Angelus matri prædixerat: Adolescentem euocauit natali solo, monuitque vt Deum
A.C. exemplo Abrahami patriarchæ sequeretur. Obiit
598. autem diem vltimum Childebertus anno sexto huius sæculi: Gunthramnus autem octauo supra
Vin. spec. nonagesimū. Quem ad annum referri video quod
hist. l. 21. contigit Eulogio Patriarchæ Alexandrino, qui eo-
c. 39. 40. dem obiit. Visum illi aut S. Leonem magnum;
Baron. aut eius diaconum, vt habet Raderus, qui gratias ageret ob defensam ab eo celebrem illam Epistolam à Chalcedonensi Concilio probatam. Coniectura est enim probabilis fuisse Angelum, vt constabit ex iis quæ referam sub initia sæculi noui.

Congruunt huius sæculi sexti principiis vltima: qui enim attulerunt S. Genebaldo felicem nuncium de condonatis ipsi à Deo criminibus & suppliciis; ij aut alij de eodem cœlitum numero Sancto Sampsoni Dolensi Episcopo, cuius ortum prædixerant

prædixerant: paratum venenum ne hauriret, edixerant: sacris operanti ad mortem vsque quotidie ministrarunt. Quod exeunte sœculo sexto præstitisse inde constat quòd illum annotauit Baronius eo tempore Gallias, atque Ecclesiam sua sanctitate illustrasse. Vinc.l. 21.spec. 112. in martyrol.

Maiorem habet similitudiné cum iisdem principiis quod S. Anastasius Synaita cœlitibus additus anno nono supra nonagesimum sœculi sexti memoriæ posterorum consignauit de Monacho, qui post exactam haud satis cumulata pietate vitam non aliter lætabatur ac si certo sciret expeditum sibi mortuo futurum iter in cœlum. Fecerant hanc illi adeo magnam spem, & vitæ non admodum sanctæ hominibus insolentem Angeli duo, qui vbi in extremis posito scripta codicillis ostenderunt quæcunque præposterè fecisset ab eo tempore, quo nomen Religiosæ familiæ dederat: illeque fidenter respondisset se animo esse securo: neque dubitare se, quin benignè secum esset acturus Deus promissorum constantia supra quàm cogitari potest clarissimus, quippe qui receperat non indicatos iri qui quod ipse sedulo cauerat neque iniuriarum acceptarum meminissent; neque temerè de aliis iudicium fecissent: Codicillos discerpserunt Angeli, & hoc viso miranti tam inusitatam lætitiam Abbati fideliter enarrato, Monachus sanctissime exspirans abeuntibus in cœlum comes additus est. A.C. 599.

Sanctam Dymnam virginem Hyberniæ Regis filiam à barbaro patre cœsam Angeli marmoreo tumulo condiderunt, imposito eius pectori lapillo pretioso: in quem nomen virginis inciderant. Saussayus passam notat Carolo Martello res fran- A.C. 600.

Martyr. Gallic. 13. Maij. cicas administrante, quæ Chronologia si veritati consentanea est, centum & amplius annis seriùs hoc contigisse dicendum est. Initium enim principatus Caroli Martelli ad decimum quintum annum octaui sœculi differunt Gordonus, & Petauius.

Saussayus Gall. martyr. 20. Maii. Propius vero est sub huius sæculi exitum, aut sequenti non admodum adulto S. Austregisilum qui primum ætatis florem sanctissimè exegerat in aula S. Regis Gauthramni; & postea Bituricensem Ecclesiam rexit annos duodecim admonitum fuisse ab Angelo de vicina migratione in cœlum nam S. Gunthramnum obiisse septimo supra nonagesimum huius sexti sœculi anno, scribit Gordonus Petauius autem triennio, aut quadriennio maturius exactis in Regno annis minimum triginta.

Capvt. XIV.

Sæculum Septimum.

SOeculum Septimum iuuat ab iis exordiri quæ beatorum Angelorum erga Sanctos Anachoretas beneficiis posterorum memoriæ commendata voluit autor libri, qui à septima synodo adhibitus est ad confirmandum dogma de cultu sacris imaginibus debito: quique, *pratum spirituale*, inscribitur. Cùm enim Sophronius is qui Ioanni Moscho à quo hic liber scriptus est socius vitæ solitariæ, & peregrinationis comes fuit; electus sit in Patriarcham Hierosolymitanum anno tertio

tio ſupra trigeſimum huius Sœculi Septimi: & recens adhuc eſſet eorum memoria quæ ab eo narrantur:quorum plurima Imperantibus Anaſtaſio, Tyberio, & Mauritio contigerant: Inde Sanè efficitur aptè referri ad initium Sœculi Septimi ea de quibus non liquet quonam euenerint anno.

Abbati Leontio primùm; alterique iterum ſeniori: Illi quidem dominico die ſacram ædem ineunti: Huic autem ingreſſo cellulam Anachoretæ intra quam erat altare: viſus Angelus aræ reuerenter adſtans qui ſe adhibitum à Deo perpetuum eius Altaris cuſtodem aſſeruit. Prati ſpiritalis. c. 4. c 10.

Qui columnam illam ex nube interdiu, noctu autem è luce præuiam Iſraëlitis in ſolitudine Angelorum fuiſſe opificium compertum habent: idem ſibi quoque perſuadebunt de ea luce, quæ Abbati Iuliano ſingulis noctibus affulgebat adeò copioſa vt legere poſſet: deque ea nube quæ Cyriaco Abbati propemodum enecto ſiti circunfuſa eſt; & duodecies mille paſſus comitata, ſitim aut depulit, aut mitigauit, eum ab ardentibus ſolis radiis quibus vrebatur defendens. c. 51. c 53.

Nihil opus eſt commemorare iuuenum pulcherrimum, qui Abbatem Theodoſium ad luctum cum gigante Æthiope impulit:aut plauſus eidem Abbati victori datos à ſpectatoribus in Theatro beatis Angelis; dum nequam genij eiulantes euaneſcerent ex oculis. Hæc enim animi potius, quàm corporis oculis percepta ſunt. c.66.

In inſula Samo columnis petitum ſacardotem (qui à Virgine ſponſa diſcedens ſanctiſſimam agebat vitam,) in vincula coniecerat Epiſcopus. Illum ex iis Angelus eripuit: Eccleſiæ ſuæ primò c.108.

ad ſacrificium faciendum: poſtea carceri reſtituit. Quæ res illi apud Epiſcopum conciliauit exiſtimationem, & libertatem reddit.

c. 178. Dauidi ex latronum duce, iamque grandi ætati affecto Monacho, ſingularis abſtinentiæ, & pietatis, nuncium attulerat Angelus integræ reconciliatæ cùm Deo gratiæ, vix credentem ob peccatorum à ſe admiſſorum grauitatem, & multitudinem, æterno damnauit ſilentio: niſi quando diuinis canendis laudibus intenderet.

c. 143. Miram Dei bonitatem, & neceſſariam ad ſalutem cum Eccleſia Catholica coniunctionem docuit ille Angelus, qui aliquando quæſiit ex Monacho minimè malo; ſed tamen vſque adeo incauto, nullo prorſus vt diſcrimine cum omnibus communicaret qui Chriſtiani audirent: videret quo ritu ſepeliri vellet Hieroſolymitanorum, an Ægyptiorum: rediturum ſe poſt viginti dies quibus vacaret illi deliberare ſecum, vtrum eligeret. Quæſiti Nouitas Monachum impulit vt ab alio ſciſcitaretur Monacho, quid reſponſi dare oporteret: ex quo didicit omnino Hieroſolymitanorum ritum præoptandum, id eſt Eccleſiæ tantum Catholicæ communicandum, ſi ſalutem ſempiternam conſequi cuperet. Quod vbi redeunti poſt viginti dies, & ſciſcitanti Angelo reſpondit: Illico diem obiit: & eo duce ſine dubio feliciter abiit ab ſuperos.

Senem ſolitarium beati cœlites, ſuo ſacris operantem dignabantur aſpectu; & miniſterio: quamquam ille pia ſimplicitate, & ignorantia, rituum Eccleſiæ haud vſquequaque obſeruantem: Imo etiam verba quædam proferentem à recta fide multum abhorrentia. Hunc Diaconus cum errati

nequicquam

nequicquam admoneret persuadentem sibi abesse ab eo erroris periculum, cui cœlites inter sacra se aspectabiles præbere dignarentur: instaretque Diaconus: sciscitatur ex Angelo senex an erraret? annuere Angelus: mirari senex; & queri se ab eo non fuisse eius errati admonitum. Accipit oraculum altè demittendum in animum. Ita diuinitus constitutum est, inquit diuinus interpres, vt quando id fieri potest, homines ab hominibus doceantur.

Hæc fuerunt Angelorum pacis; erga pacis, & sanctitatis cultores eximios officia tam grata, & iucunda quàm salutaria. In francorum Reges duos, & quidem Fratres Theodoricum, & Theodebertum Childeberti filios inter se, & cum Clothario Chilperici filio decernentes armis, haud quaquam se pacificum præbuit, anno huius sæculi primo is Angelus, qui stare in eo prælio visus est strictum vibrans in manibus ensem. Nam eorum Regum duobus Childeberti filiis, tametsi victoria cesserit in præsentia, fugiente Clothario: attamen non ita multo post renouantes bellū inter se victores, miserè perierunt. Theodobertus quidē victus, & captus: Sacris Ordinibus initiatus primùm Matris impio iussu; mox eiusdem crudelitate interfectus est. Theodoricum flamma cœlestis absumpsit. Eius filios quinque impiamque auiam Brunichildem Clotharius de medio sustulit. Sicque nec Angeli minas inanes; neque Sancti Columbani à Theodorico pessimè habiti vaticinationem de hac re falsam fuisse comprobauit.

Baro ex Aimoin.

A.C. 601.

Interea verò dum hæc tragœdia peragerctur cuius vltimus restabat actus Theodorici, Brunichildis, & nepotum interitu: Sancto Columbano

no, qui ab eo Rege & Matre pulsus Luxonio fuerat cogitanti lucem inferre fidei Sclauis, qui Venetorum prouinciam accolebant, Angelus globi terreni descriptionem penicillo adumbratam obiecit; cernis, inquiens, totum orbem desertum: perge pro vt libuerit ad dexteram, aut ad læuam; vt laboris tui fructu vescaris, quo ille oraculo intellexit nondum Sclauos Euangelij sementem fructuosè accepturos. Æqualem illius cognominem, & consanguineum Luxouiensem monachum grauiter ægrum, & cœlos anhelantem monuerat ante paucos annos Angelus luce multa fulgens solas Sancti Columbani preces obstare migrationi ad superos, accitum sanctum exorauit æger vt pro se orare desineret, & in cœlum abiit.

A. C. 613. Baron. ex Iona scriptore vit. S. Colum.

Erat Angelus opinor qui Cyprium adolescentem captum à Chosroe abductũ in Persidem cum cruce Domini, coniectum in carcerem quæ Lethe dicebatur; toties soluebat vinculis, quoties pro illo sacrificium Eucharistiæ fiebat: quem mortuum parentes existimabant.

A. C. 614. Bellou. spec. hist. l. 21. c. 104.

Galliam Illustrabat eo tempore Sanctus Maglorius Dolensis Episcopus; & Alexandriam Ægypti S. Ioannes Patriarcha, qui nomen Eleemosinarij meruit iugi erga pauperes beneficicẽtia. Huius vultum, & habitum gerens Angelus Nauarchum egerat dies solidos viginti in negotiatoris gratiam; qui Sancti Patriarchæ liberalitate ditatus in Angliam contendebat commercij causa. Ille aut alius viro diuiti grauiter afflicto ob vnici filij mortem nunciauit sancti huius Episcopi preces pro eius incolumitate fusas hoc effecisse, vt quem adolescentem diuturnior vita erat in vitiorum præceps;

Baron. Surius in vita vtriusque.

&

Inferorum supplicia tandem actura, illum præmatura morte cœlo assereret.

Idemque ei Sancto instare discessum ad superos prædixit. Eum ego vt tutelarem eius benefici Episcopi fuisse iure existimo; ita non temere coniicio ab eodem suppeditatas illi miris modis pecunias, aliasque res quas egenis impertiretur iam inde à puero: cùm in somnis Misericordia se illi virginis formosissimæ specie videndam obtulit. Sancto autem Maglorio præter nuncium propinquæ mortis diuinum Eucharistiæ viaticum, anno proximo perhibetur attulisse Angelus. Vincent. Bellou. spec. hist. l. 21. c. 121.

Crux Domini in Persidem à Chosroe deportata de Christianorum victoribus triumphauit in S. Anastasio. Is tum Adolescens in Magorum disciplina eruditissimus conscriptus inter Chosroë milites nomen Sanctiori Christi militiæ dedit, Crucis radiis illustratus; statimque Martyrij gloriam anhelans transfuga nobilis ad Romanorum exercitum primò, deinde ad cœtum Monachorum transiit: Tyrocinium apud eos positurus eius mrtis quam decimo tertio post, anno fortiter obiit acerbissimos perpessus cruciatus, & carceris fœtorem. Ibi anno vno antequam ceruices securi subiiceret in Perside Angelus eum sic inuisit, vt à Iudæo etiam qui cum Sancto erat in vinculis se videri voluerit. Non dubitat Lyranus quin ad triplicem de eodem Chosroe victoriam reportandam adfuerint Heraclio, eiusque ducibus beati Angeli.

S. Auream Virginem Parisiis inflammato, sed incauto diuini cultus studio eò prouectam vt cùm Sanctum Euangelium recitans Diaconus imperitus populo minime probaretur, ipsa non dubitasset Baron. in c. 12. apoc.

Raderus hoc ſingulare Angelorum in eum militem beneficium factũ ſcribit Imperante Heraclio: Glycas autem id ad Heracleonæ tempora refert qui ſexto poſt defunctum patrem menſe deſiit imperare in exilium pulſus à coniuratis ſenatoribus.

Sanctum Furſeum Hiberniæ Regis filium quem anno quarto ſupra quadrageſimum huius ſæculi diligenter incubuiſſe notat Baronius, in Euangelij prædicationem interAngelos Orientales in Britannia. Beda ſcribit in eo munere laborioſo morbum contraxiſſe: quo cum detineretur, ab Angelo monitum vt cœptum opus vrgeret: & orationi, vigiliiſque indefeſſus incumberet: eo quod tam incerta eſſet mortis hora, quàm certus ex hac vita diſceſſus. Quid?quod à tribus Angelis per medios ignes, quibus ardent impij fuit aliquando deductus illæſus; præterquam in humero, & maxilla in quibus æternis ignibus addicti hominis leui attactu, quia quippiam de eius facultatibus ſibi donatis attigerat ita vſtus eſt, vt eius incendij veſtigium exciterit in iis corporis partibus, quo ad vixit? Sancti Furſæi diſcipulo S. Madelgiſilo maiorem ſolitudinem anhelanti, Angelus votis reſponſuram indicauit.

A.C. 644
l.3. hiſt. Angel.c. 19.

In ballias idem S. Furſeus traiecit, & diem obiit Peronæ. In eas etiam nos reuocant Angeli, qui S. Vvandregiſillo S. Gertrudis Pipino primi Brabantiæ Duce, & Pipini Francorũ Regis Abauo natæ conſangnineo Sancto Fredoberto, & Sancto Audoëno Audomarenſi Epiſcopo eorum æquali varia beneficia contulerunt.

Sauſſay. 30.Maij

Sancti quidem Vvandregiſilli veſtem luto fœdatam, in quod ad fores Luparæ vocatus à Rege

Dagober

Dagoberto se immerserat, vt inde puerum educeret lapsum, Angeli luce, palam, & in conspectu Angelorum, qui eo confluxerant absterserunt, & pristino candori reddiderunt. Quæ res Dagobertum Regem illi mirificè conciliauit; adduxitque vt eius Sancti Regia stirpe nati consilium de abdicandis comitis Palatij dignitate, & sponsa, & sæculo vehementer comprobaret. Quid mirum igitur, si post sanctissimè transactam vitam transituro ad superos, anno vitæ nonagesimo-sexto cœlestes symphoniaci celeuma cecinerunt.

Sauss. 22 Julij. Vincent. Bellou. spec. hist. l. 23 c. 129.

A.C. 665.

Aderat abeunti in cœlum Vvandregisillo Sanctus Audoënus, cum quo familiarissimè agebant Angeli: eique tùm alia multa nunciarunt, tùm illud nominatim, quo loco vellet Deus sibi cultum à S. Geremaro Abbate tribui, quem Geremarum nobilem Aulicum nuper Regis Dagoberti primi eius nominis, duxerat Angelus ad cœnobium. Sancti Frodoberti in agro Trecensi sepulchrum iidem cœlites luce multiplici; & suauissimo concentu frequentarunt.

Idem Vincen. l. 25. c. 92. ibid. c. 98.

Audomaro non admodum difficulter traiicitur in Angliam: vbi discemus Sanctum Ceaddam Episcopum singularis animi demissionis coram Deo, & iis qui eius vices gerunt, Angelorum gratulatione dignatum septiduo ante mortem, quam prænunciabant; & eorum ministerio cœlis illatum. Eodemque anno cum Sebbo Rege Orientalium Saxonum omni virtutum genere illustri tres cœlites astitisse; imo eorum Principem assedisse familiariter ægrotanti: quæsiisse amicè qui haberet: ne dolorum acerbitate quippiam aut verbo, aut corporis motu peccaret animo Regio indecorum, prænunciasse excessum è corpore sine

Beda l. 4. hist. Angl. c. 29.

Beda hist. Angl. l. 4. cap. 11.

vllo doloris ſenſu, & magna cum luce poſt tertium diem. Vaticinationi fidem fecit mors, deſignata die ſubſecuta, ſomno placidiſſimo ſimillima: & lapideum ſepulchrum condendo corpori præparatum duobus digitis breuius quam par erat, de ſubito iuſtæ longitudinis repertum.

Fauet quidem Angeli mortalibus ſine diſcrimine alio, quàm virtutis: ſed Regibus tamen impenſius: quorum ex ſalute multorum ſanctitas apta eſt. Poſt Sebbum itaque Regem in cœlos inuectum Vvambæ Regis Hiſpani ſub ſignis eſſe dignati ſunt: cùm vi auulſus è cœnobio in quo vitam Angelicam agebat, in tyrannum Ildericum aciem inſtruxiſſet, purgato priùs exercitu ab ea fœce criminum, quibus ſolet inquinari: commilitones habuit Angelos, qui viſi ſunt ſuper caſtra volitare luce fulgurantes. Et verò nullo negotio Vvamba de potentiſſimis hoſtibus victoriam retulit: pacatoque Regno vitam illam repetiit, vbi quotidiana, licet tacita frueretur Angelorum conſuetudine.

A.C. 674. Baron. ex Tudenſi in ſuo chronico

Non prætetit Reginas cœlitum beneficentia; vt S. Bathildam. Conſtat ſua ſingulari expertam voluptate, circa ſæculi ſeptimi annum octogeſimum. Clodoueo ſecundo eius nominis francorum Regi nupſerat; eoque mortuo poſt regnum adminiſtratum cum filiis nuncium remiſerat ſæculo: quam ad rem habuiſſe adiutores Angelos probat quod cum feliciter, & ſanctè diem obiit è tribus natis ſolo ſuperſtite relicto Theodorico, qui regni Gubernaculum cepit anno primo ſupra ſeptuageſimum ſeptimi ſæculi; viſi ſunt frequentes beati ſpiritus luce coruſcantes ad eius morientis lectum, Eam paulò ante felicis diſceſſus præmonu

A.C. 680. Vincent. ſpec. hiſt l. 23. c. 117.

monuerant viso mirabili, quo per scalas aureas ad cœlum cum iis ascendebat.

Vide Surium 7. Septem. S. Richardum Abbatem non exigua solicitudine & tristitia leuarunt beati Angeli; cùm illi circa eundem annum prænunciarunt eos terrores qui breui morituris Religiosis suæ curæ commissis erant à dæmone iniiciendi, adeò nihil eorum æternæ saluti obfuturos, vt illi sic expiatis leuibus noxis faciliorem ad superos aditum essent habituri.

Qui visus est bonus Angelus eodem anno Romæ sæuiente pestilentia præire improbo; eique designare domos, quorum fores feriret venabulo: vnde postridie tot efferebantur cadauera quoties ferro pulsarat ostium: is Deo vindici ita commodabat operam, vt iis qui eius iudicio tollebantur suam ad sanctè moriendum opem non pateretur Baron. deesse. Facileque adducor vt opiner ab eodem indicatum fuisse posito in æde S. Petri ad vincula altari Sancti Martyris Sebastiani nomine, & cultu insigni, auertendam ab vrbe, imo tolllendam omnino pestem.

Surius. Saussay. 20 Feb. Sancto Cuthberto, qui in Episcopatu Confirmatus est anno tertio supra octogesimum cum adhuc esset adolescens, & ægrotaret vnius genuum tumore, cœlis adfuit alter Raphaël equitis specie, qui salutarem illi medicinam præscripsit: & postea in cœnobio curam hospitum gerenti, tres panes attulit calidos vnde odor suauissimus afflabatur. Sub hoc tempus S. Eucherij quem ad Episcopatum Aurelianensem carolus Martellus inuitum euexit, & postea in exilium pepulit, beatissimum ortum suis parentibus prænunciarat Angelus.

A.C. 689. id 20. Iuliet. Sancto Vulmaro Anachoretæ, quem Sanctus

Ceadualla

Ceadualla Rex occidentalium Saxonum inuisit,& cōsuluit de rebus diuinis anno octuagesimo nono supra sexcentesimum; Angelus in Britanniæ minoris solitudine degenti pronidit aliquandiu ne deessent vitæ tuendæ necessaria : excitato ad ea subministranda viro pietate inclyto.

S.Virginem Austrebertham Regio sanguine nobilem cuius capiti sacrum velum S. Audoënus exeunte hoc sœculo mortuus, dudum imposuerat, Angelus, qui nascituram prædixerat Matri; propinquæ mortis nuncio diebus aliquot ante recreauit, & ad studium pietatis ardentius excitauit. Diu post sacra lypsana Virginis eiusdem, Angelo admouente, honorificentiori tumulo sunt illata.

Saussay. 10.Febr. scribit à S. Andomaro velo nobilitatā Vide Surium.

Æqualem illi Sanctum Svvibertum vnum ex duodecim missis in Germaniam ad Euangelij promulgationem, & creatum Episcopum in eum finem; Frisij Idolatræ secundo ab vrbe traiecto milliari coniectum in carcerem clam interficere postridie decreuerant. Sed eum videntibus, & stupentibus carceris custodibus Angelus luce circunfusus emisit liberum : iussitque Euangelicæ legis institutæ prædicationi constanter incumbere.

A.C. 695. Idem Saussay. 19. Oct. Baron. Vide Surium 1.Martij

CAPVT. XV.

Sæculum Octauum.

TAmetsi ferè taceant Annales sacri de rebus gestis beatorum Angelorum hoc Sæculo Octauo & nonnullis deinceps : non est tamen existimandum illis haud defuisse facultatem, quæ

nullis beneficiorem profusionibus exhauriri potest adeo diuinam participant potentiam ; aut voluntatem benefaciendi abfuisse & diligentiam. Silentium hoc ego facilius adscripserim scriptorum inopiæ qua laborarunt ea tempora.

A.C. 705. Baron. [illegible] 5. hist. Angel. c. 20.

Illustre specimen continuæ erga mortales suæ benignitatis dedit ineunte hoc sæculo S. Archangelus Michaël Sancto Vuilfrido Archiepiscopo Eboracensi cum Roma redeunti , & Meldis in Gallia adeo graui morbo conflictato, vt iam quadriduum iaceret propemodum exanimis , illi adstitit vestis candore conspicuus : seque missum dixit à Deo lacrymis discipulorum , & precibus Augustissimæ Christi Domini Matris Virginis excitato , vt eum è mortis faucibus reuocaret. Cæterum quarto post anno rediturum se , vt eum ad superos secum eueheret.

A.C. 709. Baron. tom 8 & in notis ad martyrol. Sigebertus in Chronico.

Rediisse autem Sanctum Archangelum ad Sanctum Vvilfridum exacto quadriennio conuincit eius constantia in seruandis promissis. Eodem certè, anno sanctitate insigni Autberto Cameracensi Episcopo significauit Deo visum , vt qui illi honor in Apuliæ Monte Gargano habebatur, eo coleretur in ea rupe oceano alluitur , & accedente æstu etiam cingitur in Neustria, Frequentia miracula , quæ in æde sacra ibidem exædificata , sunt facta ; & continua deinceps ad hanc vsque ætatem populorum erga eum S. Archangelum ad eum montem peregrinantium pietas , probauere visi veritatem. Quo ex tempore fuisse hunc Archangelum adoptatum audio defensorem , & Patronum à Francis. Eiusdem S. Autberti discipulum Landelinum Angelus à perditis moribus reuocauit ad pietatem , non modo tristi spectaculo

Surius 15. Iunij

animæ

nimæ vnius è suæ nequitiæ sociis æternis additæ suppliciis; quia mortem obierat dum crimen admitteret: Sed graui insuper oratione qua eum obiurgauit adeò vtiliter, vt Landelinus Sancto Autberto sese iterum permiserit: & eo Duce sanctitatem sit adeptus qua fastis Ecclesiæ meruit inseri.

Hoc Sœculum S. Archangelus Michaël iteratis, imo sæpe repetitis amauit illustrare visis, & beneficiis cumulare. Quanropere enim iuuerit Sanctum Bonifacium Moguntinum Archiepiscopum, & Germaniæ Apostolum totos annos sexdecim quibus Euangelium in Frisia promulgauit, tandemque suo sanguine obsignauit, traductis ad Christi cultum Idololatrarum millibus centum; ex eo potest coniici, quod illi nocte quadam in tabernaculo ad Thuringiæ fluuium Oraham, quiescenti cœlesti luce visum est circunfundi tabernaculum: & Sanctus Michaël augusta specie sancto præsuli se obiecit eumque ad ferendos constantissimè prædicationis Euangelicæ labores oratione sua excitatum confirmauit. Gratus præsulis animus erga Sanctum Angelorum Principem extructis ibidem & æde sacra, & cœnobio ad eius honorem, non minus salutaris ipsi Bonifacio fuit, quàm Michaëli gloriosus. Baron. A.C. 724.

Quando Sanctus Ioannes Damascenus amputatam calumniis Leonis Armeni imaginum sacrarum hostis dexteram, anno huius sœculi octauo supra vigesimum, & eodem die sibi fauore Virginis Matris restitutam adhibere seriò cœpit sacris scribendis libris biennio post. Visum est ad hæc tempora referre quæ de S. Barlaamo, & Iosaphato verè scripsisse existimatur. (Ita incertum est A.C. 730. Vitam SS. istorũ refert Vincent. speculi histotial. l. 5. a c. 1 ad. 64.

 quam

quam pridem contigissent.) Contigisse autem pleraque adlaborantibus beatis Angelis nemo potest iure ambigere qui seriem historiæ, atque operis difficultatem, & præstantiam expenderit; dubitari profecto non potest quin ij viri mirabiles, qui Sancto Iosepho Christiano Principi, & post abditatum sponte regnum Anachoretæ adstiterunt fuerint humana specie beati cœlites.

Surius tom. 4. 10. Iulij. Eodem circiter anno trigesimo S. Amelbergam velo vitæ Religiosæ insigni, decorauit is qui S. Michaëli ædem illam sacram excitauerat S. Autbertus. Prædixerat eidem nascituram ex ea Virginem Sanctam Gudilitam, Sanctus Angelus. S. hist. Lecinen. Saussayus 12. Aug. Porcario Abbati Lerinensi eius nominis secundo (fuit enim alius qui floreb at, annos abhinc ducentos, & amplius) quingentorum, & amplius Monachorum cœdem in odium fidei à Barbaris perpetrandam qua Martyrum in album referrentur cœlitum vnus prænunciauit. Et verò vitæ sunt eorum animæ in cœlum abire Angelis immistæ.

Sancti Guthiacus solitarius, & Ioannicius similiter ex Constantini Copronymi heretici Principis Heretico milite Catholicus, & Anachoreta æquales horum temporum, mirabiliter sunt ab Sur. ex metaph. 4 nouemb. c. 9. vide Sur. 11 o. april. Angelis Sanctis adiuti. Hic quidem voce cœlesti admonitus vt in montem certum subiret vbi diuinis disciplinis erudiretur: Ille autem quindecim, annos integros matutinum, & vespertinum habuit doctorē & consolatorem Angelum: vt ex ipso animam agente rescierunt, qui aderant Monachi mira perfusi suauitate odoris, qui ex eius veraciter, & vera loquentis, & morientis ore afflabatur, adulto iam hoc sæculo.

Carolo Regi Francorum reapse Magno, & no-

mine

mine, cum Saxonum Rege Vvitikindo æquè pro fidei ac pro Imperij sui propagatione hoc ipso sæculo pugnaturo; & Sancti Michaëlis opem positis humi genibus antequàm concurrerent exercitus suppliciter flagitanti, ita præsens adfuit; vt se in prima acie obiecerit oculis, Vvitikindi armis tectus fulgurantibus, in equo niue candidiori: vnde vexillum cœruleum liliis aureis persperſum ventilans Saxones terrore compleuit: & vibratis ex vultu fulguribus coëgit salutem turpissima fuga quærere. P. Roussel in lilio sacro.

Hoc bello fere quotannis renouato, nec nisi anno quinto supra octogesimum sæculi octaui cum Vvitikindo tandem confecto: duo cœlites totidem iuuenum specie ab æde S. Bonifacij incendenda Saxones deterruerunt. Ad hæc tempora video referri quod de comite Tholosano ad Christum traducto scribitur Angeli monito scuti laterculum duodenis pomis aureis in crucis figuram dispositis impressisse. Saussay. 28. Ianu.

Exiens Sæculum mirum quantum illustrauit Alphonsi Gallæciæ Regis Angelorum æmula quodammodo castitas, consentiente in eam laudem eius coniuge Caroli Magni sorore: & in ornandis locupletandisque Dei templis Regia magnificentia. Illius Angeli haud dubiè defensores acerrimi fuere: hanc operâ sua fecerunt auctiorem: Etenim exeunti de Saluatoris templo Regi cœlites iuuenum specie occurrerunt duo; qui se aurarij fabros operis eximios professi vt res erat; Regem ita sui amore rapuerunt, vt nullo respectu ad id quod ignoti essent, & Peregrini viatores haberentur; illis aliquot auri fusi cylindros, & magni pretij lapillos illico tradiderit; vnde crucem in ædibus A.C. 778. Baron. Annal. tomo. 9. C.A. 791. Grethserus tom. 1. de cruce lib. 2. c. 13. Iac. Bosim l. 6. cruce triumphantis

bus eodem tempore attributis summno artificio summaque arte quàmprimùm efficerent. Vix mensæ accubuerat Alphonsus cum memor se ignotis, & Peregrinis rem tantam credidisse, mittit qui explorarent vbi essent, & quid agerent. Mirum dictu, domum vident luce per fenestras emicante fulgere: quo spectaculo vehementer commoti confestim id Regi renunciant: qui in ædes illas cum aulicis se reuerenter penetrans fulgoribus cœlo similiores quam regiis ædibus, nullos ibi aurifies inuenit, sed crucem Angelico prorsus opere, & diuina perfectam arte reperit. Hanc nescio an pius Rex attingere sit ausus castissimis licet manibus: certè aduocato Clero, Ouetensi attribuit; illam Ecclesiæ: nefas existimans opus Angelorum alibi asseruari quam in sacris ædibus, quas sua frequentia continenter ornant, & celebrant. Regis eius haud dubiè imitatione Adephonsus cognomento Magnus quartus ab eodem Alphonso casto Rex Gallæciæ crucem auream gemmis ornatam miræ magnitudinis, & pulchritudinis Ecclesiæ pariter Ouetensi dono obtulit, anno proximi sæculi octauo supra septuagesimum; vt est apud Baronium. Is nisi prioris meminisset, non deessent opinor qui miraculum illud suspicarentur minus compertum. Sed obstat Tudensis, qui id litteris consignauit autoritas, & fides.

CAPVT.

CAPVT. XVI.

Sæculum Nonum.

ÆQuè hoc sæculo nono, atque superiori desiderari passi sunt suam diligentiam non quidem beati cœlites in rebus pro Dei gloria, & hominum salute gerendis; sed scriptores in iis consignandis posterorum memoriæ. Verùm quæ apud illos legere potui, ea fere omnia tam illustria sunt, vt infrequentiam abundè suo splendore compensent. Alcuini Caroli Magni præceptoris non minus pij quam eruditi, & anno quarto huius sæculi mortui, visi sunt animum cœlis inferre magna frequentia: aut potius comitati Sanctis Leuitis, qui Leuitam Alcuinum secum in cœlum abducebant.

Saussayus 19. Maij. l.3.c.12.

Quid autem illustrius cogitari possit, eo quod ex Einhardo seu Eginhardo viro clarissimo, & imperatori ·us Carolo Magno, atque Ludouico pio charissimo refert Baron. cõtigisse ann. octauo supra vigesimù noui huius sæculi. Aquisgrani S. Gabrielem Archangelum visum in æde sacra specie viri canitie ver e.andi, vestem candidam induti, virgam auream manu gestantis, qui fuerat vt ipsemet clarè significauit S. Marcellino Martyri oris, & corporis habitus; cuius sacra Lipsana cum aliis aliquot Martyrum Roma recens Aquisgranum illata fuerant Causa eius à S. Gabriele assumptæ figuræ fuit (vt ex eo audiit is, cui se in conspectum dabat) *Quia Dominus Deus rerum atque causa um*

V. Canisius. 1. l. 3. de B. V.

ad istos martyres pertinentium illi curam commiserat
Vnde coniectura capi potest certissima, sæpe alias non Sanctos, sed Angelos eorum vultu plerisque visos: vt paulo ante sub finem sæculi sexti referebam de S. Leone magno, aut eius Diacono qui Eulogio Patriarchæ Alexandrino gratias egisse perhibentur de suscepta defensione Epistolæ à Sancto illo Pontifice ad Calcedonense concilium scriptæ sed hæc aliena fortassis ab instituta narratione Non autem illud quod cum ante SS. illi martyres noctibus singulis duos annos visi sunt eidem Albrico cui occulorum vsum restituerant, multa nunciare: Angelorum id perfectum opera non temere credi possit

Visus tandem S. Archangelus Gabriel ea specie S. Marcellini viro illi pio qui pernoctabat in æde sacra; & aperuit plurima quæ referret in libellum tradendum Ludouico pio, qui tunc Aquisgranum suorum optimatum conuentum egerat, nimirum prospiciebat Archangelus Pio Principi, & satagebat ab eo calamitatem impendentem auertere, si diligenter dedisset effectum quod eo libello continebatur. Ita enim rem hanc interpretatur Baronius viso fidem fecit idem Archangelus accensis luce palam mirabiliter duobus cereis quos eius iussu tenebat in manibus Albricus qui accepta ab eo mandata perferebat seu potius in libellum referenti viro primario dictabat.

His nihilominus mirabile est quod apud Surium ex Pantaleone Diacono proditur: à S. Michaële Archangelo præstitum Constantinopoli beneficium oleo panchresto; quod ex eius statua manabat. Id cùm solitarium à pueris salutariter adhiberet ad omnes suos morbos Marcianus ædis

sacræ

ſacræ vſibus mancipatus : Medicus qui eum aliquando coëgit aliis quibuſdam vti medicamentis; adeo grauiter à Sanctiſſimo Angelorum Principe non verbis modo, ſed morbo caſtigatus eſt : vt non ante diſierit torqueri, quàm in ædem ſacram illarum à ſuis, oleo eodem perungeret idem Marcianus, quem S. Michaël perſanarat. Apud Coloſſos in Aſia minore pridem in eius Archangeli gratiam Deus aqua ſcaturiente miris modis morbos pellebat vt me referre memini.

Senonenſem vrbem illuſtrarant Euangelij ſplẽdore SS. Sauinianus, & Potentianus eò miſſi à S. Petro. Recrearunt autem Muſico concentu beati Angeli magnam noctis partem ad eorum lypſana quæ poſtridie vrbis eius Epiſcopus illáturus erat, ex ſubvrbano templo ad ſacram, & primariam ædem intra ciuitatem. Læta triſtibus triennio poſt excepta ſunt : cum iubente Domino Nomeneius qui occupata Minori Britannia tyrannum agebat ſceleratiſſimum, ab Angelo percuſſus interiit. Neomenium vocat Gordonus. *A.C.* 847. Vincent. ſpe. hiſt. l. 9. c. 41.

Aperuerant ora beati cœlites ad ladandum Deum in generoſis Martyribus : ſed quinquennio poſt ad vlciſcendos eos quos Rex Cordubæ ſecta Mahometanus iuſſerat crudeliter occidi cæſos ignominioſe ſuſpendi, & comburi. Regem Barbarum vix dum dato de ſanctis corporibus igni tradendis imperio, damnauit æterno ſilentio Angelus affixa eius palato lingua : & adeo grauiter percuſſit vt antequam ſacra lypſana in cineres eſſent redacta, ipſe ſempiternis ignibus arſurum animum exhalarit. *A.C.* 850. Baron. in Annal. Gordon. in ſua Cronol.

Sanctum Meinardum, ſeu Meginiadum ſolitarium à latronibus cœſum anno huius ſœculi ſe- *A.C.* 852. Baron.

xagesimo Angelus cereo ad pedes corporis exanimis accenso coluit: quod illi supplici noluerant homicidæ præstare. Pridem illi Angelus gratificatus fuerat quà septénis pueri forma adstans oranti; quà pellens dæmones qui molestiã illi exhibebant.

Quia S. Athanasiam Viduam, & Religiosam Baronius scribit circa tempora Theodoræ Augustæ vixisse, quæ Theophili Iconomachi Principis coniux, fidei de cultu Imaginum tenacissima, Michaëlis eius nominis tertij impij mater sanctissima, meruit Ecclesiæ fastis inseri, & sanctis adscribi sexto post occisum S.Meinardum anno mortua. Ad eum annum refero eiusdem S. Athanasiæ obitum cui duodecimo ante die duo iuuenes candida Surius tom.4. veste conspicui tabellas dederant; & iusserant scriptum in iis legere: quo monebatur. *Instare libertatem & ea lætari.* Iidem opinor in eius sinum stellam demiserant vt significarent cœlis immissam mentem cum de ineunda vita Religiosa cogitaret.

A.C. 866. Sur.to.1. 17.Ianu. & ex eo Baron. tom. 10 Angelis, quantum coniicere valde probabiliter possum, internunciis Stephanum sextum eius nominis Pontificem maximum primo pontificatus anno docuit Deus in qua Crypta laterent Sanctorum Martyrum Diodori, Mariani, & aliorum corpora, quos S. Stephano primo eiusdem nominis Ecclesiam administrante piè frequentantes & venerantes SS. Chrysanti, & Dariæ recens occisorum pro fide reliquias, hostes Chrystianorum in eadem crypta clausos ad necem compulerant. Fossores certè, quos operi admouit Stephanus constat dies aliquot odore suauissimo quasi liliorum, & rosarum ex effosis ruderibus recreatos: & noctu intra cryptam auditos Angelorum concentus visumque

que ſplendorem cœleſtem qui omnes acceſſu ad eum locum præ reuerentia, prohiberet.

Exeunte hoc ſæculo, & Eccleſiam vniuerſam adminiſtrante Stephano eius nominis ſeptimo, qui ſextus eſt dictus, S. Leoni Epiſcopo Rotomagenſi caput ab impiis Idolorum cultoribus piratis amputatum in Hiſpania: quò ſe ad ſementem Euangelij faciendam penetrarat. Id ipſe collegit, & comite Angelo ad vnum ſtadium detulit. Eiuſdem ortum pronunciarant pridem beati ſpiritus. Sauſſay. 3. Martij

Caput XVII.

Sæculum Decimum.

PRincipum, & ſacrorum, & ſæcularium præſidies, Deique milites ſe probarunt Angeli ſancti hoc ſæculo decimo. Vt enim hoc eodem aliis innumeris omnes mortales cuiuſque conditionis demeruerint beneficiis (quis enim de ea re ſine cœlitum iniuria poſſit ambigere) vix tamen aliud lego ſacris annotatum à ſcriptoribus, niſi pauca quædam in gratiam Sanctorum Martyrum: duorum ſanctorum præſulum: quatuor Regum; vnius ſãctæ virginis vniuſque æquitis nobiliſſimi. Singula paucis expedio ſeruato chronologiæ ordine.

Annum trigeſimum octauum S. Vvenceſlai Bohemiæ nomine tantum principis; re ipſa, & Imperatoris voluntate Regis, illuſtrauit glorioſa mors à fratre germano Boleſlao regnandi cupidiſſimo illata: quæ innocentem, & pium Principem

Abeli

Abeli ſimillimum *excudit Martyrem* (vt Tertulliani verbis vtar) Eum Angeli ſæpe numero variis affecerant beneficiis. Inſignia præ cæteris duo perſtringo. Serius venerat in Germanorum Principum conuentum, qui aduenientem ſtatuerant vlciſci contemptione mutua : etenim tarditatem eius ſuum fuerant interpretati contemptum, quam par erat ad eiuſdem moram in templo, & pietatem referre. Sed aſſurexit ingredienti etiam Imperator: quia viſi ſunt ipſi præire Angeli; & voluntaria demiſſione excelſo principi conciliare reuerentiam.

Decernendum illi erat armis de ſumma rerum cum ambiente & Rebelli Principe : conuenerat cum illo vt ſingulari certamine vtriuſque Principis ſine popularium ſanguine perficeretur bellum, prodiit vetrque in aciem, & campum diſpari cultu : nam Vvenceſlaus propemodum inermis Dauidi ſimillimus intrepidus ſtetit:at non ſolus:Nam viſus eſt Goliatho illi ; Angelis ſtipatus Vvenceſlaus à quorum vno iuſſus eſt abſtinere manus à ſuo Principe. Nec mora proiectis armis abiicit ſe ad Vvenceſlai pedes condonari ſibi crimen ſuppliciter petit : & ſe clientem addictiſſimum futurum recipit.

Incruenta fuit hæc Sanctorum Angelorum victoria pro Vvenceſlao non item illa quam eodem anno cœlites duo equitum ſpecie retulerunt pro Ramiro Rege Legionenſi palam certantes : nam ex innumeris copiis, quas Cordubæ Rex in eum aduocarat vndique, maxime ex Africa , cæſa ſunt hominum octoginta millia : captusque Regum Maurorum vnus,alio in fugam dato. A Sancta Editha virgine Sancti Eduardi Regis Angli & martyris ſorore quæ nata ſexageſimo circiter huius

ſæculi

ſæculi, diem obiit tertio & vigeſimo poſt anno Angelus mendici leproſi ſpecie ſtipem rogitare dignatus eſt & accepit.

Sanctum Dunſtanum poſt adminiſtratam ſub duobus deinceps Regibus Angliam factum primò Monachum; tum electum, & conſecratum Epiſcopum Vvigornienſem; poſt Archiepiſcopum Cantuarienſem; Eccleſiaſticæ diſciplinæ, & continentiæ defenſorem ſemper acerrimum, & Regum prudentiſſimum Cenſorem, magno ſtudio iuuerunt Angeli diuerſis conflictatum caſibus totos quinquaginta annos. Et ſi autem id non enucleate ſatis ab hiſtoricis eſſet proditum; inde tamen facile colligi poſſet quod pridie Triumphalis in cœlum Chriſti aſcenſus onno octauo ſupra octogeſimum, ab iis eſt monitus vt poſtridie cœlo inuectum Chriſtum proſequeretur. Nimirum par erat eum de morte ab iis admoneri qui eius admoneri, qui eius adhuc infantis prædixerant futuram virtutem: qui eum illa in ætate ægrum ſanarant, atque è ſummis ſcalis, qua, trepidus conſcenderat detraxerant illæſum: qui citharæ quam de muro ſuſpenderat neruos numeroſè pulſantes, futuros in terris labores, & in cœlis lætitiam ſymphoniaco cantu eidem vaticinati fuerant. Quid referam illi iam Epiſcopo ſacris operaturo, & aluari innixo dum Rex rideret è venatione auditos canere, quaſi ſi quis ritu ſolemniori ſacrificaret? quæ res illum à ſacrificio deterruit eo die, & Regem à venatione diebus feſtis. Quid eos dicam viſos aliquando vnum de ſuis Monachis in cœlum tollere. Quidni autem familiares eſſent tanto viro, qui maluit ſuum in cœlos aſcenſum differre in tertium, aut quartum diem, quàm ple-

A. C. 968.

Vincent. Bellouac ſpec. hiſt. l. 24. à c. 72. ad 94

A. C. 988.

bem sibi commissam fraudare verbo prædicationis: & eam luctu afficere die festo Triumphanti Christo? Æquali illius Sancto Osvvaldo dum Monachus sacrum faceret, Angelus ministri loco
A.C. 992. Baron. adfuit. Eiusdem post administratam, annos triginta vigorniensem Ecclesiam sanctissimè mortui corpus cum efferretur, niuea columba lapsa cœlis texit alis expansis, & lento volatu. Ignea quoque sphœra feretro imminens: sepulturæ locum designauit. Quis Angelos non intelligit his externis figuris aspectabiles iusta sanctissimo Episcopo persoluisse?

A.C. 998. Baron. Ab vmbra, vt sic loquar ad puluerem, à pacis artibus ad bellica certamina transeundum cum Angelis. Pietate, ac fide nobilis Ferdinandus Autolinus precibus incumbebat in templo, vt fernando Castillæ Comiti victoriam impetraret, cùm Arabibus prælium ex tempore committenti. Id Autolini factum ignauiæ, & animo pusillo tribuebant Duces: cum de subito visus est adeò fortiter in prima pugnare acie; hostes sternere; in fugam coniicere: vt ipsi victoriam de Arabibus omnes vno consensu tulerint acceptam. Nimirum ita mirabiliter pro suo cliente, qui sacris ædibus non extulerat pedem, pugnauit Angelus, vt hostium occisorum sanguine Autolini arma, & equus Gloriosè per'persa fuerint: quamquam procul abesset à loco certaminis in sanctiore orationis prælio feliciter occupatus.

Finem sœculo decimo iucundissimum attulerunt iidem Angeli, quorum vita nescit sœculorum vicissitudinem. Siluester Pontifex summus
A.C. 1000. eius nominis secundus Duci Polonorum Boleslao suppliciter per legatos petenti Regium nomen, &

diadema

diadema præpararat, coronam auream egregio perfectam opere; sed iussus est in somnis ab Angelo postridie adfuturis Stephani Sanctissimi Hungarorum & Principis, & Apostoli eam impertiri legatis, qui eam ad suum Ducem cum Regis nomine perferrent.

Perstitit Boleslaus in consilio obtinendi à Pontifice Regium titulum, & coronam quare aliquot Sancti Romualdi discipulos missos ab Ottone tertio imperatore in Poloniam ad fidei, & pietatis propagationem conatus est inducere ad id munus & Romanum iter suscipiendum. Cum id se facturos illi negassent, quia nefas putabant viros sacros se in res huiusmodi interponere seque in suas cellas recepissent, sequenti nocte à furibus persuasis magnam auri copiam ad iter illud eos accepisse à Boleslao, crudeliter interempti sunt. Eorum corpora ne absumeret ignis quem fures ædibus iniecerant vt incendio fortuito crederentur absumpti, impediuerunt iidem Angeli, qui lumine copioso totam noctem incubuerunt cellæ, eam suauissimo concentu celebrantes. Baron.

Vltor eius criminis sapientissimus Boleslaus captos homicidas vinctos ad sepulchra martyrum iis puniendos reliquerat: sed illi nouo vindictæ plane cœlestis genere mirabiliter solutos vinculis, abire permiserunt. Angelus hunc pij Principis zelum remuneratus est, soluto vicissim, & demisso è carcere Libero Monacho, quem Romam proficiscentem ad Ducis negotium de Regia corona perficiendum, Henricus Imperator infensus Boleslao detinebat in vinculis. Baron.

CAPVT.

Capvt. XVIII.

Sæculum Vndecimum.

A.C. 1002. Millenario, quem plerique sibi falsò persuaserant finem huic, quod sub sensus cadit vniuerso allaturum, feliciter exacto vndecimum sœculum feliciùs incohatum sanctissimi Principis Henrici electione in Regem Germaniæ beati cœlites suis antiquo more beneficiis & clam in omnes, & palam in plurimos collatis illustrarunt. Henrico quidem comites, & adiutores fuisse probat eius pietas & clementia vnde *pij* cognomen traxit: & castitas Angelica qua inaudito hactenus exemplo non contentus ea laude, qua in Duce Rege, & Imperatore non est exigua fidem S. Chunegundi coniugi seruare inuiolatam, eam moriens relinquere se virginem qualem acceperat palam est contestatus. Quare quod illius exercitui, Baron. quem in Italiam aduersus Græcos Ecclesiæ Romanæ hostes infensissimos ducebat; præiuisse perhibetur Angelus anno eius Imperiij nono. Idem ante contigisse non temere opinor cùm in Italiam venit, siue Harduuigum tyrannum coërciturus anno huius sœculi quinto: siue Benedictum octauũ eius nominis Pontificem; suæ sedi restiturus anno duodecimo. Sui nàmque semper similis pius Princeps nunquam bellum suscepit nisi iustum, & pium: neque prælium commisit quin se omnes milites ex homologesi peccatorum expiassent: & Eucharistiæ quasi castrensi epulo refecissent.

Huius

Huius posterioris expeditionis laborem remuneratus est Benedictus Pontifex Imperatoria corona solemni ritu Henrico, & Chunegundi imposita: Angeli autem pernoctantem in æde sacra S. Mariæ Maioris Principem, cœlestis Musicæ primùm suauitate recrearunt sacrificium Eucharistiæ solemni ritu faciente Christo; deinde iussu virginis sanctissimæ honorarunt oblato ad osculum de more post recitatam Euangelium Sacro Codice: denique ad tanti & tam inusitati spectaculi memoriam, renouarunt in illo quod de Iacobo Patriarcha produnt sacræ literæ ex percusso ab Angelo neruo femoris claudicasse. Et verò par in vtroque lucta præcesserat si quidem de oratione nocturna Iacobi luctam plerique interpretantur. A.C. 1015. 1011. Baron. Surius.

Æqualem S. Henrico tempore, & virtute, atque etiam affinem S. Stephanum, quem Hungariæ Regio nomine & corona vidimus à summo Pontifice Angelis impulsoribus donatum, prænunciarant nasciturum.

Conradi Imperatoris illum bello lacessentis Duces omnes dimiserunt Angeli, literis ad eos allatis ab Imperatore; summo nimirum nam Conradus nihil nisi victoriam meditabatur. Eius Regis eodem anno filium vnicum Emericum magnæ spei iuuenem & maioris virtutis Angelicis manibus in cœlum euectum, didicit Sanctæ vitæ Episcopus. Surius.

Eiusdem S. Regis mortui sepulchrum Symphonia cœlesti celebrarunt, & manum post aliquot tempus illæsam repertam cuidam S. Solitario religiosè seruandam commiserunt. Merebatur hanc beatorum cœlitum de se suisque rebus curam qui Angelorum Reginæ matri Christi se su- A.C. 1038.

sumque regnum addixerat: vitamque Apostolorum virtutibus insignem traduxerat.

A. C. 1041. Baron. ex Longino hist. Polon. Casimirum ex Cluniacensi Monacho, & Diacono datum à Pontifice petentibus Polonis Regem quia solus supererat Regiæ stirpis Princeps, cum facultate ducendæ coniugis ad procreandnm successorem adiuuerunt cœlestes spiritus non modo ad profligandos hostes, cuius rei gratia voto Monastico, & Diaconatus ministerio solutus fuerat: sed ad feliciter administrandum, & sanctitate morum imbuendum regnum quod Boleslao filio post decimnm & septimum annum moriens per manus tradidit.

A. C. 1049. Baron. Atque hactenus de beatorum cœlitum aduersus Laicos Principes hoc vndecimo sæculo benignitate quod annotare potui: In sacros deinceps non fuisse parciores probant ea quæ subiicio.

Octauo post solutum votis Casimirum anno proficiscebatur habitu peregrini Romam Bruno Tullensis Episcopus cum Hildebrando Monacho Cluniacensi; quo impulsore purpuram Pontificiam deposuerat; vt quam ab Henrico secundo eius nominis Imperatore accepisse se crediderat, eam sponte & legitime à clero creatus Pontifex indueret: sicut reuera contigit mutato nomine Brunonis in Leonem nonum: nam Tullensis Episcopus semper dici voluit. Diuino planè consilio susceptam eam peregrinationem, & creandam à clero Romano Pontificem, qui vitæ innocentia, & moribus Angelos imitabatur testatum omnibus voluerunt iidem Angeli: cum iter facienti per Galliam auditi sunt illud Dauidis stylo consignatum sacris literis diuinum oraculum suauissimè canere *Dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis, & non*

afflictio

afflictionis. Eorum vt ſe clientem addictiſſimum profiteretur ſimul ac Pontificatum adeptus eſt peregrinationem ad S. Michaëlis in monte Gargano religioſè ſuſcepit.

Quod de illo mortuo quinto poſt anno refert Baronius ex Deſiderio Caſſinenſi qui fuit Pàpa Victor tertius, non dubito accipere vt verba ſonant Angelicis ſubuectum manibus in cœlum. Nam Sanctorum numero fuit adſcriptus. Nec minus admirabile quod apud Sauſſayum lego cum Ratiſpona proficiſceretur Norimbergam excitatam ædiculam Christo crucifixo mirabiliter dedicaſſe; nam cum in eam de via conſpectam ſignum crucis impreſſiſſet, viſæ ſunt in illa delibutæ oleo ſacro cruces, characteres in puluere deſcripti & alia omnia in ſacris inaugurationibus perfici ſolita. Quādo Bellouacenſi S. Theobaldum ſolitarium ſcripſit floruiſſe in Gallia Henrico Cęſare, & altero Henrico Francorū Rege qui regnabant, adulto iam hoc ſœculo: (nam Henricus Rex nono ſupra quinquageſimum deſiit viuere & quarto poſt anno Cæſar) hoc fere anno dixerim ab Angelo ſubminiſtratū ipſi, & ſociis panem quo veſcerétur. Alterius meminit S. Theobaldi Abbatis & confeſſoris qui S. Ludouici æqualis illi prolem à Deo precibus impetrauit. A.C. 1054.

Hildebrandus non minus virtute apud Deum quam ingenio, & prudentia rerum gerendarum apud Pontifices gratioſus, quibus virtutibus ſummum obtinuit & geſſit ſanctiſſimè pontificatum Gregorius dictus eius nominis ſeptimus; vidit Angelum ſtantem ſuper altari gladium è vagina eductum huc atque illuc rotantem prænuncium propinquæ peſtis, quæ mortales plurimos de medio tolleret. Et verò eadem die in ipſius A.C. 1061. Sigiber. Vincent. Belloau. ſpec. hiſt. l. 15. c. 44. Baron.

Cardinalis hoſpitio (nam iter habebat) ſæuirę cæpit. Vt ab eo Infante, & prorſus illiterato in officina patris ludente non caſu ſed diuino nutu ex coniunctis lignorum quæ pater dolabat reiectaneis ſegmentis illud Dauidis oraculum expreſſit futuri ſui Pontificatus prædictionem *Dominabitur à mari vſque ad mare* : ita dubitari non poteſt quin eius manum cœleſtes rerum magnatum prænuncij direxerint ad tã inſolens infanti opus, & ad tam mirabilem vaticinationem edendã. Eorumdem ope nõ vetear dicere ſingulariter adiutũ iis tredecim annis quos in Pontificatu ita laborioſos ſimul, & fructuoſos egit ſanctiſſimè vt miraculis ante & poſt mortem clarum diuino iudicio approbatum & ad Zeli conſtantiam animatum ſanctis Pontificibus adſcribere non dubitauerit Eccleſia.

Surius ex Longino.

S. Staniſlai Craconienſis Epiſcopi morum ſanctitatis amantiſſimi, & eam ob cauſam à Boleſlao ſecundo eius nominis Polonorum Rege, cuius libidinem, imitatus S. Ioannem Baptiſtam, verbis primum poſt etiam Eccleſiæ fulmine caſtigatat; interempri dum in æde Sancto Michaëli dicata
A.C. rem ſacram faceret eius corpore in varias partes
1079. diſcerpto, & per agros ſparſo, quis neget Angelõs (quorum naturam ſanctus Ambroſius diuini honoris zelo conſtare dixit) exequias Cohoneſtaſſe ? quid enim erant aut quatuor Aquilæ quæ
Boron. à ſacris membris feras arcebant; vel nocturnus ſplendor, cuius indicio Canonici Craconienſes ea colligerunt vel lampades, & ignes ſeptennio toto noctibus ſingulis de cœlo palam deſcendentes ad ſancti ſepulchrum quàm Angelorum aut agentium inſtrumenta; aut præſentium aſpectabiles quædam formæ ? certè minus mihi dubium eſt quin

ad

ad ea membra inter se sic aptè coniungenda vt nulla extarent vulnerum vestigia Deus illos sit adhibere dignatus: quàm vt nonnullos opinatos dixi ad primi hominis fabricam; cuius in corpus ab iis diuino compactum Imperio animum immortalem Deus postmodum infuderit. Hanc cædem factam audiit Gregorius Pontifex; & pro eo ac debuit grauissimè vltus est: Deo sui vicarij iudicium approbante, & Regem profugum de statu mentis deiectum, & insanum errantem per agros canibus deuorandum addicente.

Felicior infinitis partibus fuit haud ita multo post S. Arnulphi Suessionensis Episcopi obitus qui post nauatam egregiam operam Gregorio septimo, sed magis Deo & Ecclesiæ vniuersæ, ita sensit cubiculum in quo iacebat mortem aperiens tertio concuti vt intellexerit diuinorum esse signa nam vt ipse suis apertè significauit primò adfuerat Sanctus Petrus qui de peccatorum omnium perfecta expiatione certiorem fecit: Tum adstiterat breui morituro S. Archangelus Michaël multis Angelis stipatus qui se Ducem illi futurum ad superos recepit. A. C. 1087. Baron. tom. 11. Surius tom. 4. 15. Aug.

Postremo beatissima Dei parens, & virgo virginum cincta globo, eundem de die obitus præmonuerat eo nempe quo eius in cælos assumptæ triumphus quotannis reuocati solet.

CAPVT XIX.

Sæculum Duodecimum.

COnsecrauit iniens hoc Sæculum Angeli terrestris ad superos discessus, quem à cœlitibus dum vixit in terris variis affectum beneficiis dubitare non sinunt quæ in sanctos solitudinis cultores iam inde à S.Paulo solitariorum Principe illos deinceps contulisse vidimus. Is erat Sanctus Bruno Carthusianæ sanctissimæ familiæ, sanctissimus Institutor quæ cum ab anno superioris sæculi sexto supra octogesimum quo cœpit ad hunc vsque nonum supra quadragesimum sæculi decimi septimi perseueret annos quingentos sexaginta & tres sine vlla primi ardoris, & antiquæ speciei diminutione & absque regularis disciplinæ detrimento: liquere puto beatos Angelos non occultis modo viis suam in hunc ordinem benignitatem testatos continenter; sed etiam manifestis, & quidem admodum frequentibus officiis quorum cognitionem eius Sanctissimæ familiæ modestia posteris non inuidit, quidem, neque enim in Angelos cadit inuidia, vt annotauit Sanctus Dionysius Areopagita; sed impertiri noluit. Amore quippe tanto solitudinis, & silentij tenetur vt se suaque omnia mortalium oculis quamtumuis curiosis subducere omni ope conetur: ne (quod olim Sanctus quidam Anachoreta respondit mirantibus quanto studio mortalium consuetudinem fugeret) dum se suaque dant in hominum conspectum

ſepa͂tũm, Angelos à ſe dimittant.

Haud ita multis annis ab obitu S. Brunonis abiere in cœlum duo ſanctitate inſignes & de Eccleſia optime meriti ſancti Anſelmus ex Auguſtæ Salaſſorum & Alpium indigena ad Cantuarienſem euectus Archiepiſcopatum; & Hugo Cluniacenſis Abbas Pontificũ & Regum amores vtrique viſi ſunt Angeli in cœlum efferre lectos ſane magnificos æternæ quam erant adepturi quietis, & felicitatis illuſtres notas.

Deliteſcebat hoc fere tempore intra ſpeluncam haud valde procul Panormo vrbe Siciliæ virgo Siculorum principum nata ſanguine ſancta Roſalia cui ad eam ſpeluncam Dux artiſque Deum rite precandi magiſter, & vt innumera taceam alia comes in cœlum fuit Angelus. Nec vana eſt coniectura ab Angelis, vt olim S. Catharinam tumulo illatam in quo ſacrum id corpus poſt annos fere quingentos fuit inuentum vix dum adulto ſæculo ſeptimo ſupra decimum.

S. Stephanum Grandimontenſium fundatorem & virginis ſanctiſſimæ adeo ſtudioſum cultorem vt ei datam fidem & annulo quaſi ſponſæ oppigneratam virginitatem intactam ſeruarit annos octoginta; dubium eſſe non poteſt quin Angeli Virginis & Virginitatis amantiſſimi in cœlum euexerint corporis ſolutum vinculis Teſtes eius rei fuere Lemouicenſes aliquot ex Sancti Auguſtini familia Religioſi quibus auditi ſunt Angeli inter ſe ita loquentes *Eamus, Eamus animam ſuſcepturi Stephani ſerui Dei.* Teſtis Puellulus qui iam triduo animam agebat cum de ſubito adſtantes admonet vidiſſe ſe Stephanum Grandimontenſem in cœlum cum Angelis per ſcalas aſcendentem illis

quas Iacobi viderat simillimas, & abire se post eum ad superos. Mors illico sequuta fidem dictis fecit.

Sub idem tempus captiuis tribus nobilibus Frāco Belgciis qui Ægyptij Sultani apud quem erant in vinculis filiæ cupidæ videndi imaginē Deiparæ Virginis receperant se voti compotem facturos: iidem haud dubiè Angeli eam vel aliunde attulerunt vel etiam ibidem à se pictam tradiderunt; qui Musico concentu diuinum hoc beneficium auditi sunt in eo carcere quo captiui claudebantur celebrare: facileque adducor vt credam illis non ab alio nisi ab Angelo apertum carcerem, & traiectum nauigio Nilum: eosque paulo post somno sopitos translatos breui cum Regia puella in Picardiam; vbi Christo nomen dedit; & imago eadem miraculis celeberrima colitur in æde sacra Deiparæ cui à *lætitia* nomen inditum est.

A. C. 1130. Libello de care

A. C. 1134.

S. Nortbertum Præmonstratensis ordinis fundatorem qui huius sæculi annum quartum & trigesimum suo discessu in cœlum illustrauit, futurum Angelus Episcopum prædixit primò eius matri cum nondum filium in lucem edidisset: deinde ipsi & Romanis ciuibus cum vrbe excederet. Eum denique Angelus vt alia silentio prætercam, quis esset duorum Tyronum interior animi status docuit.

Cæterum non ita pacis cultores fauent vt iis, qui bellum præsertim sacrum gerunt suam denegent opem nam decennio post Christianus exercitus qui in oriente sub auspiciis Balduini pueri Regis aduersus Arabes bellum gerebat semel atque iterum magnis in locorum angustiis. Hostium insidiis, & internecionis periculis Duce Angelo

gelo Hierosolymam incolumis rediit: Duce euanescente ex oculis simul clientes suos in tuto collocauerat. *A.C.* 1144.

Si quod plerisque visum est Guilielmus Aquitaniæ Dux non in peregrinatione ad S. Iacobi compostellam suscepta anno sexto supra trigesimum huius sæculi diem suum obiit, quod tamen Baronio magis probatur: quia eius temporis scriptores id asserunt: sed aliquanto post cum sparso per fidos sibi, rumore de eius morte ipse varias obiisset, & solitudines, & prouincias habitu rei graues suorum criminum pœnas rite pendentes: Illi vel alteri cui nomen idem fuit sub hæc tempora fidi consiliarij fuerunt Angeli rebus in dubiis, & in psalmorum cantu, atque aliis precationibus perquam Iucundi socij. Baron ex Vvilelmo Tyrio. l. 16. de bello sacro c. 8. *A.C.* 1150. Sur. 10. Feb.

Vt S. Bernardus Claræuallensis Abbas exiens sæculum superius suo illustrauit ortu & infantiæ, ac pueritiæ innocentia: ita præsens hoc insigne ad posteritatis memoriam reliquit adolescentiæ castitate; iuuentutis solitudine; virilis ætatis, atque ineuntis senectutis sanctitate: omnique virtutum ad Ecclesiæ commodum vsu sane prorsus heroïco, atque Apostolico vt cum Baronio loquar: & plusquam dimidiatum felici ad superos abitu consecrauit.

Harum laudum sibi secundum Deum & Virginem si beatos Angelos dixero partem non exiguam vindicare haud aberraro nam constat auditos ab eo suauissimo cantu iusta funebria persoluere defuncto pauperi in ædibus claræuallis suscipiendis peregrinis deputatis: imo eius animam in cœlum efferre: quæ res eum non mediocriter excitauit ad eius charitatis erga peregrinos feruentius *A.C.* 1153.

 studium

La Cerda c.22. de excellentia Angelie ex Chrysostomo Henriquez vitæ S. Bernardi c.32.

studium Eundem Bernardum aduocauerat beatorum cœlitum vnus ad charissimam sororem quæ fratrem, imo fratres imitata post actam sanctissimè in eodem ordine Religioso vitam erat in procinctu ad æternitatem: Eidem visi sunt Angeli multa luce circunfusi choros canentium *Te Deum laudamus* percurrere, & modo hunc modo illum excitare ad pietatem, iisque gratulari.

Vnde facile adducor vt accipiam prout verba sonant illa vnius Fpitaphiorum sepulchro Sancti huius viri affixorum, *Venisse illi migranti ex corpore obuios turmatim Angelos* quorum nimirum mores virginitate perfecta cum diuina voluntate consensione; ardenti & efficaci humanæ salutis studio; atque innocentia vitæ fuerat æmulatus.

Quando autem Christus Dominus sibi tributa obsequia dignatur interpretari, quæcunquæ suis præstantur beneficia; haud iniuria dixerim ea S. Bernardo ab Angelis collata quibus deinceps instituti ab eo Ordinis Religiosos affecerunt iam ipso viuente in centum, & sexaginta toto distinctos orbe cœnobia. Quæ Angelorum in eos merita ex menologio cistercìensi aliisque scriptoribus decerpta, ac nominatim ex Cæsario qui scribebat sub initia proximi sœculi quia difficile est certis temporum notis distinguere; in vnum quasi fascem hic collecta sub vno aspectu pono.

Simonem, quem Caziacensi cœnobio Abbatem S. Bernardus præfecerat reducem Claram-vallem Angeli viuum sua familiaritate, morientem symphonia recrearunt.

Æqualem S. Bernardi & pietate aduersus Virginem egregium imitatorem Bertramum nobili genere natum & cistерciensis Ordinis nobiliorem alumnum

alumnum grauiter torquebat; quod ambigi videret à nonnullis de Virgineo Deiparæ corpore in cœlum assumpto. Non tulit benignitas virginis sibi addictissimum clientem in ea diu esse molestia descendit illa stipata cœlitibus in ædiculam, quam luce supera compleuit: ad eius fores rapi ab Angelo iubet Bertramum; atque ab altero lumine circumfuso foris stantem aduocari, & intromitti. Vbi ex eius ore discit quod cupiebat vehementer rediuiuam se in cœlis triumphare & regnare.

Beatam Elisabetham tertio post S. Bernardi obitum anno Vincentius Bellouacensis illud idem edoctam ab Angelo scribit: præter alia multa, atque libello donatam qui *viarium* Domini inscribitur.

Haud multò post contigit autore Cæsario luctu vsus in speciem obitus triginta Cistercienfium Monachorum in cœnobio quodam Germaniæ sed mœrore contractos superstitum animos suauissimus Angelorum Iusta mortuis persoluentium cantus lætitiæ perfudit & dilatauit.

Beato Henrico eiusdem ordinis, vt vocant conuerso beatos cœlites sæpe numero se in conspectum dare solitos refert Cœsarius: & ab eorum vno audiisse non immerito sua vocatione contentum eum viuere quando nullum in Ecclesia tunc temporis esset Religiosum institutum perfectius.

Eadem familiaritate nobilis fuit Arnaldus cognomine de Maiorca, opera S. Bernardi adeo mirabiliter traductus à vitiorum cœno ad Religiosæ vitæ studium, vt prouerbij loco dici soleret non minus miraculum fuisse Arnoldum ex vitiis, quàm Lazarum à morte fuisse excitatum. Saussayus 16. Iul. j.

Adolescentem

Adolescentem eius ordinis Monachum, qui postea Claræuallensi cœnobio præfuit octauus, sub inde dormitantem in choro Angelus suauiter impulsum excitabat: & ne quod suspicabatur id sibi officij ab Abbate crederet præstitum, se illi beatus hic spiritus specie pulcherrimi Iuuenis aurea cæsarie, per chorum modestissimè inambulantis videndum præbuit. Cumqueidem iuuenis graui dolore capitis, quem postmodum aduertit dæmonis dolo immissum discessum ab æde sacra vbi erat Eucharistia participanda cogitaret, hac sub auditum cadente voce (nempe ab eodem Angelo prolata) sistebatur; *laudans inuocabo Dominum & ab inimicis meis saluus ero.* Et verò vbi ad sacram mensam propius accessit dolum deprehendit dæmonis, lapso è capite quasi lapide; & absterso omni doloris sensu.

Auditus in cœnobio Bonæuallis eiusdem ordinis Cisterciensis symphoniacus Angelorum cantus occurrentium animæ Religiosi, qui post graues, & diuturnos morbos ita constanter toleratos vt ne latum quidem vnguem à victu, & vita communi quamquam legitimo morborum obtentu discederet; paralysi tandem solutus corporis vinculis abibat in cœlum. Audiit hanc musicam tyronum sanctitate vitæ conspicuus magister:is propius aberat à morte grauissimo confectus morbo: & diuino statim afflatus numine prædixit se postridie obiturum, veritatem oraculi comprobauit euentus.

Grauibus conflictatam morbis consolati sunt Angeli, & aduersus dæmonem armatus igneo gladio Cherubinus tutatus est Sanctam Hildegardem Virginem supparem Sancto Bernardo: imò illius æqualem: nam eo maximè annitente Euge-

nius

pius tertius eius nominis summus Pontifex, & Virgini quæcunque diuino afflatu didicisset, & deinceps disceret non permisit modo, sed imperauit datis ad eam literis humanissimis, vt monumentis consignaret, superstes autem fuit huic Sancto Abbati: quippe quæ Arnoldo Moguntino Archiepiscopo Schismaticorum fautori miserandum prædixit exitium septimo post Sancti Bernardi migrationem ad superos anno. Ad mirabiles illas vaticinationes dubium non est quin suam Deo nauarint operam felices illius internuncij. Ad eadem tempora refero quæ narrat idem Cæsarius de contentione quatuor beatorum Angelorum cum quatuor dæmonibus: cum enim hi spectante Religiosorum cœtu qui iusta persoluebant funebria foëneratori qui acta pœnitentia decesserat, occurrissent animum eius repetentes prolatis in eum finem psalmi quinti supra trigesimum primis quatuor oraculis! quibus eum fuisse iniustum probabant, beati cœlites aliis quatuor eiusdem psalmi quæ deinceps à dauide fuerunt edita veniam à Deo datam pœnitenti, & certam hæreditatis in cœlis spem factam euicerunt. A.C. 1160.

Godescalci, (quo fuerat vsus Eugenius tertius in confutando Gilberto Porretano) abdicato Episcopatu Atrebatensi senis, & cæci ad suos Præmonstratenses reducis, visi sunt frequentes, & candidati Angeli migratiuæ in cœlum, animæ præstolati. Cæsar. l. 2. de contrit. c. 32. Saussay. 7. Augu. Menolo. Cisterciense.

Alphonsus primus Lusitaniæ Dux ab Alexandro tertio Pontifice Regio postmodum nomine, & diademate donatus propitios habuit Sanctos Angelos, atque in primis eorum Principem Michaëlem defensorem in prælio quod cum Arabe hispalensi Vasconcellus in Alphonso. 1.

lensi Rege committebat, illi quipe præ dolore amissi Regij vixilli ruenti in confertos hostes imminere visum est, ab ipsis etiam Arabibus armatum brachium ad propulsandum ab eo periculum, & ala qua tegeretur. Vnde ne gloriosæ reportatæ ab hostibus auspice, & adiutore Michaële cuius in periculo opem supplex popofcerat, victoriæ vnquam intercideret memoria; eam Ordine Equitum tessera insignium instituto consecrauit; quem ad grati animi erga S. Archangelum significationem Sancti Michaëlis siue de Ala dici voluit. In Menologio Cistercienfis familiæ cuius Abbati ordinem hunc equestrem subiecit Alphonsus, me legere memini mirabilis huius victoriæ celebritatem anniuersariam fieri sub nomine triumphi Sancti Michaëlis.

Alexandro tertio eius nominis Pontifice Sultanus Iconij matre Christiana natus, & ab ea moriente adiuratus vt super sepulchro quo mortuam conderet Crucis signum statueret: paruit ille quidē sed clàm, & nocte verius ne suos Mahumeti addictissimos in se concitaret. Nec vanus fuit metus, nam postridie cruce illa vehementer offensi in eam primum inuolarunt: in Sultanūm deinde ruituri ad irritum cecidit impius eorum conatus, Angelis pro sacro diuinorū exercituum signo, & labaro ita fortiter, & feliciter pugnantibus, vt tres qui deinceps illud euellere ex pyramide supra quam fixum erat impię tentarunt miserabiliter, & illico sint extincti; aliique magno numero, qui idem moliebantur fulminibus, & igne delapso cœlitus absumpti: ab eo sine dubitatione Angelo qui statim visus est clarissimum signum crucis illi pyramidi infigere. Quæ prodigia quia multis Mahumetanis

metanis salutem attulere, existimauerim contigisse non vt sensit Robertus in appendice ad Sigebertum anno primo supra octogesimum qui fuit vltimus Alexandri: sed sexagesimo & nono qui fuit eius decimus. Sic enim sensit post Matthæum Paris Baronius:& persuadet Sultani ipsius hoc miraculo impulsi vt matris de Christo colendo monitioni pareret litteræ ad Alexandrum scriptæ, & vicissim ab eo Pontifice acceptæ.

Non minorem nauarunt operam eo fere tempore vili in speciem plebeculæ quàm Regibus: nam in gratiam S. Isidori Bubulci. qui vitam sanctissimè transactam inter opera rustica beato fine conclusit, anno circiter septuagesimo sæculi duodecimi visi sunt Angeli duo canditati bubulcos agere & bobus candidis duobus terram aratro colere, ne fraudi esset Domino cui suam operam locauerat Isidorus, diuturnior, & ad multam diem eius in sacris ædibus mora. Quid enim memorem iis administris sæpe multiplicatas illi dapes ad egenorum, imo etiam auium quibus Dei causa bene volebat depellendam famem? Quid referam æra omnia campana Madriti suapte, verius Angelorum opera quantus fuisset Isidorus personuisse. dum eius corpus incorruptum in augustiorem locum Dei nutu transferretur. *A.C. 1170. In vita eius. In eius vita.*

S. Osvvaldo Episcopo vi-gorniensi æquali illorum temporum sacris operanti Angelus religiosi instar clerici ministrauit.

Septennio vix dum elapso quiddam contigit æquè admirandum in re, & persona, nihilo magis illustri puerum duodennem, & pastorem vulgo Benezet dictum (Ioanni Benedicto illi nomē fuisse obseruauit P. Theophilus Raynaudus) Iesus Christus iterum ac tertio iussit Rhodanum Auc- *A.C. 1177.*

ſumque regnum addixerat: vitamque Apoſtolorum virtutibus inſignem traduxerat.

A. C. 1041. Baron. ex Longino hiſt. Polon. Caſimirum ex Cluniacenſi Monacho, & Diacono datum à Pontifice petentibus Polonis Regem quia ſolus ſupererat Regiæ ſtirpis Princeps, cum facultate ducendæ coniugis ad procreandum ſucceſſorem adiuuerunt cœleſtes ſpiritus non modo ad profligandos hoſtes, cuius rei gratia voto Monaſtico, & Diaconatus miniſterio ſolutus fuerat: ſed ad feliciter adminiſtrandum, & ſanctitate morum imbuendum regnum quod Boleſlao filio poſt decimum & ſeptimum annum moriens per manus tradidit.

A. C. 1049. Baron. Atque hactenus de beatorum cœlitum aduerſus Laicos Principes hoc vndecimo ſæculo benignitate quod annotare potui: In ſacros deinceps non fuiſſe parciores probant ea quæ ſubiicio.

Octauo poſt ſolutum votis Caſimirum anno proficiſcebatur habitu peregrini Romam Bruno Tullenſis Epiſcopus cum Hildebrando Monacho Cluniacenſi; quo impulſore purpuram Pontificiam depoſuerat; vt quam ab Henrico ſecundo eius nominis Imperatore accepiſſe ſe crediderat, eam ſponte & legitime à clero creatus Pontifex indueret: ſicut reuera contigit mutato nomine Brunonis in Leonem nonum: nam Tullenſis Epiſcopus ſemper dici voluit. Diuino planè conſilio ſuſceptam eam peregrinationem, & creandam à clero Romano Pontificem, qui vitæ innocentia, & moribus Angelos imitabatur teſtatum omnibus voluerunt iidem Angeli: cum iter facienti per Galliam auditi ſunt illud Dauidis ſtylo conſignatum ſacris literis diuinum oraculum ſuauiſſimè canere *Dicit Dominus ego cogito cogitationes pacis, & non*

afflictio

afflictionis. Eorum vt se clientem addictissimum profiteretur simul ac Pontificatum adeptus est peregrinationem ad S. Michaëlis in monte Gargano religiosè suscepit.

Quod de illo mortuo quinto post anno refert Baronius ex Desiderio Cassinensi qui fuit Papa Victor tertius, non dubito accipere, vt verba sonant Angelicis subuectum manibus in cœlum. Nam Sanctorum numero fuit adscriptus. Nec minus admirabile quod apud Saussayum lego cum Ratispona proficisceretur Norimbergam excitatam ædiculam Christo crucifixo mirabiliter dedicasse; nam cum in eam de via conspectam signum crucis impressisset, visæ sunt in illa delibutæ oleo sacro cruces, characteres in puluere descripti & alia omnia in sacris inaugurationibus perfici solita. Quàdo Bellouacensi S.Theobaldum solitarium scripsit floruisse in Gallia Henrico Cęsare,& altero Henrico Francorũ Rege qui regnabant, adulto iam hoc sæculo:(nam Henricus Rex nono supra quinquagesimum desiit viuere & quarto post anno Cæsar) hoc fere anno dixerim ab Angelo subministratũ ipsi,& sociis panem quo vescerētur. Alterius meminit S. Theobaldi Abbatis & confessoris qui S.Ludouici æqualis illi prolem à Deo precibus impetrauit. *A.C. 1054.*

Hildebrandus non minus virtute apud Deum quam ingenio, & prudentia rerum gerendarum apud Pontifices gratiosus, quibus virtutibus summum obtinuit & gessit sanctissimè pontificatum Gregorius dictus eius nominis septimus; vidit Angelum stantem super altari gladium è vagina eductum huc atque illuc rotantem prænuncium propinquæ pestis, quæ mortales plurimos de medio tolleret. Et verò eadem die in ipsius *A.C. 1061. Sigiber. Vincent. Belloau. spec.hist. l.15.c. 44. Baron.*

Cardinalis hospitio (nam iter habebat) sæuire cæpit. Vt ab eo Infante, & prorsus illiterato in officina patris ludente non casu sed diuino nutu ex coniunctis lignorum quæ pater dolabat reiectaneis segmentis illud Dauidis oraculum expressit futuri sui Pontificatus prædictionem *Dominabitur à mari vsque ad mare* : ita dubitari non potest quin eius manum cœlestes rerum magnarum prænuncij direxerint ad tã insolens infanti opus, & ad tam mirabilem vaticinationem edendã. Eorumdem ope nõ verear dicere singulariter adiutũ iis tredecim annis quos in Pontificatu ita laboriosos simul, & fructuosos egit sanctissimè vt miraculis ante & post mortem clarum diuino iudicio approbatum & ad Zeli constantiam animatum sanctis Pontificibus adscribere non dubitauerit Ecclesia.

Surius ex Longino. S. Stanislai Craconiensis Episcopi morum sanctitatis amantissimi, & eam ob causam à Boleslao secundo eius nominis Polonorum Rege cuius libidinem, imitatus S. Ioannem Baptistam, verbis primum post etiam Ecclesiæ fulmine castigarat; interempti dum in æde Sancto Michaëli dicata

A.C. 1079. rem sacram faceret eius corpore in varias partes discerpto, & per agros sparso, quis neget Angelos (quorum naturam Sanctus Ambrosius diuini honoris zelo constare dixit) exequias Cohonestasse? quid enim erant aut quatuor Aquilæ quæ

Boron. à sacris membris feras arcebant; vel nocturnus splendor, cuius indicio Canonici Craconienses ea collegerunt vel lampades, & ignes septennio toto noctibus singulis de cœlo palam descendentes ad sancti sepulchrum quàm Angelorum aut agentium instrumenta; aut præsentium aspectabiles quædam formæ? certè minus mihi dubium est quin

ad

ad ea membra inter se sic aptè coniungenda vt nulla extarent vulnerum vestigia Deus illos sit adhibere dignatus: quàm vt nonnullos opinatos dixi ad primi hominis fabricam; cuius in corpus ab iis diuino compactum Imperio animum immortalem Deus postmodum infuderit. Hanc cœdem factam audiit Gregorius Pontifex; & pro eo ac debuit grauissimè vltus est: Deo sui vicarij iudicium approbante, & Regem profugum de statu mentis deiectum, & insanum errantem per agros canibus deuorandum addicente.

Felicior infinitis partibus fuit haud ita multo post S. Arnulphi Suessionensis Episcopi obitus qui post nauatam egregiam operam Gregorio septimo, sed magis Deo & Ecclesiæ vniuersæ, ita sensit cubiculum in quo iacebat mortem aperiens tertio concuti vt intellexerit diuinorum esse signa nam vt ipse suis apertè significauit primò adfuerat Sanctus Petrus qui de peccatorum omnium perfecta expiatione certiorem fecit: Tum adstiterat breui morituro S. Archangelus Michaël multis Angelis stipatus qui se Ducem illi futurum ad superos recepit. A. C. 1087. Baron. tom. 11. Surius tom. 4. 15. Aug.

Postremo beatissima Dei parens, & virgo virginum cincta globo, eundem de die obitus præmonuerat eo nempe quo eius in cælos assumptæ triumphus quotannis reuocati solet.

CAPVT XIX.

Sæculum Duodecimum.

CONsecrauit insens hoc Sæculum Angeli terrestris ad superos discessus, quem à cœlitibus dum vixit in terris variis affectum beneficiis dubitare non sinunt quæ in sanctos solitudinis cultores iam inde à S. Paulo solitariorum Principe illos deinceps contulisse vidimus. Is erat Sanctus Bruno Carthusianæ sanctissimæ familiæ, sanctissimus Institutor quæ cum ab anno superioris sæculi sexto supra octogesimum quo cœpit ad hunc vsque nonum supra quadragesimum sæculi decimi septimi perseueret annos quingentos sexaginta & tres sine vlla primi ardoris, & antiquæ speciei diminutione & absque regularis disciplinæ detrimento: liquere puto beatos Angelos non occultis modo viis suam in hunc ordinem benignitatem testatos continenter; sed etiam manifestis, & quidem admodum frequentibus officiis quorum cognitionem eius Sanctissimæ familiæ modestia posteris non inuidit, quidem, neque enim in Angelos cadit inuidia, vt annotauit Sanctus Dionysius Areopagita; sed impertiri noluit. Amore quippe tanto solitudinis, & silentij tenetur vt se suaque omnia mortalium oculis quamtumuis curiosis subducere omni ope conetur: ne (quod olim Sanctus quidam Anachoreta respondit mirantibus quanto studio mortalium consuetudinem fugeret) dum se suaque dant in hominum con-

spectum

ſcepſtrum, Angelos à ſe dimittant.

Haud ita multis annis ab obitu S. Brunonis abiere in cœlum duo ſanctitate inſignes & de Eccleſia optime meriti ſancti Anſelmus ex Auguſtæ Salaſſorum & Alpium indigena ad Cantuarienſem euectus Archiepiſcopatum; & Hugo Cluniacenſis Abbas Pontificū & Regum amores vtrique viſi ſunt Angeli in cœlum efferre lectos ſane magnificos æternæ quam erant adepturi quietis, & felicitatis illuſtres notas.

Deliteſcebat hoc fere tempore intra ſpeluncam haud valde procul Panormo vrbe Siciliæ virgo Siculorum principum nata ſanguine ſancta Roſalia cui ad eam ſpeluncam Dux artiſque Deum rite precandi magiſter, & vt innumera taceam alia comes in cœlum fuit Angelus. Nec vana eſt coniectura ab Angelis, vt olim S. Catharinam tumulo illatam in quo ſacrum id corpus poſt annos fere quingentos fuit inuentum vix dum adulto ſæculo ſeptimo ſupra decimum.

S. Stephanum Grandimontenſium fundatorem & virginis ſanctiſſimæ adeo ſtudioſum cultorem vt ei datam fidem & annulo quaſi ſponſæ oppigneratam virginitatem intactam ſeruarit annos octoginta; dubium eſſe non poteſt quin Angeli Virginis & Virginitatis amantiſſimi in cœlum euexerint corporis ſolutum vinculis Teſtes eius rei fuere Lemouicenſes aliquot ex Sancti Auguſtini familia Religioſi quibus auditi ſunt Angeli inter ſe ita loquentes *Eamus, Eamus animam ſuſcepturi Stephani ſerui Dei.* Teſtis Puellulus qui iam triduo animam agebat cum de ſubito adſtantes admonet vidiſſe ſe Stephanum Grandimontenſem in cœlum cum Angelis per ſcalas aſcendentem illis

gelo Hierosolymam incolumis rediit: Duce euanescente ex oculis simul clientes suos in tuto collocauerat. A.C. 1144.

Si quod plerisque visum est Guilielmus Aquitaniæ Dux non in peregrinatione ad S. Iacobi compostellam suscepta anno sexto supra trigesimum huius sæculi diem suum obiit, quod tamen Baronio magis probatur: quia eius temporis scriptores id asserunt: sed aliquanto post cum sparso per fidos sibi, rumore de eius morte ipse varias obiisset, & solitudines, & prouincias habitu rei graues suorum criminum pœnas rite pendentes: Illi vel alteri cui nomen idem fuit sub hæc tempora fidi consiliarij fuerunt Angeli rebus in dubiis, & in psalmorum cantu, atque aliis precationibus per quam Iucundi socij. Baron ex Vvilelmo Tyrio.l. 16. de bello sacro c. 8. A.C. 1150. Sur. 10. Feb.

Vt S. Bernardus Claræuallensis Abbas exiens sæculum superius suo illustrauit ortu & infantiæ, ac pueritiæ innocentia: ita præsens hoc insigne ad posteritatis memoriam reliquit adolescentiæ castitate; iuuentutis solitudine; virilis ætatis, atque ineuntis senectutis sanctitate: omnique virtutum ad Ecclesiæ commodum vsu sane prorsus heroïco, atque Apostolico vt cum Baronio loquar: & plusquam dimidiatum felici ad superos* abitu consecrauit.

Harum laudum sibi secundum Deum & Virginem si beatos Angelos dixero partem non exiguam vindicare haud aberraro nam constat auditos ab eo suauissimo cantu iusta funebria persoluere defuncto pauperi in ædibus claræuallis suscipiendis peregrinis deputatis; imo eius animam in cœlum efferre: quæ res eum non mediocriter excitauit ad eius charitatis erga peregrinos feruentius A.C. 1153.

La Cerda c.22. de excellentia Angeli ex Chrysostomo Henriquez vitæ S. Bernardi c.32.

studium Eundem Bernardum aduocauerat beatorum cœlitum vnus ad charissimam sororem quæ fratrem, imo fratres imitata post actam sanctissimè in eodem ordine Religioso vitam erat in procinctu ad æternitatem: Eidem visi sunt Angeli multa luce circunfusi choros canentium *Te Deum laudamus* percurrere, & modo hunc modo illum excitare ad pietatem, iisque gratulari.

Vnde facile adducor vt accipiam prout verba sonant illa vnius Fpitaphiorum sepulchro Sancti huius viri affixorum. *Venisse illi migranti ex corpore obuios turmatim Angelos* quorum nimirum mores virginitate perfecta cum diuina voluntate consensione; ardenti & efficaci humanæ salutis studio; atque innocentia vitæ fuerat æmulatus.

Quando autem Christus Dominus sibi tributa obsequia dignatur interpretari, quæcunque suis præstantur beneficia; haud iniuria dixerim ea S. Bernardo ab Angelis collata quibus deinceps instituti ab eo Ordinis Religiosos affecerunt iam ipso viuente in centum, & sexaginta toto distinctos orbe cœnobia. Quæ Angelorum in eos merita ex menologio cisterciensi aliisque scriptoribus decerpta, ac nominatim ex Cæsario qui scribebat sub initia proximi sæculi quia difficile est certis temporum notis distinguere, in vnum quasi fascem hic collecta sub vno aspectu pono.

Simonem, quem Caziacensi cœnobio Abbatem S. Bernardus præfecerat reducem Claram-vallem Angeli viuum sua familiaritate, morientem symphonia recrearunt.

Æqualem S. Bernardi & pietate aduersus Virginem egregium imitatorem Bertramum nobili genere natum & cisterciensis Ordinis nobiliorem alumnum

alumnum grauiter torquebat; quod ambigi videret à nonnullis de Virgineo Deiparæ corpore in cœlum assumpto. Non tulit benignitas virginis sibi addictissimum clientem in ea diu esse molestia descendit illa stipata cœlitibus in ædiculam, quam luce supera compleuit: ad eius fores rapi ab Angelo iubet Bertramum; atque ab altero lumine circumfuso foris stantem aduocari, & intromitti. Vbi ex eius ore discit quod cupiebat vehementer rediuiuam se in cœlis triumphare & regnare.

Beatam Elisabetham tertio post S. Bernardi obitum anno Vincentius Bellouacensis illud idem edoctam ab Angelo scribit: præter alia multa, atque libello donatam qui *viarium* Domini inscribitur.

Haud multò post contigit autore Cæsario luctu vsus in speciem obitus triginta Cistercienſium Monachorum in cœnobio quodam Germaniæ sed mœrore contractos superstitum animos suauissimus Angelorum Iusta mortuis persoluentium cantus lætitiæ perfudit & dilatauit.

Beato Henrico eiusdem ordinis, vt vocant conuerso beatos cœlites sæpe numero se in conspectum dare solitos refert Cœsarius: & ab eorum vno audiisse non immerito sua vocatione contentum eum viuere quando nullum in Ecclesia tunc temporis esset Religiosum institutum perfectius.

Eadem familiaritate nobilis fuit Arnaldus cognomine de Maiorca, opera S. Bernardi adeo mirabiliter traductus à vitiorum cœno ad Religiosæ vitæ studium, vt prouerbij loco dici soleret non minus miraculum fuisse Arnoldum ex vitiis, quàm Lazarum à morte fuisse excitatum. Saussayus 16. Iul. j.

Adolescentem

Adolescentem eius ordinis Monachum, qui postea Claræuallensi cœnobio præfuit octauus, sub inde dormitantem in choro Angelus suauiter impulsum excitabat: & ne quod suspicabatur id sibi officij ab Abbate crederet præstitum, se illi beatus hic spiritus specie pulcherrimi Iuuenis aurea cæsarie, per chorum modestissimè inambulantis videndum præbuit. Cumque idem iuuenis graui dolore capitis, quem postmodum aduertit dæmonis dolo immissum discessum ab æde sacra vbi erat Eucharistia participanda cogitaret, hac sub auditum cadente voce (nempe ab eodem Angelo prolata) sistebatur, *laudans inuocabo Dominum & ab inimicis meis saluus ero.* Et verò vbi ad sacram mensam propius accessit dolum deprehendit dæmonis, lapso è capite quasi lapide; & absterso omni doloris sensu.

Auditus in cœnobio Bonæuallis eiusdem ordinis Cisterciensis symphoniacus Angelorum cantus occurrentium animæ Religiosi, qui post graues, & diuturnos morbos ita constanter toleratos vt ne latum quidem vnguem à victu, & vita communi quamquam legitimo morborum obtentu discederet; paralysi tandem solutus corporis vinculis abibat in cœlum. Audiit hanc musicam tyronum sanctitate vitæ conspicuus magister:is propius aberat à morte grauissimo confectus morbo: & diuino statim afflatus numine prædixit se postridie obiturum, veritatem oraculi comprobauit euentus.

Grauibus conflictatam morbis consolati sunt Angeli, & aduersus dæmonem armatus igneo gladio Cherubinus tutatus est Sanctam Hildegardem Virginem supparem Sancto Bernardo: imo illius æqualem: nam eo maximè annitente Euge-

nius

pius tertius eius nominis summus Pontifex, & Virgini quæcunque diuino afflatu didicisset, & deinceps disceret non permisit modo, sed imperauit datis ad eam literis humanissimis, vt monumentis consignaret, superstes autem fuit huic Sancto Abbati: quippe quæ Arnoldo Moguntino Archiepiscopo Schismaticorum fautori miserandum prædixit exitium septimo post Sancti Bernardi migrationem ad superos anno. Ad mirabiles illas vaticinationes dubium non est quin suam Deo nauarint operam felices illius internuncij. Ad eadem tempora refero quæ narrat idem Cæsarius de contentione quatuor beatorum Angelorum cum quatuor dæmonibus: cum enim hi spectante Religiosorum cœtu qui iusta persoluebant funebria foëneratori qui acta pœnitentia decesserat, occurrissent animum eius repetentes prolatis in eum finem psalmi quinti supra trigesimum primis quatuor oraculis; quibus eum fuisse iniustum probabant, beati cœlites aliis quatuor eiusdem psalmi quæ deinceps à dauide fuerunt edita veniam à Deo datam poënitenti, & certam hæreditatis in cœlis spem factam euicerunt. *A.C. 1160.*

Godescalci, (quo fuerat vsus Eugenius tertius in confutando Gilberto Porretano) abdicato Episcopatu Atrebatensi senis, & cæci ad suos Præmonstratenses reducis, visi sunt frequentes, & candidati Angeli migratiuæ in cœlum, animæ præstolari. Cæsar. l.2. de contrit. c.32. Saussay. 7. Augu. Menolo.

Alphonsus primus Lusitaniæ Dux ab Alexandro tertio Pontifice Regio postmodum nomine, & diademate donatus propitios habuit Sanctos Angelos, atque in primis eorum Principem Michaëlem defensorem in prælio quod cum Arabe hispalensi Cister-ciense. Vasconcellus in Alphonso.1.

lensi Rege committebat, illi quipe præ doloro amissi Regij vexilli ruenti in confertos hostes imminere visum est, ab ipsis etiam Arabibus armatum brachium ad propulsandum ab eo periculum, & ala qua tegeretur. Vnde ne gloriosæ reportatæ ab hostibus auspice, & adiutore Michaële cuius in periculo opem supplex popoſcerat, victoriæ vnquam intercideret memoria;eam Ordine Equitum tessera insignium instituto consecrauit; quem ad grati animi erga S. Archangelum significationem Sancti Michaëlis siue de Ala dici voluit. In Menologio Cisterciensis familiæ cuius Abbati ordinem hunc equestrem subiecit Alphonsus, me legere memini mirabilis huius victoriæ celebritatem anniuersariam fieri sub nomine triumphi Sancti Michaëlis.

Alexandro tertio eius nominis Pontifice Sultanus Iconij matre Christiana natus, & ab ea moriente adiuratus vt super sepulchro quo mortuam conderet Crucis signum statueret:paruit ille quidē sed clàm, & nocte verius ne suos Mahumeti addictissimos in se concitaret. Nec vanus fuit metus, nam postridie cruce illa vehementer offensi in eam primum inuolarunt: in Sultanū deinde ruituri ad irritum cecidit impius eorum conatus, Angelis pro sacro diuinorū exercituum signo,& labaro ita fortiter, & feliciter pugnantibus, vt tres qui deinceps illud euellere ex pyramide supra quam fixum erat impie tentarunt miserabiliter, & illico sint extincti; aliique magno numero, qui idem moliebantur fulminibus, & igne delapso cœlitus absumpti: ab eo sine dubitatione Angelo qui statim visus est clarissimum signum crucis illi pyramidi infigere. Quæ prodigia quia multis Mahu-
metanis

metanis salutem attulere, existimauerim contigisse non vt sensit Robertus in appendice ad Sigebertum anno primo supra octogesimum qui fuit vltimus Alexandri: sed sexagesimo & nono qui fuit eius decimus. Sic enim sensit post Matthæum Paris Baronius: & persuadet Sultani ipsius hoc miraculo impulsi vt matris de Christo colendo monitioni pareret litteræ ad Alexandrum scriptæ, & vicissim ab eo Pontifice acceptæ.

Non minorem nauarunt operam eo fere tempore vili in speciem plebeculæ quàm Regibus: nam in gratiam S. Isidori Bubulci qui vitam sanctissimè transactam inter opera rustica beato fine conclusit, anno circiter septuagesimo sæculi duodecimi visi sunt Angeli duo canditati bubulcos agere & bobus candidis duobus terram aratro colere, ne fraudi esset Domino cui suam operam locauerat Isidorus, diuturnior, & ad multam diem eius in sacris ædibus mora. *A.C.* Quid enim memorem iis 1170. administris sæpe multiplicatas illi dapes ad egenorum, *In vita* imo etiam auium quibus Dei causa bene vo- *eius.* lebat depellendam famem? Quid referam æra omnia campana Madriti suapte, verius Angelorum opera quantus fuisset Isidorus personuisse. dum eius corpus incorruptum in augustiorem locum *In eius* Dei nutu transferretur. *vita.*

S. Osvvaldo Episcopo vi-gorniensi æquali illorum temporum sacris operanti Angelus religiosi instar clerici ministrauit.

Septennio vix dum elapso quiddam contigit æ- *A.C.* què admirandum in re, & persona, nihilo magis 1177. illustri puerum duodennem, & pastorem vulgo Benezet dictum (Ioanni Benedicto illi nomē fuisse obseruauit P. Theophilus Raynaudus) Iesus Christus iterum ac tertio iussit Rhodanum Aue-

nione vnde tridui iter aberat, ponte iungere spondens sibi gregem curæ futurum cui puer timebat; & ædificando Ponti necessaria subministraturum Parenti mandatis puero, seque in viam danti comes Angelus adfuit pastoris forma; quo rectore potius quam comite trium horarum spatio tridui confecit iter, & Domini mandata feliciter exhausit ædificato mirabiliter ponte, quem vsui Petri successorum Romanorum Pontificum qui Auenione erant aliquandiu commoraturi diuina prouidentia præparabat.

Haud ita multis post annis aperte fauerunt cœlites Hildegũdi virgini agri coloniensis indigenæ quæ vt tutior esset ab iniuria, puerilem vestem erat induta, & Iosephi nomine appellata à parente cui eam Hierosolymitanæ peregrinationis sociam adsciuerat. Hanc in via & orbatam parente quem mors rapuit, & facultatibus, quas nequam seruulus qui patrem suum Iosephum crediderat, spoliatam, mirabilis Dei prouidentia tandem coloniam haud sine Angelorum ministerio, licet occulto reduxit incolumen. Quæ mox subsecuta sunt eorumdem Angelorum in eam beneficia publica fuerunt: cùm enim habitu semper esset, &
A.C. animo virili ad castitatis securitatem maiorem, af-
1185. flante sine dubio numine vt ex euentis certa est coniectura: & Romam inuita quodammodo negotiorum grauium causa proficisceretur, prope Augustam vindelicorum in nemore pro fure qui se subduxerat relictis innocenti virgini suis sarcinis primo discrimen capitis adiit quod ferri candentis innoxio contactu à se depulit: post à furis consanguineis de arbore infelici laqueo suspensa sustentata est ab Angelo ne pendenti gula frange-

retur: & symphoniaco cantu recreata quo vt ex Angelo didicit beati cœlites sorori suæ Agnes in cœnobio virginum tunc defunctæ triumphalem ad superos discessum gratulabantur: deinde detractam quidem è furca diuino impulsu à vicinis Opilionibus, sed ab iis subito luporum incursu in ouium greges, trepidis; & eo conuolantibus destituta humi cum vinculis, ab eodem tutelari soluta & in equum candidissimum imposita Veronam breui tempore defertur.

Quis silente licet historia dubitet quin illam cœlites iidem continenter adiuuerint eo triennio quo fuit illi periculo superstes: quod fere totum traduxit in virorum cœnobio sexu semper dissimulato sed virtute minimè adumbrata ad cuius præmium euolauit: perpetua futura in cœlis comes heroinarum Euphrosinæ, Eugeniæ, Pelagiæ, Theodoræ, Alexandrinæ, Antoninæ, Athanasiæ, Susannæ, Marinæ, Anastasiæ, Patriciæ, Annæ, Matronæ, Glaphyræ, Iachelinæ & aliarum quæ vt virtutem faciliùs & meliùs colerent, virilem habitum cœlo approbante induerunt. A.C. 1188.

Innocentio tertio rem diuinam facienti visus est Angelus veste candida indutus, ad cuius pectus micabat crux scapo rubro, transuerso autem tigillo cæruleo, decussatis manibus duos captiuos quasi commutandos tenens: vnde didicit haud dubio Dei numine ad se accessisse viros sanctissimos Ioãnem de Matha & Franciscum valesiensem, peterque à sancta sede certam sibi præscribi vitæ ragularis normam. Eos itaque eodem vti iussit vestitu quo iam pridem viderat Ioannes de Matha insignem Angelum: & autores esse religiosi ordinis quem sanctæ Trinitatis de Redemptione capti- A.C. 1198.

uorum voluit appellari huius ordinis ab Innocentio tertio confirmat cum annum 1209. differt Spondanus.

A.C. 1199. Vide initium Regularis ordinis. In eius vita Gallice scripta. Sur. 23. nouem.

S. Homobonum Cremonensem sartorem quis non admiretur habuisse administros in consuendis vestibus Angelos: vt ipsius familiæ ad victum necessaria suppeterent: satisque esset viro sancto temporis, & otij ad preces fundendas & suauissimam cum Deo consuetudinem atque familiaritatem? quam æternam & perfectum adeptus est exeunte hoc sæculo: Nimirum omnibus omnia fiunt, vt omnes Christo lucrifaciant. Cui iam possit incredibile videri eidem eidem S. Homobono sæpissimè apertas templi fores cum illuc summo mane itaret quotidie.

Genes. l. 2. de cruce c. 18.

Non possit sanctius obsignari hoc sæculum, nisi cruce qua testamenta video solita quondam, & fidem alicui datum confirmari. Rex Murciæ Saracenus cupidus videndi quibus ritibus Deum colerent Christiani, captiuo Carauacæ quæ ciuitas est murciæ sacerdoti iussit omnia subministrari quæ leges sacræ præscribunt ad externũ hunc cultum Deo ritè adhibendum. Iam altari propior is sacerdos rem sacram erat iubente Rege, & suapte etiam sponte aggressurus, cum substitit causatus abesse Crucis simulachrum. Sed subito Rege in ipso inspectante, & stupente fornix qui altari imminebat dehiscere visus est: perque illum hiatum descendere palam conspecti sunt Angeli duo qui Crucem super altari, ligneam statuerunt. quæ hactenus illæsa carauacæ perdurauit. Eam Nierembergius suspicatur allatam Hierosolymis: quia Patriarchæ Crux ab eo tempore desiderata est Innexere cum Cruce fidem Angeli quod maxime

l. 1. de nat. mir. in Europ c. 17.

volebant

volebant nam hoc commotus Rex cum aulicis miraculo Mahometum cum iisdem eiurans. Christo Saluatori se sacramento protinus obligauit. Hæc cũ sub finem sæculi septimi supra decimum scriberet Gretserus ante annos quadringentos euenisse videor merito referre ad huius duodecimi exitum. l. 2. de cruce c. 13. ex Ciacconio.

Capvt. XX.

Sæculum Decimum Tertium.

QVia sæculum decimum Tertium non temerè dixerim Cœlum fuisse lucidissimis distinctum astris: sanctis scilicet quos Deus velut cœlestes ignes accendit ad mortales supero & lumine & calore in via virtutis dirigendos, & confirmandos: quales fuerunt vt de multis paucos recenseam Sancti Dominicus, Franciscus, & innumeri de vtriusque familia nec non Sancti Iulianus Conchensis Episcopus Petrus cognomine Cœlestinus ex Monacho summus Pontifex, & de Pontifice iterum sponte Monachus: S. Albertus Carmelita, Sanctæ Lutgardis, Maria Oegniacensis, Elizabetha Hungara, aliique. Vt beati Angeli cœlorum, sic terrarum hoc sæculo possunt censeri perpetui fuisse Inquilini.

Sancto quidem Iuliano Conchensi in Hispania Episcopo, cuius spiritalem ex vitalibus baptismi aquis exortum superiori sæculo symphonia sua gratulati sunt Ecclesiæ Angeli; nomen quod illi erat imponendum edicentes; cui struentem dolos dæmonem indicarant ne lucis Angelum interpre-

taretur: cui Episcopo magnam vim frumenti Cô-
chensi plebe inopia laborante mulis importarant:
A.C. eiusdem funus ineunte hoc sæculo musico cantu
1207. celebrarunt, vt taceam eos inuisisse moriturum,
Surius Reginam suam Dei genitricem Virginem magna
frequentia, & reuerenter stipantes.

A.C. Quadriennio post visi sunt frequentes B.Mariæ
1211. Oegniacensi cœlis inuehere singularis lætitiæ si-
Bzouius gnificatione Cruce signatorum plurium animas
Spondanus in eadem hora Carcassonam inter, & Lauaurum ab
conti- hæreticis Albigensibus, qui illis insidias colloca-
nuat. rant interemptorum.

Eamdem Beatam Mariam Oegniacensem quæ biennio post emigrauit in cœlos adeò frequenter variis, & ingentibus affecerant beneficiis vt eorum iniri numerus nequeat, pane & aqua pura corpus reficientem grato recreabant spectaculo ascendētes & descendētes per scalas è luce figuratas: Iter facientis debilia membra sustētabant: defendebant ab imbre, symphonia demulcebant; vigiliis eius & somno modum ponebat custos Angelus. Dabant se illi in conspectū non raro, siue cum animam agentibus præsto aderat, siue cum diuinam rem facienti sacerdoti se sistebat attentissimam; nec non inter cœrimonias quibus Christianis initiabatur sacris infans. Animo puro à peccatis, & charitate diuina inflammato sacrificantibus non semel visi sunt ab ea lætanter ministrare, & blando contuitu gratificari. Quid multa? familiaritas illi erat tanta cū Angelis, vt eos internosceret; vt in eo morbo qui mortem attulit duos habueret de illorum numero valetudinarios: & cum propius à morte abesset, diuinęque charitatis solito ardentioribus vrereflaminis visus est seraphinus, qui pectus morien-

Surius Bzouius Viucent Bellou. spec. hist. l. 30. c. 21. 24.

tis ala tegeret; seu veriùs aut foueret aut ardentem in eo pectore amoris diuini facem ventilaret.

Eodem quo B. Maria Ogniacensis anno sanctorum etiam auxit in cœlo numerum S. Stephanus ex Carthusiensi Monacho, & S. Antelmi ex priore Carthusiæ Bellicensi Episcopi discipulo Diensis Episcopus. Huic coram imagine Crucifixi contemplationi diuinorum intendenti adstitit aliquãdo humana specie S. Angelus, eius Religiosi pietate in dies à teneris auctiori nimium quantum delectatus. Si fuisset è re diuina Diensibus quos nullis neque exemplis neque verbis ad officium poterat reuocare, præsul optimus facilius se aspectabilé exhibuisset is Angelus, quam Tartareæ laruæ quæ coactæ sancto parere suæ deformitatis spectaculo territos suo reliquerunt obsequẽtiores Episcopo; diuinisque impulsibus minus obluctantes. Surius Bzouius

Insignis fuit idem annus hominis Belgæ mirabili peregrinatione: qua Duce & vectario, si dicere fas est, Angelo, totam vna nocte lustrauit Palestinam: quo ne se conferret cum cæteris vt maximè cuperet, obstabat amor consuetudinis & familiaritatis, quæ illi erat suauissima cum Deo in recessu ab hominum frequentia. Thomas Cantiprat. l. 2. apud c. 40. n 4. ex eo La-Cerda de Angel. excell. c. 24.

Factam biennio vix exacto ab Innocentio tertio spem S. Dominico ordinem à se institutum confirmatum iri ab Apostolica sede, expleuit, anno proximo successor Innocentij Honorius eius etiam nominis tertius Pontifex Maximus, Angelicum sanè prædicatorum nomen quod huius sanctissimæ familiæ Religiosis impositum, primo ab Innocentio tertio; post etiam à Sancto Dominico quod continuis, & vtilissimis orbi terrarum *A.C.* 1215. Bzouius

toti laboribus hactenus implerunt, Angeli Sancti miris modis, & omnis generis beneficiis in ipsum Sanctum Dominicum, & eius assertatores collatis illustrarunt. Quippe qui se missos ad hominum salutem intelligant ideoque singulariter amant diuini verbi prædicatores: quibus idem munus cum sit impositum à Deo, gaudent de suis adiutoribus, & cognominibus optimè promereri.

A.C. 1217. Hoc consilio cùm biennio post ordinem eum confirmatum, in Romano cœnobio nihil esset ne mendicato quidem tota vrbe cibo quod apponeretur, duo cœlites egregia forma singulis Religiosis qui Sancti Dominici iussu mensæ accubuerant inani: singulos miri candoris panes apposuerunt, vinum ex dolio vacuo, copiosum, & generosum eodem iubente Dominico petitum est. Eodem anno duos S. Francisci Assisinatis alumnos iter facientes, & cibi laborantes inopia amicis verbis castigauit Angelus Peregrini forma comes illis additus, & ad sperandum de diuina in eos prouidentia quam illico sunt experti suauiter simul, & efficaciter incitauit geminum prope est quod Cantipratensis duobus S. Dominici sectatoribus contigisse narrat. Par enim fuit Angelis de vtroque Religioso ordine cura, quia æquales erant ætate, fundatorum sanctitate, proposito fine diuinæ scilicet gloriæ, & humanæ salutis exemplis, & verbis omni ope procurandæ sed de S.Francisco & eius discipulis paulò post plura in hoc genere referemus

l.2. apud c.54. num.11.

De Sancto Dominico ab Angelis mirandum in modum pluribus officiis dignato scribere parantem, occupat Angelus, qui anno decimo octauo sæculi Sanctæ Franchæ Virgini visus est caput

cœlesti

cæleſti velo tegere dum eam Epiſcopus in Sancti Benedicti familia profitentem velamento Sacræ Virginitatis nota condecoraret. A quo poſſimus ſuſpicari niſi ab Angelo cœpiſſe eodem, anno Æs campanum in cœnobio Amorenſi Ordinis Sancti Dominici pulſari quoties Religioſorum alicui migrandum erat è corpore, nullo adhuc ſæuiente in quempiam morbo, quo fiebat vt ſinguli ſeriò ſe ad ſanctè moriendum præpararent. A.C. 1218.

Idem, aut alius anno proximo Sancto Dominico ad Sanctæ Sabinæ cœnobium ſuis alumnis ab Honorio Pontifice attributum ſe poſt productam ad Sancti Sixti concionem in ſeram noctem recipienti Dux fuit Angelus Iuuenis formoſi ſpeciе, & clauſas fores aperuit. Eidem anno vigeſimo, qui fuit vitæ mortalis penultimus agenti Fauentiæ, & plures dies in ædibus Epiſcopi cum ſocio commoranti vidit aliquoties Epiſcopus duos formæ præſtantiſſimæ iuuenes faces accenſas præferre noctu, & eum extra ædes foribus ſemper clauſis ad deſtinatum à Deo futuro cœnobio locum educere, & poſt fuſas ibidem preces pari miraculo eò vnde prodierat reducere ducentos videre ſe dixit aliquando circa ſacram ædem miſſos auxilio contra parentes cuiuſdam Bononienſis iuuenis qui nomen dederat ſuæ famaliæ, quemque illi conabantur educere. A.C. 1219.

Sancti Angeli Martyris Carmelitæ parentibus adhuc Iudaica ſuperſtitione contaminatis ſed veri cognoſcendi cupidiſſimis eodem, anno vigeſimo Beata Virgo Angelis ſtipata lumen intulit quo depulſa eſt erroris caligo; & fidei præmium pollicita eſt in præſens geminam prolem maſculam Ioannem futurum Hieroſolymorum Patriarcham, A. C. 1220.

& Angelum Martyrij corona donandum. Datam hanc à Virgine fidem confirmauit Christus se illis post susceptum baptismum sacrificante Patriarcaha, & Sacram attollente Eucharistiam dignatus ea se aspectabilem ætate præbere, qua pependerat è cruce filiorum natu minorum postea cum quinquennio degeret in solitudine quam suo Dominus ieiunio consecrauit, Angeli quotidie inuiserunt, & ad victum necessariis impertierunt.

Memorabilem fecit eundem annum quod Cæsarius scribit Virgini Richmundi contigisse dum Epiphaniorum die matutinis interesset precibus quas in monte Sanctæ Vvalburgis fundebant solemni ritu eius cœnobij Religiosæ. Orabat illa perquam attentè cum de subito à sensibus alienata vidit Christum infantem pannis inuolutum ia-
18. dial. c.7. & ex eo Bzouius. centem in præsepi, Angelorum innumera multitudine cinctum: qui vt ipsa Cæsario quæreti enarrauit humana statura, facie virginea, genis rosarum instar purpureis, collo & pedibus niue candidioribus, manus ad eum extendebant adorantium ritu, oculis in eundem ita defixis vt eos alio nunquam auerterent.

Nisi perspectæ, & exploratæ sanctitatis fuisset Sanctus Bernardus à Quintaualle Sancto Francisco comes additus, ægrè fides haberetur narranti se eodem, anno vigesimo transmissum ab Angelo vltra fluuium in Hispania: qui asseruit se eadem hora peregrini forma in Italia fuisse, & pulsasse ad fores cœnobij in quo Frater Elias versabatur: vt eum si vocatus venisset, amice admoneret sui muneris.

Sanctus Franciscus quinquennium Sancto Dominico superstes, Angelos non habuit minus propitios

pitios Et vero sibi addictissimum virum, iam inde à posito sanctitatis tyrocinio in ædicula, cui Sancta Maria de Angelis (ob frequentem in ea SS:Angelorum commorationem) nomen fuerat, quidni beneficiis afficerent & multis, & maximis? commune illi fuit cum plerisque Sanctis Angelorum cultoribus, vix dum ordine quem instituerat confirmato, deficientibus præ fame sociis quibuscum in valle spoletana lucris animarum inhians inambulabat panem ab ignoto homine accepisse qui subitose illorum oculis subduxit. Hoc proprium, & singulare biennio quàm excederet è mortali vita cum pro more quadraginta dies in Aluerno monte ieiuniis, & precibus traduxisset à *A.C.*
Seraphino specie Crucifixi se illi sistente mirabi- 1224.
liter consignatum adeo vere perfossis ad Christi similitudinem maximam, & manibus, & pedibus, & latere, vt sanguis inde copiosus maximo doloris sensu fluxerit: & cruentæ cicatrices in iis ad mortem vsque extare visæ sint à plurimis: tametsi (quæ erat eius sancti voluntaria demissio) tam illustres notas omni studio celare mortales conare- *A.C.*
tur. Dignatum hoc honore à Christo Franciscum 1225.
Sancti Michaëlis ministerio inde probabilis ducitur coniectura, quòd eo quadragenario ieiunio gratularetur Deo, tantam aduersus eius maiestatem Sancti Michaëlis, & Angelorum reuerentiam, & perpetuam diuinis nutibus obedientiam. Præmonuerat illum de cœlitibus vnus die, qua memoria crucis exaltatæ celeberrimo ritu renouatur vt se pararet mirabiliter operaturo in ipso numini. Anno autem proximo cum eum morbus lecto affixisset, cœlestis citharista fidibus, eo cupide audiente, suauissime cecinit.

Abeuntem ad superos S. Franciscum anno vigesimo sexto sœculi breui annorũ quinque interuallo duos ex eius alumnis subsecutos S. Anto-
A.C. 1231. nium Patauinum, & Sanctam Elisabetham Hun-
Surius 19. Nou. gariæ Regis filiam beati cœlites maximis cumularunt beneficiis. Hanc quidem excedentem è vita suauissimo cantu prosecuti sunt: Illum Patauio vlyssiponem; vbi natus fuerat penè momento detulerunt vt Patrem falso crimine accusatum, & in
Surius 13. Iun certum mortis periculum adductum, ingenti miraculo liberaret perempto puero tamdiu vitam, & vocem restituens, quo ad innocentem coram Iudice pronunciasset, quem cadauer peragebat reum in eius horto jnuentum vbi illud sicarius malitiosè defoderat. Illico enim & Puer tumulo, & S. Antonius Patauinis restitutus est. Minus mirum fuit eius sancti literas quas ad suum Prouintialem scripserat perlatas ab Angelo, & ab eodem illi redditas à prouinciali.

Bzouius Non ausim asserere triginta, & duas faces, seu stellas lucidas quæ quotannis cœlitùs lapsæ fluuij locum illustrabant in quen totidem alumnos S. Dominici barbari Bosnæ quibus illi lucem fidei inferebant crudelissimè demerserant: fuisse vel ab Angelis accensas, & eò dimissas vel ab iisdem intra eas latentibus (vt de Magorum Duce stella probabilis est opinio,) delatas.

Bzouius Eodem tamen anno non dubitauit. Mutinensis Episcopus (vt B. Ioannem Vicentinum verè Apostolicum verbi diuini præconem, & vnum de Sancti Dominici sociis, quem videbat mox ambitus damnandum à Pontifice nimium Maleuolorum falsis denunciationibus credulo; discrimini subduceret innocentem) iureiurando firmare

ſe vidiſſe Angelum cœlo deſcendentem, qui crucem auream fronti infixerat eiuſdem Vicentini cum ad concionem verba facere inciperet certiſſimo ſanctitatis indicio, ab omni illo ambitu cuius accuſabatur alieniſſimæ.

Plura præſtiterunt Angeli beneficia per quàm inſigni Dei ſeruo qui beatis additus eſt triennio A.C. 1233.
poſt Hermanno Steïnualdiẽſi præmõſtratenſis familiæ Religioſo, Virgini Deiparæ in paucis Chariſſimo iam inde à prima ætate, vt enim omittam eam flammam; quæ illi duodenni viſa eſt ædem Sancti Michaëlis ſubire cœnobium ædi ſecræ continens, vt quidem videbatur, in cineres redactura vnum fuiſſe de illorum Dei miniſtrorum cœleſtium numero quibus illud Dauidis conuenit, A.C. 1236.
qui facis Angelos tuos Spiritus, & miniſtros tuos flammam Vrentem. Prænunciabat quippe futurum, Surius Bzouius.
vt Hermannus cœleſti, & innoxia virtute flamma cœnobium illud olim purgaret, & colluſtraret. Sicut eodem, anno Iordanis qui S. Dominico mortuo prædicatorum Sacrum Ordinem adminiſtrauit, naufragio in mare demerſo ſanctitatem flammis innoxiis ſupra eius corpus accenſis, & latè diffuſo per quam ſuaui odore deſignarunt. Illud certè præterire ſilentio qui poſſem? cum iam in eo cœnobio, annos aliquot ſanctiſſimè degiſſet Hermannus: & in æde ſacra ſolus orationem produceret duos Angelos ſanctiſſimæ Dei Genitricis Virginis latera claudentes, virgineas inter illum, & quod humanam fidem ſuperat Dei Matrem nuptias conciliaſſe, vtque intelligeret cuius in locum ſubſtitueretur in terris, Hermanni nomen volente Virgine cum Ioſephi appellatione commutarunt. Diuinam rem facienti ſæpe numero

vene

venerunt in conspectum. Sed quid istud fuit ad supra memoratum benficium?

A. C. 1240. Anno huius sæculi quadragesimo accepit à sanctissima Dei genitrice beatis Angelis stipata suæ in Carmelitanam familiam, beneuolentiæ pignus: Eiusdem sextus Generalis S. Simon Stoch scapulare è lana, vt perhibent eorumdem Religiosorum historiæ, qua exomide sacros suos humeros ornari summi principes, iam inde à S. Ludouico Francorum rege, iure ac merito censuerunt. Quidni autē quando id sibi duxit honorificum Paulus quintus eius hominis, pontifex maximus?

Quando S. Thomam Aquinatem mortuum liquet, anno quarto supra septuagesimum sœculi huius natum, annos quinquaginta, & à matre ac fratribus clausum intra castrum fere puberem, efficitur anno circiter quadragesimo sœculi Angeloram duorum lumbos ei victori de impudicitia constringentium opera virginitatem inuictam à Deo mirabiliter illum accepisse.

Aldrete in Eucharist. symbolis ex Bzon. Ciacouio & cæter. Eodem anno, aut proximo auditi alij suauissimo concentu prosequentes mirabiles illas sex hostias quæ Darocam magna pompa ferebantur; quis dubitet quin iidem duces essent mulæ cui fuerant impositæ pari pene consilio, ac olim Arca testamenti duabus vaccis permissa fuerat trahenda, quo Deus impelleret.

A.C. 1246. Sanctam Lutgardem Virginem non minoribus impertierunt benefactis, quam quinquennio ante mortem suo, & conspectu, & consuetudine diebus singulis dignabantur: eique erant persæpe Diuinarum cum Christo in Eucharistia nuptiarum auspices: comitabantur enim cum ad eam participandam progrederetur: & si viribus erat imbecillior-

cillior sustentabant,

Æquales S. Lutgardis fuerunt tum illi quatuor canonici Regulares tum Virgines duæ omnes è Belgio, à quibus Cantipratensis, didicit istis quidem viæ ducem fuisse Angelum cum aberrarent, illis autem matutinas preces sub mediam noctem assumptæ Virgini persoluentibus eius festo, suauissimè concinuisse Angelorum choros responsorium illud felix, *Es Sacra Virgo Maria*, Ecclesiæ ritu; sed præstantiore musica iterantes. Auditi sunt etiam Sacerdotis pij, & Cantipratensi charissimi Godefridi quem mors subita paulo ante noctis medium rapuerat exequias, aut trumphalem potius in cœlum ascensum mirabili vocum concentu celebrare. Cantiprutensis l. 2. apud c. 4. 40. & 54. apud la Cerda l. c. 8. 14. & 21.

Beato Ioanni cui Parmensis cognomen fuit seu Parens sexto Generali Ministro Ordinis Seraphici iam inde ab anno septimo supra quadragesimum sacris operaturo ministrauit Angelus Nouitij loco, quem somnus arctior complectebatur post nocturnas vigilias. *A.C.* 1247. Vvadingus in Annal. Minorũ.

Anno proximo eum ordinem suis virtutibus illustrabat P. Ioannes à Cruce quem Angelus aliquando noctu excitauit vt sacro viatico iret impertitum vnam de S. Claræ familia, cui nomen erat Constantia: eique ad cellæ ostium vsque dux fuit: ne (quod alioqui futurum erat) hoc destituta viatico excederet. *A.C.* 1248. Vvadingus.

De eiusdem ordinis alumnis optimè meritos eosdem Angelos tribus innotuit Religiosis eius familiæ biennio post sumentibus cibum in communi mensa Vlyssiponensis cœnobij, visus est eorum vni Angelus singulis inscribere literis aureis supra pectus diuina quædam oracula, ex *A.C.* 1249. Vvadingus.

Euangelio legi solito natali S. Ioannis Baptistæ die, decerpta: quibus gratiam Ioannis nomine significatam pollicebatur. In eodem cœnobio suam quoque operam dignati sunt commodare cogno: & satis lautum conuiuium instruere tribus honestis ciuibus ad prandium inuitatis. Id præstare tempori non poterat cognus qui consuetudinis cum Deo suauitate captus in accepti pridie à superiore de parandis iis epulis præcepti obliuionem venerat. Tertium ibidem cœlesti voluptate perfudit Angelus quem vidit acerra incensa, & chorum, & Religiosos singulos fumigare.

A.C. 1259. Petro Fernandez ex Dominicanorum ordine visi sunt latera cingere Angeli duo cum ægra esset valetudine. Laurentio Mendesio eius æquali, & socio concionanti visus est adstare vnus eidemque aliàs vasculum tradidit reliquiarum plenum quod ex Mauritaniæ vrbe ab aliis occupata diuino iussu detulerat.

A.C. 1261. Agenti animam Romæ de eadem B. Dominici Familia Religioso auditi sunt canere propemptici carminis loco diuinum illud oraculum, *cum dederit dilectis suis somnum ecce hæreditas Domini*, quod vir ille pius dum valeret, habebat frequenter in ore labores huius vitæ hoc solatio suauissimè leniens. Ad eundem annum referre visum est (quod in Menologio cisterciensi quo contigerit anno minime designatur) eius ordinis alumno precibus ardore singulari dedito datam Rosarij decadem ab Angelo luce refulgenti.

A.C. 1273. Lausper-gius l. 4. vitæ c. 61 Beatæ Gertrudi quæ hisce temporibus florebat sanctitate inter Virgines quibus adhuc quinquennis se adiunxerat, & adulta præfuit: pollebat gratia

gratia apud Christum cui erat in deliciis, diuinarum illustrationum insolito fulgore radiabat inter mortales, Angeli se frequenter dabant in conspectum: professi aliquando se sacrarum ædium custodes à Deo constitutos. l.1. grat.

Æquali eius, & in eodem cænobio sanctissimè degenti Sanctæ Mectildi Virgini visi sunt iidem beati spiritus Religiosis adstare cum rei sacræ interessent, & esse Duces ad Eucharisticam mensam. spir.c.55

Duos eximiæ virtutis, & magni nominis viros in cœlum transmiserunt ordines celeberrimi duo, Prædicatorum, & Minorum quinto supra septuagesimum huius sæculi anno. Hic Sanctum Bonauenturam; quantum virum; quantum Ecclesiæ doctorem, ac principem Deus immortalis? Ille Sanctum Raymundum Pœnniafortium minorem quidem Cardinalitia purpura sed cæteris rebus plurimis æqualem. Vterque ordinem suum cum summa Autoritate administrarat, de vtroque Angelos bene meritos pro certo habeo: nam Sancto Bonauenturæ delatam ab iis opinor Eucharistiam cum ab ea induxisset abstinere præ reuerentia Sancto autem Raymundo tanta erat ac tam frequens cum iis consuetudo, & familiaritas vt excitarent dormientem ad orandum numen. Vnde facile suspicor ei Maioricam cogitanti, & vtenti pallio pro nauigio ad transmittendum mare Angelos fuisse, & Nauarchos ad dirigendum cursum maritimum, & Æolos ad impellendam nauem adeo mirabilem. A.C. 1275.

Tametsi quæ hoc toto sæculo vidimus hactenus ab Angelis facta in hominum gratiam hoc magis congruant cum illorum natura, moribus,

sanctitate

tentantium, ſigna deiicere. Vnde ad animi grati erga eum Principem cœleſtis exercitus ſignificationem Gallicis ſignis nouum addidit ex Bombycino raſo denſiore ſubrubicundo, & cramoëſio infecto: cuius in medio videbatur effigies Sancti Michaëlis. Circa limbos aureis perſperſos foliis hæc duplex erat epigraphe ex Danielis oraculis eo aptiſſimè tranſlata. *Ecce Michaël vnus de Principibus primus venit in adiutorium mihi. Nemo eſt adiutor meus in omnibus his niſi Michael Princeps noſter.* Ludouicus eius filius, & ſucceſſor votum à parente nuncupatum de inſtituendo in eius Archangeli honorem. Equitum Ordine, Religiosè, tametſi Paulo ſeriùs ſoluit. Fauin.in ordinib. Equitum teſſera inſigniũ.

Æqualis illius Lotharingicæ, & bellicoſæ Virginis Sancta Colera fuit etiam virgo, ſed ab armis alieniſſima; niſi ab iis quæ Apoſtolus Chriſtianæ militiæ attribuit. Hæc annos quadraginta meruit ſub Sanctæ Claræ ſignis: ſe, & totum eum ordinem ad primam pietatem inſtaurandam excitans: imo ſecundum Deum & Virginem ab Angelis excitata, certè cum beatis ſpiritibus tanta erat illi familiaritas, vt ægram, & continuis penè doloribus haud aliter penè atque Martyres conflictatam, amicè inuiſerent, & ſolarentur, & migranti è corporis carcere Duces in cœlum ſe præbuerint: Vixiſſe autem adhuc, anno vno ſupra trigeſimum liquido conſtare exiſtimo.

Deinceps exiguo interuallo abierunt, in cœlum Heroinæ duæ: aut vt Chriſtianè loquar, Sanctæ: Lyduina Virgo Batana, & Franciſca vidua Romana. Illam mors cœlo intulit, anno tertio ſupra trigeſimum hanc quadrageſimo, vtramque quis enarrare poſſit quantis, & quam frequentibus cœ- *A.C.* 1431.

V lites

Vide Surium tõ. 2. April. lites cumularint benefactis? Lyduinam, quæ ab anno ætatis decimo quinto continuos traduxit octo supra triginta in morbis cuiuis impatibilibus nisi Christi Crucifixi æmulæ (quem animo semper versabat,) facta vermibus à corpore scaturientibus ante mortem esca perpetua; Lyduinam, in quam, solabantur Angeli eius cubiculi in quo iacebat inquilini fere perpetui; recreabant obiecta pulcherrima specie quam induebant formasissimorum iuuenum, facie solis instar lucida, & fronte Crucis ornata signo: Erudiebant instar Pradomomorum: donarunt semel odorato ligno ex quo factus Bacillus dæmonibus erat terrori: sacris cineribus impertierunt sub verni ieiunij principium absente, qui id præstaret Sacerdote: res occultas cum erat è diuina gloria docebant: rapuerunt aliquando in cœlum, & ad ignes purgantes, corpore, an mente incertum est: certe vt in flammis acerbos est dolores perpessa quod ad leniendos valuit eorum cruciatus qui suorum peccatorum pœnas ibi dabant; sic in cœlos eodem euecta modo, & æternarũ quadam prægustatione deliciarum recreata, fortior ad morborum acerbitatem perferendam inde rediit.

Iucundissimo eamdem inter cœteros nuncio languentem recrearunt de euecto recens in cœlum Hollando quodam, cui Gerardi nomen erat: quique eius Virginis consilio vitam in Ægypto solitariam decem, & septem annos egerat nouus stylites sidens in arbore volucris instar, vbi ab Angelis accipiebat ad victum necessaria. Eum non ita multò post secuta in cœlum Lyduina triumphalis viæ duces, & comites habuit, quos in laboriosa vita magistros, & consolatores fuerat experta

A.C. 1433. In vita S. Lyduinæ

pertaad viginti, annos hunc triumphum differri lego à nonnullis.

Sanctæ Franciscæ morienti septimo post anno quis dubitet an beati cœlites adfuerint, qui nouenni eius filio peste extincto comites in cœlum ascendenti iuerant, vt matri postmodum aperuit: & quidem in præmium ætatis primæ sapientissimè & castissimè translactæ inter Archangelos sedes æternas fixuro, *A.C.* 1440. Victorel.lus l.2. de custod. Angel.

Illam scilicet destituisset Argelus ille, qui ab eius coniugatæ latere numquam discedebat nisi ad breuissimum tempus dum leuem aliquam noxam expiasset. Erat ille formosissimo puero statura, & ætate similis; manibus ante pectus decussatis, vestem indutus nunc candidam, aliàs cœruleam, sæpe rubeam; oculis in cœlum defixis, facie qualis describitur in sponso subrubenti; adeoque magno refulgenti splendore, vt eo vinceretur, & præstringeretur oculorum in eum coniectorum acies, eoque nocturnæ tenebræ ita depellerentur, vt legere si luberet, posset. Cæsariei auro facto colore persimilis suaui motu solabatur Franciscam: & ab ea dæmones propulsabat. Nec illud in minimis ducendum est, quòd cùm Virgine Deiparæ precum pensum recitaret, atque sæpe versiculum quemdam dimidiasset, vt vocanti marito pareret, eum Angelus aureis Characteribus in libello deprehensus est exarasse.

Viduam (nam quadriennium marito fuit superstes) Deus alteri commisit Angelo superioris hierarchiæ; secundæ scilicet, qui priore formosior tres ex auro palmas dextera præferebat.

Obsidi apud Mauros Africanos Ferdinando Lusitano Principi Ioannis Primi Filio, & Eduardi

eius nominis primi Regis Fratri castissimo, & sanctissimo, cùm grauiter ægrotaret in vinculis visus S. Michaël, qui ei à Virgine sanctissima finem laborum, & periculorum immatura morte supplex exorauit.

A.C. 1443. Vasconcellus.

A.C. 1455. In eius officij nocturn.

Beati Laurentij Iustiniani primi Venetorum Patriarchæ funebrem pompam ab Angelis suaui concentu honestatam fuisse testati sunt Patres Carthusiani, qui aderant.

2. part. titulo 2. c. 2. §. 4.

Quia non constat an reuera, aut quando contigerit quod S. Antoninus suis inseruit Theologicis libris de Angelo qui Dynastæ habitum, & vestitum inducit; personam egit aliquandiu; eum suum ius repetentem non habuit modo ludibrio sed in capitis discrimen etiam adduxit tanquam maiestatis reum, quòd se ciuitatis eius dominum assereret: nec illum prius anxio timore liberum esse, ac vererem recipere dominatum voluit, quàm hoc facto, atque insuper verbo docuisset ex diuino nutu, & arbitrio, non aliter Principatus ac res cæteras pendere: Id hoc anno qui fuit vltimus Sancto Antonio referre visum est, quamquam si vera est historia fuerant non ita pridem in Italia Dynastæ plurimi quorum plerique Angelico huiusmodi beneficio admodum indigerent.

A. C. 1459. Surius.

Ad eadem tempora certò referenda sunt ea quorum ipse aut testis, aut etiam causa quodammodo fuit. Causa quidem cum sua erga egenos liberalitate promeruit vt vacuam panibus cistam, replerent melioribus Angeli. Testis autem lætitiæ quam præferebant recto insistentes domunculæ in qua Virgines fortuna egentissimæ, virtute locupletes habitabant. Quid mirum autem si eius in cœlum introitum visi sunt Angeli sua frequen-

Maxi

Maximilianus, qui primus eius nominis Imperauit in Germania cùm iuuenis adhuc venatione se oblectaret, & ardore maximo feras aut persequeretur, aut vestigaret per prærupta saxa tandem eò deuenerat, vnde neque ascensu; nec descensu posset sine certo mortis periculo se proripere vel alio quouis modo subduci à suis nisi via *A.C.*
menstruo penè labore inter rupes aperienda, sed 1460.
Angelo ductore emersit ex eo periculo: Ita enim iure, ac meritò persuasit sibi & Maximilianus, & Fridericus parens tertius eius nominis Imperator constabat quemdam iuuenẽ pastoris habitu & vestitu manuprehensum Principẽ reduxisse ad suos l.2.c.32.
eminus spectantes, quem lugebant vt mortuũ; quia nihil opis afferre potuerant, nisi vt Eucharistiam darent in conspectum petenti, breui fame, & aëris iniuria morituro. Is tamen iuuenis inter aulicorum gratulationes euolarat ex oculis: neque vt se proderet vllis à Friderico propositis publicè seruatori Principis præmiis adduci potuit.

Rem tantam à Gretsero in luculentis suis de Cruce libris annotatam contigisse non multo post *A.C.*
dimidiatum hoc sæculum probabile est, quia Fri- 1469.
dericus annum ætatis agebat quartum supra trigesimum; Imperij autem decimum: & Maximilianus nondum Nariam Burgundam Dux erat vxorem. Nouennio post illustrauit Arelatensem vrbem Philippus de Acqueria Minorita centenarius, miraculis, patientia, & Angelorum consuetudine mirabilis.

Magnum, & lætissimum sub idem tempus *A.C.*
contulerunt beneficium cœlorum felices indige 1472.
tæ beato Amedæo eius nominis nono, Sabaudiæ Duci tertio: cui vt Cardinalis Bellarminus obser-

uauit Verſellis defuncto cœleſti Muſica parentarunt. Nam taceo figuratum ex aëre lucido virum maieſtate verendum, qui viſus eſt luce palam throno decedere, & cœlo deſcendere, quaſi obuium Duci tunc expiranti.

A.C. 1461. Vt Beato Iacobo cui cognomen fuit Allemandi ex familia Sancti Dominici ad ſuperos euecto anno primo ſupra nonageſimum, cùm octogenarius eſſet; inferorum incolæ nequam genij terribilibus ſpectris erant frequenter moleſtiſſimi, tunc maximè cum oraret: ita beati cœlorum ciues Angeli ſplendore gratiſſimo, & vocibus cœlo miſſis maxima præbebant ſolatia.

A.C. 1492. Anno proximo qui fuit ſecundus ſupra nonageſimum Regis Congo filius natu maior ad omnem virtutem ac pietatem propenſus ſumma populi celebritate baptiſmo luſtratus, Alphonſum ſe appellari voluerat: quia vt Pater ſuperiori anno baptizatus Ioannes audiebat in gratiam Luſitani Regis eius nominis ſecundi; ita nomen Alphonſi præ cæteris optauit is Princeps, quia ſic vocari Ioannis Regis filium didicerat. Omen illud fuit Alphonſo cognomini ſimillimum futurum, qui Mauros profligauit, fidemque, & pietatem vehementer auxerat, diuinis prodigiis, & auxiliis ad tam arduum opus confirmatus.

A. C. 1499. Etenim exeunte ferè hoc ſæculo cũ huius Congi Principis frater natu minor qui pertinaciter in Idolorum cultu permanſerat patre defuncto Regni ſucceſſionem ambiret: magniſque copiis quas habebat duplici inſtructa acie infeſtus in vrbem Regiam aduolaret: Nec haberet circa ſe plures armatos quàm ſex, & triginta iuſtus hæres Alphonſus: vbi ad teli iactum eſt ventum; & ſublato

blato pariter clamore Christiani Iesum Deum, & S. Iacobum ex disciplina Lusitanica ingeminarunt mirum dictu, ad eas voces tanquam fulmine cœlesti afflatus Pansæ Aguitimi (id nomen erat Alphonsi fratri) exercitus conuersis signis terga vertit. Apparuerunt quippe circa Alphonsum (vt omni asseueratione affirmauit qui collectum ex Idololatris exercitum ductabat) viri humana specie augustiores, Crucis nota distincti, clarissima circumfusi luce, vultuque accerrimo præliantes. Hæc totidem ferè verbis Maffeius quem visum est exscribere: vt hoc sæculum magnificè ab Angelis coronatum, eleganti etiam narratione cluadatur.

l. 1 Indic. histor.

Capvt. XXIII.

Sæculum Decimum Sextum.

Si certa capitur coniectura de temporum sanctitate ex Angelorum cum hominibus manifesto congressu, & consuetudine: Angelicum dici posset quodammodo, & sanctum sæculum decimum sextum: quod Angeli multis, & frequentibus collatis in homines sua familiaritate dignatos beneficiis, mirum quantum illustrarunt: Quamquam vt libere dicam quod sentio, cùm hoc ipso sæculo eruperit ex inferis cum eo dæmone qui Lutheri visus est humero insidere hæresum colluuies; scelerum Camarina; execranda rerum diuinarum ignorantia; atque adeo (quod omnium malorum est maximum) Atheorum Dei naturam tollen-

tium

tium impietas: hæc Angelorum tam multa, & tam ſingularia in homines officia ſæculi ſanctitatem adeo non indicant, vt eius infelicitatem arguant. Ea ſiquidem factum eſt, vt beati ſpiritus ſua manifeſtius coniungerent ſtudia cum plurimis ſanctis, & viris, & Religioſis ordinibus quos diuina prouidentia ad tantam perniciem ab electis auertendam aut lapſos inſtaurauit, aut nouos inſtituit.

Sanctum Franciſcum à Paula ſuperiore ſæculo Deus autorem Religioſæ familiæ conſtituerat: vt eius in victu auſteritas diuino approbata nutu, & Eccleſiæ iudicio, eſſet quoddam præiudicium in Caluinum, & eius ſectatores; quibus ciborum delectus non placet quem certis temporibus indicit Eccleſia: arridet autem plurimum is, qui palatum maiori permulcet voluptate. Hunc Innocentiæ ſingularis, & eximiæ ſanctitatis virum ſuo dignatos conſpectu morientem ſub huius ſæculi principium ſuadet eius in Sanctum Michaëlem pietas, & perſuadent, quæ in illum contulerant beneficia continuis nonaginta, & ampliùs annis, Naſcentem anno ſexto, & decimo ſuperioris ſæculi cœleſti ſymphonia celebrarant: commoranti ſex annos in ſolitudine, ab anno ætatis primo, & vigeſimo frequenter ac penè quotidie erant ſocij beneficentiſſimi.

A.C. 1507.

Ad eum teſſeram familiæ ſuæ Religioſæ attulit vnus Angelorum vocem ſcilicet hanc, *charitas*, in laterculo ſcriptam. Eiuſdem iam ſenis, in cella conſtat Muſica cœleſti multis atque etiam Regi Ludouico auditos gratulari Deo, eiuſque ſeruo gratificari. Quæ cauſa fuiſſe dicitur cur in eam Carolum Octauum Francorum Regem non admiſe

honoribus cultam Angeli post pulsos à Saracenis Palestinæ possessione Christianos asportarunt per ingentes terrarum marisque tractus in Dalmatiam. Dein quadriennio non toto interiecto (causa in incerto est) Dalmatis nihil tale opinantibus haud dubio Angelorum ministerio ex eorum finibus cessit eadem domus, qua tempestate funestis Guelforum Gibellinorumque factionibus diuisa odiis, bellisque plusquam ciuilibus tota flagrabat Italia & trans Adriaticum sinum in Picinum delata consedit in Recinetensis agri sylua mille circiter passus à mari. Octauo circiter mense quàm lucum illum insederat sacra domus quæ à syluæ domina Laureta nomen habet Lauretanæ, quia semitas quæ ad eam ferebant instincti furiis, & cupiditate facinorosi homines obsidere & in peregrinos grassari ceperant, sublimis ablata est ab Angelis; & in vertice collis quæ à luco mille fere passus aberat collocata. Sed fratrum duorum quibus erat communis ille collis ex cupiditate natam discordiam æque auersante Deo, ac aliorum hominum superiora in saltu latrocinia: paucis mensibus in eo vix exactis colle; Angeli in viam militarem quæ ducit ad portum Recinetensem transtulerunt mirabile illud domicilium. Dubium verò esse non potest quin suam commodarint Reginæ suæ manum ij cœlites qui à mirabilibus quæ in rerũ natura fiunt per eos *virtutes* dicuntur. Eiusmodi fuere toto pronæ, ac proclinatæ versus mare arbores, quà sacrosancta domus in destinatam syluæ sedem sublimis euecta transierat primùm è Dalmatia: quæque exciso saltu superstites diu fuerunt Religione dutante Adde illi domui circumfusam lucem simul ac in eius syluæ medio locata est. Adde vi-

Tursellinus hist. lauret.

Tursell. l.1.c.6.

ſam non ſemel per noctem ſubitam de cœlo effundi flammam, quæ pluribus primo velut ſparſa locis coruſcabat; deinde vno quaſi facto agmine ad Deiparæ cellam in militari via poſitam tendens omnia circum cœleſti luce complebat. Adde eiuſdem tectum crebris luminibus collucere viſum cum ſumma admiratione lætitiaque intuentium. Adde cœleſtem flammam longè latèque diffuſam, quæ inſtar ingentis Cometæ B. Virginis cellæ incumbre viſa eſt, quot annis, ipſius natalis Deiparæ nocte; donec didicit ex Virgine vir apprimè pius illi cordi eſſe eum diem, inibi inſigni cœrimonia coli. Ab Angelis iiſdem haud dubiè, qui *vrens ignis* dicuntur excitati ſunt nocturni ignes, qui ad Pauli tertij Pontificis Maximi tempora ſub natalem eumdem diem de cœlo ſuper Lauretanum tectum labi videbantur, inſpectante Recinetenſi ciuitate vniuerſa. Ab iiſdem terror ſemel atque iterum Turcarum claſſi; & ſemel Chriſtianorum exercitui cœlitus iniectus ad Lauretanæ conſpectum ædis cuius diuitiis inhiabant. Nec non alia multa prodigia ſunt ab iis facta, quæ ſigillatim percenſuit Lauretanæ ſcriptor hiſtoriæ Horatius Turſellinus cuius fere verbis vſus ſum in hac compendioſa narratione rei tantæ; quam eius ſcriptoris autoritate firmari & ſtyli elegantia credidi nonnihil illuſtrari.

Eodem tempore quo in Dalmatia ſacra domus colebatur ab Illyricis, Angeli qui aliquot annis ante Alberto Carmelitani ordinis faci clariſſimæ, & Virginis Matris addictiſſimo clienti fuerant gratificati: eodem orante pro Meſſanenſibus obſeſſis, & fame laborantibus Nauarchi fuere tribus triremibus quæ per mediam hoſtium claſſem penetrare viſæ

visæ sunt. Certe vbi importatam annonam ciues diligenter excepissent omnium ex oculis euolarunt triremes. Eodem mortuo cùm amicè ad sacra eius lipsana quibus iusta funebria persoluebantur inter se contenderent Clerus, & populus ; fieret ne pro eo res diuina ad propitiandum illius animæ numen vt fieri solet ; an ad gratiarum actionem diremerunt litem Angeli duo puellorum venustorum specie stolis albis auro intertextis conspicui; qui pendentes in aëre pronunciarunt faciendum illud sacrum pro Confessore cuius est initium *Os iusti meditabitur sapientiam.* Cui dubium esse iure possit quin eorumdem opera factum fuerit, vt æs campanum eo expirante nullo mortalium impulsu insonuerit.

Angelos habuerat S. Petrus à Morono adhuc puer Pædagogos ; à quibus secundùm quietem monebatur quid agendum , quidue in moribus emendandum esset. Eosdem habebat socios in diuinarum laudum nocturno cantu. Testis est ab iisdem adhibitus eius sacri ritus , quo extraordinario Dei iussu ædiculam sacris vsibus dedicarunt. Abdicato sponte , & pristinæ solitudinis amore summo Pontificatu cum Cœlestini nomine (vt cœlestis esse pluribus mereretur nominibus) metus Turbarum obtentu clausus carcere tenebatur à successore ; ibique Paulo ante mortem Eucharistia litabat pro Rege Hungariæ quem è viuis excessisse didicerat cœlitus: cum à beatis spiritibus eius Regis animum pompa triumphali in cœlos efferri vidit.

Surius.

A. C. 1296.

CAPVT. XXI.

Sæculum Decimum Quartum.

PAuca quidem de Rebus gestis Angelorum quæ sub sẽsus ceciderunt hoc sæculo decimo quarto sed ea nihilo superioribus minus illustria paucis etiam & strictim enarrare instituo, ne ab argumento plurimùm abesse videatur oratio. A Sancto Yuone presbitero cui à defensione pauperum nomen illustre fuit pauperum patroni, Angelus egeni specie conuiuio exceptuse, idem sub epularum initium luce circunfusus bene precatus est, & abiit.

A.C. 1303. Surius.

Sanctum Nicolaum cui à Tolentino oppido cognomen est inditum; quique terram cœlo mutauit ineunte hoc sæculo, quantis & quam multis affecerunt beati spiritus beneficiis ex iis paucis quæ subiicio facile est coniicere fœcunditatem suo coniugio iam diu flagitantibus à Deo parentibus cœlitum vnus autor fuit vt S. Nicolaum Myrensem Episcopum cuius sacrum corpus Barij in Apulia colebatur miraculis illustre adirent; eius precious voti compotes futuri. Viceni in duos choros diuisi eumdem cupidum vitæ Religiosæ in Eremitarum S. Augustini ordine (quem superiore sæculo cum aliis summi Pontifices approbarant) confirmarunt in proposito; & mortis indicarunt locum præiuit illi sæpius ad aram sacrificaturo sydus quod nemo est quin Angelum fuisse existimet. Demum totos sex menses adfuerunt illi noctibus singulis cœlestes Musici; qui symphoniaci

A.C. 1306. Bzouius

niaci cantus suauitate cœlestium deliciarum breui moriture prægustationem aliquam darent : & ardentius desiderium commouerent. Bullam quam vocant Sabbathinā iussum à Virgine Deipara beatorum Angelorum cincta globo scribere Ioannem 22. in gratiam familiæ carmelitanorum anno sui pontificatus primo & aliquot postea confirmatam.

S. Elzearium Ariani comitem, qui exiens superius sæculum illustrauit ortu suo;hoc autem adultum suo ad superos discessu consecrauit Parisiis quanto prosequerentur amore Angeli, intelligitur non magis ex virginitate, quam in thoro Geniali seruauit integram cum S. Delphina : & ex continua cum Deo consuetudine inter Aulicos ; quàm ex eo quod illustri reportata de Neapolitani Regis hostibus victoria admissi in prælio nescio cuius peccati (quamquam non adeo grauis vt diuina gratia excidisset) pœnas Angelus ab eo repetere sit dignatus inflictis flagello plagis dum quinquagesimum psalmum memoriter recitans veniam à Deo suplplex efflagitaret reus. A.C. 1317. Pontificibus lego in eorumdem Patrum historia. A.C. 1325. aut 1326. Vita 6. Elzearij

Annus proximus fuit insignis S. Rochi migratione in cœlum (è carcere , quo totos quinque annos habitus pro speculatore à patruo clausus fuerat) comites habuit Angelos qui cæcos ad eius sacra lipsana accensos statuerant ; & ex demortui collo tabellam suspenderant, qua peste afflictis, qui Rocho piè, & constanter supplices fierent sanitas promittebatur. Illam ipse quinquennio ante Angelo internuncio fuerat diuinitus consecutus post innumeros signo crucis eo morbo leuatos. A.C. 1327. P. Odo Giffæus in eius vita.

Eodem anno vt ex Ciaconio refert Bzouius,

creditur Angelus peregrini figurata brachium ſiniſtrum cum manu S. Ioannis Baptiſtæ arcula lignea variis elogiis Græcis,& emblematibus ornata cuſtodiendum commiſiſſe viro probo, & pio Petro de Aluma ex ordine prædicatorum: hæc ſacra lipſana illæſa ab igne in quem ea Cardinalis Albanus legatus Apoſtolicus ad probationem iis temporibus vſurpatam coniecerat, & aliis multis editis miraculis illuſtria Perpiniani in Domicianorum cœnobio repoſuit. De Peregrino, qui ea tradiderat tametſi curioſè & diligenter quæſito cum nihil omnino ſciri potuerit vnde veniſſet aut quo abiiſſet: Iure id donum Angelo acceptum referri debere perſuaſum omnibus fuit.

Haud quaquam caſu (vt apparebat) vratiſlauiensis ciuitas tota conflagrauit anno ſecundo ſupra quadrageſimum: ſed immiſſis ab Angelo prunis qui viſus eſt enſem in illam exerere, & prunas ſpargere vlturus illatam à ciuibus fidei Quæſitori cædem; & eiectum cum Epiſcopo clerum.

A. C. 1342. Bzouius

Quem ordinem Religioſum S. Brigitta autore Chriſto inſtituit in Succia, & cuius approbationem habuit ab Vrbano quinto, anno huius ſæculi ſeptuageſimo: leges illi Angelo dictante ſcripſerat haud multo ante: & ab eodem didicit eorum partem, quæ Reuelationum libris Eccleſiæ probatis inſerta ſunt. Vnum ex laicis cœnobij primarij nouem Angelorum ordines ferè continenter orantem ſuo dignabantur conſpectu.

A. C. 1370.

S. Catharinæ ſuecæ eiuſdem S. Brigittæ filiæ ita fauit Angelus: vt illius inſidiantem pudicitiæ excæcarit, quò virgo poſſet ſine periculo ſe ex æde ſacra domum recipere.

Auertanum Lemouicenſem ab ineunte Adoleſcentia

ſcentia Deo deuotiſſimum, & Virginis cultui addictiſſimum Angelus luce ſupera coruſcans admonuit orantem; vt Carmelitanæ familiæ nomen daret: paruit ille & vita ſanctiſſime acta obiit apud Lucam Italiæ ciuitatem: eius ſacræ exuuiæ magnam, habent venerationem. Sauſſa-yus 26. Febr. A. C. 1376.

Sanctam Catharinam Senenſem, quæ Gregorio vndecimo perſuaſit efficaciter vt Auenione Romam rediret, Angeli ſuo conſpectu frequentiſſime recreabant & quidem cum maximè cum Euchariſtia reficiebatur. Æqualem illius S. Agnetem à Monte Politiano Angeli decies Euchariſtia impertierunt. Lipſanis Principum Apoſtolorum, & terra in quam Crux defoſſa fuerat, cùm ex illa penderet Chriſtus donarunt. A. C. 1377.

Cum exeunte hoc ſæculo exiit è vitá mortali B. Petrus à Luxemburgo, virtute quàm ætate prouectior: & ſanctitate quàm Regio ſanguine & Cardinalitia purpura illuſtrior. Quippe qui annos ferè natus octodecim vitam integritate morum conſpicuam, auſtero victu, & voluntariis afflictationibus mirabilem; cœleſtibus Chriſti crucifixi Angelis ſtipati viſis iucundiſſimam, mutauit certa in cœlis, & abſoluta ſanctitate; beatis atque innocentibus deliciis; Deique & Angelorum clara cognitione, æterna conſuetudine, familiaritate. A. C. 1396.

dmiſerit. Vnde certa dicitur coniectùra, & traiicienti fretum ſuper extenta veſte fuiſſe nauicularois; & in miraculis quæ illi Thaumaturgi cognomen aſſerere potuerunt, Adiutores.

Diuinum conſilium de renouando in familia S. Franciſci Aſſiſinatis ardore, (qui vt res humanæ ſolent, multum remiſerat) ineunte hoc ſæculo prænunciarat, viro pio in Apulia Angelus, (Quem enim alium fuiſſe dicere poſſumus?) qui ſæpe numero ſe illi viſendum obtulit ea forma veſtis indutus, quæ tam inſolens erat eo tempore, quàm nunc eſt Patribus Capucinis vſitata. cùm hanc certè P. Mathæus, *de Baſſi*, induiſſet poſita Minoritarum apud quos profeſſus fuerat; Romamque veniſſet vt ea mutatio veſtitus autoritate ſummi Pontificis firmaretur: ne admiſſus quidem fuiſſet in eius conſpectum, niſi Angelus (qui pridie ad diui Petri, ſpeciem præferens nobilis adoleſcentis faciles aditus ad Pontificem ſe illi daturum vltro receperat) ſuam liberaſſet fidem ita omnia remonens occultis viis quæ arcere potuiſſent vt ſe in Pontificis cubiculũ nemine prorſus prohibente penetrans Mathæus, commouerit admirationem Pontifici: & ab eodem perſuaſo Angeli ductu ingreſſum quem ſuorum nullus miniſtrorum ad fores excubantium in cubiculum introduxiſſet; impetrauit facile quod ſummopere cupiebat. A. C. 1525.

Sexto poſt anno mortuũ in ſemiruta domo ſuburbij vrbis camerini paupertaris cultoré perpetuũ P.Mathæum dictum à Sancto Leone, æra omnia campana vrbis ſuapte,ſeu veriùs Angelis illa concutientibus feſto potius quam lugubri ſono nunciarunt vt eſt in PP.Capucinorum annalibus. A C. [1]531.

X Quinquennio

A. C. 1536. Quinquennio vix interiecto auditi sunt suauissimo cantu discessum in cœlum gratulari eiusdem familæ Religiosissimo, & verbi diuini præconi præstantissimo P. Bernardino à Rhegio. Neque ea fuit prima in eum beneuolentiæ testificatio: nam & ante annos aliquot eduxerant illum è carcere in quem ab iis fuerat coniectus qui hanc primi ardoris restitutionem suum interpretabantur contemptum, aut ordinis perturbationem. Quid? quod dignatum Christi conspectu paulo ante mortem frequentes Angeli Dominum stipantes suo quoque recrearant.

S. Ignatium de Loyola, qui meditabatur eodem tempore Societatem instituere quam nascenti hæresi, & adultæ, seu potius inueteratæ impietati opponeret; adiutum ab Angelis; manifestis etiã beneficiis affectum, visisquè animatum tametsi silerent historiæ de rebus eius gestis; palam tamẽ faciunt ab eo Christus Dominus, & beatissima virgo frequẽter conspecti: vix enim tanta Maiestas se visendam præbet mortalibus nisi suis aulicis stipata. Non dubitarunt eius nouem socij cum anno sexto supra trigesimum Parisiis Venetias per Germaniam contenderent, quin Angelus esset specie viri eximia conformatione membrorum qui adductos in libertatis atque etiam fortasse vitæ discrimen ignotus, & inexpectatus eduxit hospitio in quo periculum illis erat, & cæco atque transuerso itinere nullisque calcato vestigiis: quodque mirabilius est sine niue qua reliquum viæ respersum erat, octo circiter milliaribus in militarem, ac regiam viam subinde illis respectans & suauiter subridens perduxit ac digito, quà tenendum esset iter ostentans alio repente discessit.

Orlandin. l. 1 hist. soc.

Certe

Certe constat biennio post in Cassinensi secessu, & ad altare stanti S. Ignatio lucidissimum cœlestium agmen se se obtulisse in quibus vnum è sociis Hozium virum sanctissimum Patauij recens mortuum eximio fulgore micantem vidit : & à cæteris facile secreuit : sed non ita liquet fuerit ne Angelorum, an beatorum hominum illud agmen vt de altero constat viso eidem obiecto anno post confirmatam à Paulo tertio societatem primò. A.C. 1538

Emigrarat è terris vnus de primis decem patribus ex quibus coaluit, Ioannes Codurius : de quo ad P. Petrum Fabrum scribens S. Ignatius narrauit decendentem Codurij animam à pio viro in orationem intento conspectam esse luce coruscam inter choros Angelicos in cœlum deportari. Is pius vir erat haud dubiè Ignatius : qui vt scribit Orlandinus pro Codurij valetudine ad ædem S. Petri in Ianiculo tacitus rei diuinæ faciendæ gratia properans, medio in ponte qui Sixti dicitur, intentis in cœlum oculis velut à stupore defixus repente constiterat : & ad comitem conuersus ita locutus fertur, referamus nos domum, Codurius noster decessit. A.C. 1541. Orlandinus l. 3. histor. societ. n. 20.

Prænunciatum cœlitùs fuerat P. Ambrosio à Iesu de Minimorum ordine futurum, vt inter concionandum decederet è vita : Eidem verba facienti ad populum ad aures delapsa vox eum semel iterumque nomine proprio cōpellans Ambrosi, Ambrosi, & vocem & motum pauloque post sacro extremæ vnctionis delibuto vitam ademit eodem anno primo supra quadragesimum. Vnde autem ea vox sit missa, ab Angelis ; an ab aliis cœlitibus incertum. Annal. PP. Minimorū.

Huius anni die prima Angeli suam operam B.

hist. Minoritarū decade 8. Saluatori Minoritæ commodarant Barcinone in Cossetania: cum enim ille totus in diuinam familiaritatem immersus ne meminisset quidem sibi à coquo, qui febri iactabatur commissam parandi prandij viris primariis qui Guardiano vt vocant, condixerant: iamque adessent conuiuæ; necdum ignem accensum constaret: Mirum dictu, qui illi viri cruda miserant ad instruendum cōuiuium: optimè cocta, & condita reperta sunt.

A.C. 1547. Beatæ Catherinæ de Raconis tertij ordinis S. Dominici quæ sub idem tempus decessit Seraphinorum vnus attributus à Deo perhibetur tutelarius: is iter facienti cum aliis multis iam intendentibus se post solis occasum tenebris circunfudit se lucis clarissimæ & noctem depellentis gratissima specie Panormi S. Francisci de Paulo veram imitatricem & alumnam virginem ægram

A.C. 1549. Angelus vt olim S. Franciscum Assisinatem Tytharæ neruos pulsans suauissimè recreauit; & de mortis proximæ hora leniter admonuit. Eamdem cum sorore eiusdem instituti, & virtutis cum per vrbem incederet pij negotij causa, visi sunt sæpe bini Angeli formosorum iuuenum specie comitari.

Spinellus de Beata Virg. Æqualis horum temporum fuit vir apprimè pius Antonius Duca Sacerdos Panormi in Sicilia cui ædis Deo in honorem septem Angelorum diuino solio astantium dicatæ, erat commissa procuratio. Hunc quia constat cœlestibus visis sæpe incitatum ad illorum septem Principum cultum amplificandum, haud vana est coniectura se beatos spiritus dedisse illi frequenter in conspectum: & in eo adiuuisse conatu dedicandi B. Mariæ & Angelis autore Pontifice Thermas Diocletianas

quadragesies

quadragesies mille Martyrum sudore excitatas, triginta millium ex eo numero morte firmatas, & decem millium Ducisque ipsius S. Zenonis fusâ pro fide sanguine tandem exornatas.

Erat iam sæculúm hoc dimidiatum cum Oliuerio Manaræo de societate Iesu è Belgio Romam proficiscenti cum socio; & Geneua transeunti vbi ferre non poterat apud hereticum Cauponem pernoctare, & idcirco egresso ex Caupona puer se vltro obtulit ducem ad Catholicum occultum in ea vrbe. Is haud dubiè Angelus fuit qui eidem Oliuerio postea Rectori Lauretani collegij annonam suffecit mirabiliter. A.C. 1550.

Dedit anno proximo nomen eidem societati senili prudentia, & grauitate maturus, tametsi vix adhuc ætate adolescens Ioannes Carreca, qui multis postea laboribus in florida, & Mexicana Regione functus est magno Ecclesiæ commodo. Hic cum Angelo custode tanto erat, & tam familiari coniunctus vsu, vt ab eo quotidie horis antelucanis è somno ad orationem excitaretur: cum eo velut cum amico sua consilia conferret: vicissimque ei Angelus notis hisce, & vsitatis vocibus responderet hanc consuetudinem intermisit Angelus aliquando, quòd excitanti languidè & tardè paruisset vt eum post receptum in pristinam familiaritatem Angelus seriò monuit. A.C. 1551. Orlandinus, hist. soc.l. 11. n. 65. 66.

Eodem anno primo, & quinquagesimo S. Franciscus Xauarius post biennium in Iaponia exactũ quo primus mortalium lucem intulerat fidei Christianæ; indidem reuertens Goam vt ad sinas legationem proregi suaderet in scapha, quam tempestas procul ab onerariæ latere abripuerat, duobus è nautico ministerio Mahumetanis comes, & con- Idem Orland. ibid. n. 137.

 solatóɼ

fuiſſe Armuzianis Ethnicis viſos, & auditos Angelos, qui ad Chriſti fidem inuitarent narrat Iarricus.

Duos ex eadem ſocietate Ieſu Patres I. Baptiſtam Eliam, & Hyeronimum Caruaillo, illum naufragum è mari, fluctuumque impetu, & ſcopulorum ad quos allidebat duritia pene iam enectum: hunc è Tago in quo naui, qua vehebatur euerſa apertum vitæ diſcrimen adibat; Angeli totidem aut alij cœlites aſpectabili forma manu prehenſos ſtatuerunt incolumes in littore.

Quadriennio poſt vnus è Patribus Capucinis cui Bernardini nomen erat ad fluuium magnis imbribus vehementer tumeſcentem, & diffluentem extra ripas hærebat quando ſe illico tranſmiſſum in oppoſitam fluuij ripam ab vno de beatorum ſpirituum cœtu miratus eſt. A. C. 1565.

Audita eſt biennio poſt in æde ſacra eorumdem Patrum Capucinorum cœleſtis ſymphonia duobus choris alternantibus. A. C. 1567.

Beato Staniſlao Koſtka ſocietatis Ieſu tyroni; ſed Chriſti veterano militi aperuit annus proximus in cœlos aditũ: vbi tot ferè ſtipendiorum quot annos vixerat idest circiter octo decim amplã mercedẽ, & ſingulare donatiuum acciperet. Non vna fuit erga hũc nobilitate ſanguinis & virtutis Angelicæ clariſſimum adoleſcentem Cœlitum beneficentia: ſemel enim atque iterum ante ſocietatem initam Angelorum miniſterio ſanctiſſima fuerat refectus Euchariſtia, primum ægra valetudine iacens in tecto; poſt in æde quam Lutherani profanarant: vbi vehementer dolebat expetito ſe frandari viatico, quo pedeſtris ſuæ Romam profectionis laborem lenire voluerat. A. C. 1568.

A.C. 1569. la Cerda de excel. coel. spirit. c 8 ex annuis litt. Societ. Iesu.

Apud Indos in ciuitate cui nomen Bazaincum clerici pridie Virginis Assumptæ aut negligerent, aut tardius quàm par erat vespertinas preces solemni ritu canere statuerent visi sunt, & auditi primùm ab iis qui ante clausas templi fores prætєribant, deinde à clericis ipsis ad id spectaculis euocatis à plebe Beati Cœlites magno numero, & alternis concentúque musico id pensum Deo, in Virginis persoluere gratiam.

A.C. 1571. Annal. caput.

Laborabat peste Rhegium, anno primo, & septuagesimo, cùm eius vrbis gubernatori bini Angeli Capucinorum habitu prædixerunt breui futurum, vt beatissimæ Virginis apud Deum gratia finis huic malo fieret.

A.C. 1572.

Anno proximo viuere desiit in terris P. Iuo Messanensis Capucinus omni virtutum genere atque pietate erga S. Archangelum Michaëlem nobilis: à quo de mortis die præmonitus fuerat: nec non de patris pro quo Deo supplicabat æterna salute: suisque expiatis omnino peccatis certior factus. Didicerat ab eodem Archangelo, qui militis armati specie sese visendum offerebat Melitam obsidione Turcarum liberandam. Sub idem tempus ægrotanti nonnemini ex eodem ordine: visus est luce palam Angelus, qui serio monuit, vt vbi conualuisset in id constanter, & diligenter incumberet: ne aliquando de medio tolleretur nisi bonis operibus velut lætis, & vberibus fructibus conspicuus. Id ab eo præstitum testantur eorumdem patrum Annales ex quibus hoc, & cætera, quæ ad ea pertinens decerpsi.

A. C. 1580. In eius vita.

Pater Balthazarem Aluarez virum de Societate Iesu omni sanè laude, & virtute cumulatum cui S. Theresiæ hoc præclarum dedit testimonium

à Deo

à Deo docta (vt ipsa omni asseueratione affirmabat) omnium qui tunc erant in terris hominum nullum esse illo sanctiorem. P. inquam Balthazarem, annus octogesimus sœculi decimi sexti Sanctis Angelis coniunxit in cœlo, prout futurum ante, annos quatuordecim Sanctæ Theresiæ prædixerat Deus: & mox ipsa, paulóque post etiam Deus P. Balthazari: raro sane beneficio, vt tanto ante mortem quis de sua æterna salute certior diuinitùs fiat. Erat illi cum Sanctis Angelis vetus consuetudo, & familiaritas tanta diuinam, vt rem facienti, quibus erat aut à confessionibus, aut familiaris, eorum diuini auxilij. Necessitatem discere putaretur ab Angelis eorum defensoribus. Interrogatus ea de re vir modestissimus, & propriæ existimationis odio iusto, notatissimus, verecundo silentio famæ publicæ veritatem confirmauit; cuius vanitatem alioqui fuisset verbis refutaturus.

P. Mario à Forosarzino Capucinorum Generali octauo, quem mors terris rapuit, anno proximo iter facienti in sicilia, & vehementer sitienti auditus est fletus tanquam pueri: Itum est ab eo ad eum locum vnde vox flebilis mittebatur: & ecce deprehensus ad fontis crepidinem sedens, & lachrimans puer pastoris specie: qui interrogatus quid fleret respondit sitientis in Cruce Christi memoria se grauiter afflictari, atque illico videri desiit. Angelum fuisse certissima fuit coniectura: qui simul, & sitientibus Dei seruis fontem indicauit; & sitis patienter tollerandæ modum, & rationem suggessit. A. C. 1581. Annal. caput.

Sancta Theresia, P. Balthasari Aluarez cuius erat vsa consiliis, & ductu in vitæ sanctioris stu- In eius vita.

dio, biennio tantum fuit superstes. Eam Virginitas summæque aliæ virtutes Angelis similem, eorum consuetudine,& frequenti conspectu dignam præstiterant. Vidit aliquando innumeros adesse morienti puello cui nomen Iosephi. Fuit seraphinorum vnus ignea sagitta eiusdem Virginis cor visus est transfigere ad designandas flammas amoris, & reliquas Deus eo momento in, eiusdem Virginis voluntatem immisit. Eius Seraphini occasione se didicisse scribit quanta sit,& quàm admirabilis inter beatos Spiritus pulchritudinis differentia morienti adstare frequentes conspecti sunt, & inter Angelorum agmina Christus Iesus.

A.C. Quatuor deinceps, anni proximi insignes
1582. fuerunt variis Angelorum beneficiis erga Patres, Capucinos: quorum alij ægroti, alij morientes Angelica Symphonia dignati fuere. Alij Sanctus Ipse Michael aspectabili forma suam ad felicem ex hac vita discessum commodare operam, & opem visus est. Aliis de necessariis ad victum prouiderunt. Aliis se duces viæ præbuerunt. Nec defuit qui ab iis sacra impertiretur Eucharistia cùm vehementer doleret se eo caruisse cibo quia superiorum iussu amandatus aliquo non potuerat adesse tempori.

Literæ annuæ Societatis Iesu fidem faciunt iisdem propemodum annis Sociorum plerosque Angelorum expertos opera. Nam vt vocem illam quæ sensu etiam percepta dicitur à B. Aloysio Gonzaga dum de vitæ genere Deum consuleret qua iubebatur societatem Iesu petere, concedam ab alio missam quàm ab Angelo, constat tamen eodem anno quarto, supra octogesimum in Aquitania inopem quemdam à Dæmone visibili figura eaque

teterrima sollicitatum ad Christum eiurandum magnarum spe diuitiarum ab eo scelere deterritum Angeli formosissimi aspectu, & alloquio. A.C.

Beatæ Mariæ Magdalenæ de Pazzi Carmelitæ 1587. diuinitus innotuit quibusdam in purgantibus flammis adesse consolatorem Angelum tutelarem. Eidem Sanctæ lustranti diuina luce purgantium pœnarum locum comes erat Angelus : vt ipsa iussa rem totam edisserere, modestissimè asseruit. Eodem anno cuidā Mexicano grauiter ægrotanti, sed grauiore mortis tumore perculso Angelus obiecta specie Paradisi, desiderium mortis iniecit.

Haud ita multò post duo Angeli euidenter A. C. ostenderunt quam delectarent eos, & reorum 1588. pœnitentia, & in virtutis studio constantia. Friburgi apud Heluetios mulierem recens ab Hæresi, & impudicitia reuocatam nescio quis egressam vrbe iterum in cœnum impuræ libidinis omni modo conabatur immergere : nec ante destitit qua blanditiis, qua minis, & intentata vi solitariam ad oram syluæ, suæ adiungere velle libidini, donec egressam à sylua quo tantisper illam secedere siuerat, vidit intrepidè se referre ad vrbem colloquentem cum Angelo iuuenis formosissimi specie qui eius latus claudebat. Eodem anno adolescentem vnum è discipulis Nostrorum, in Galliis morientem Angelus suo conspectu recreauit, & solutum corporis vinculis ab eo euectum ad superos persuadet innocenter exacta vita.

Limæ apud Peruanos desciuerat officium ho- A. C. minis Christiani eius verbis incola, gratiamque 1589. eo die apud Deum pœnitentiæ Sacramento collectam graui noxa totam effuderat; cum illi Angelus apparuit inter quietem qui eius nomen è

libro

libro quem in manu gestabat, erasit quæ res illum ita grauiter afflixit, vt iteratam pœnitentiam, seriam, immutabilem sponderet si rursus inscriberetur sacris illis tabulis: accepit conditionem Angelus; & stetit qui eam tulerat.

A.C. Nonagesimum eiusdem sæculi tria maxime il-
1590. lustrarunt Sanctorum Angelorum erga mortales benignitatem. Mexicanum Adolescentem dæmon visibili specie impellebat, vt se præcipitem ageret è prærupto sacro innoxium casum, & magnas opes spondens, dissuasit Angelus, & officio continuit. In Brasilia Neophytum pueri candidati visi sunt inuisere morientem; & animam corpore solutam auferre secum magna lætitiæ significatione iis cum supplices fierent christianæ mulieres duæ, quæ ministrarant ægro, vti se quoque abducerent. Annuerunt alteri, quæ pietatem colebat: alteram monuerunt nisi resipisceret frustra speraturam tam insignem felicitatem. In Africa captiuum vnum de Capucinis cui non minus erat grauis impudicitia Dominæ quam hæri barbaries, Angelus cœlesti viso recreauit, & confirmauit In Italia de eadem sacra familia alium cui magna erat cum Deo consuetudo, & gratissimum celebrare Psalmorum cantu Christi laudes, admiserunt cœlestes symphoniaci in suum chorum, atque ita cum iis matutinum horarum pensum persoluit vt iis choro excedentibus illico rei tantæ nescij Religiosi, more suo sub noctis medium: successerint.

A. C. Anno proximo migrauit è corpore virgo sicula
1591. cui nomen Pelagia è tertio ordine Patrum Minimorum quæ cum Germana sua Angelica eiusdem instituti, & pacis virginitatis, sanctorum consuetudine Angelorum dignata fuisse dicitur.

S.Phili

S. Philippus Nerius qui nascens, huius sæculi primos annos illustrauit; postremos moriens consecrauit, testis fuit omni exceptione maior beatos Angelos quibus cum virginitate, & charitate singularis erat illi similitudo, auditos symphonia cœlesti Virgini cui nomen erat Helinæ Maximæ discessum ex hac vita gratulari. Eorum vnius mendici habitu stipem cogitantis misertus fuerat ante aliquot annos; & ab eodem haud dubiè non immemore benignitatis eductus est è fossa in quam deciderat: & ne læderetur eo casu prohibitus Angeli singulari cura. In eius vita.

Anicij apud vellannos in Gallia verè monitam semel, atque iterum ab Angelo mulierem de totius vitæ exhomologesi apud sacerdotem probauit magnus inde animorum motus: quo supra quadringentos facta vni admonitione, salutariter permoti sunt ad omnium peccatorum expiationem eo sacro ritu. A.C. 1594. Augast. Manuus in select. cit. à la Cerda de c. 324. excell. aug. c. 12

Duobus insignibus de nostra societate Patribus Abrahamo Georgio Maronitæ, & Martino, cui cognomen Laterna, Polono gratificati sunt Angeli post fusum ab vtroque sanguinem, & vitam Christi causa; quorum illum Mahometani triennio post succi heretici in odium Christiani, & Catholici nominis peremerant. Illius tumulum secundi splendores (sic enim nominati Angelos dixi) totos quadraginta dies cœlesti luce decorarunt: huius gratia captiuum, qui Martyri supplex pro libertate fuerat abreptum è Tartarorum manibus momento vltra centies mille passus in nota ipsi Christianorum ditione liberum statuerunt. A.C. 1595.

Hæserat post matutinas preces orationis producendæ gratia de Patrum Capucinorum Laicis Fratribus A.C. 1596.

tribus vnus; cui paulo post, cum somnus obrepsisset, ex itari se sensit à formosissimo puello; qui monitum ædem sacram orationi non somno Capiendo destinatam, & manu prehensum ad dormitorium locum suauissime deduxit.

Pater Antonius Sedennio de Societate Iesu, qui laborum in Florida, & Philippinis insulis exhaustorum Christi causa finem inuenit, & vt spes est æternam mercedem eodem anno; bis fuerat mirabiliter, & vt ipse est interpretatus Angeli opera de manibus hostium rectæ fidei, vt pote Barbarorum, & hæreticorum ereptus.

A. C. 1597. Cordubæ animam agenti iuueni, plurimi se visendos obtulerunt Angeli inter quos cum cœlesti luce perfusus tutelarem agnouisset, immortales illi gratias pro innumeris acceptis ab eo beneficiis egit: dumque in eius amplexus ruere conaretur, exspirauit.

In eius vita. Idem annus septimus, & nonagesimus numeris notatus mysticis ampliorem dici potest sanctitatem hausisse, ex discessu ad superos P. Iosephi Anchietæ, noui Thaumaturgi apud Brasilos post exactos sanctissimè in Societate Iesu septenos, & quadragenos annos; & virginitatem illibatam annorum quatuor supra sexaginta. Quàm frequentes illi fuerint adiutores Angeli qui præsunt elementis, & animantibus existimari potest ex eo quod ad huius viri preces, & nutum feræ omnis generis, & volucres se præstarent obsequentes; & mare accedens orantem circundaret instar muri, intactum fluctibus. Constat ab iisdem Angelis sæpè eo translatũ breui temporis mora quò non nisi longo tempore poterat perueniri, & allatos illi sacros libros è loco dissito cum rei diuinæ operandum erat.

Quis

Quis alius, nisi Angelus illi Dux viæ fuit inter ignotas ſyluas cùm ad Braſilum ſenem, ſub arbore iacentem Baptiſmo initiandum, & ad cœlos indidem tranſmittendum rei futuræ prorſus inſcius deductus eſt: & poſt iuſta funeris illi ſeni perſoluta ſuis redditus comitibus à quibus longo interuallo fuerat abreptus? Illud Angelorum manifeſtum fuit beneficium, cùm aliquando ſub arcem munitiſſimam in ædicula nocturnæ vacaret orationi, eam ædem admodum diu luce perfuſam fuiſſe clariſſima quæ per feneſtras, fores, & tegulas radiis micabat fulgentiſsimis. Eodemque tempore cœleſtem ſymphoniam auditam ab arcis præfecti coniuge, & genero, curioſis lucis eius ſpectatoribus.

In Auſtria adoleſcentem accedentem indignè ad Euchariſtiam participandam Angelus humana figura prehendit capillis, & ab eo ſcelere non deterrere ſolum, ſed etiam abſtrahere conatus eſt. Alij duo longe illi diſsimiles, quippe ambo inter Virginis clientes in ſodalitate pietati diligenter incumbebant: vnus Veſontione apud Sequanos; alter in Prouincia Rhenana, ſunt beatorum Angelorum conſpectu recreati. Iacebat vterque breui moriturus: cùm ille (huic quippiam ſimile contigit) poſt diuturnam luctam cum ſalutis hoſtibus alienata mente à ſenſibus ſibi redditus, victoriam lætus à ſe ſtare pronunciauit: & interrogantibus quid ſibi vellet; hoc tantum reſpondit, videre ſe Angelos quibus comes ire percuperet. Dixit: & abiit. Alterum adoleſcentulum è ſodalitio Angelorum in collegio Societatis Molſhemij prope moletrinam ambulantem, & fallente veſtigio in præterfluentem prolapſum, ne in rotas piſtrina-

A. C. 1698.

rias illideretur, prohibuit haud dubie Angelus iniecta mente vt vimen arriperet, & auxilio molitorem intenta voce aduocaret : nam cum decidit in aquam versus aliquos discebat à se recitandos memoriter Angeli custodis personam acturo certe chartam in qua erant scripti in tanto periculo de manibus non est passus exciderit.

Laicum Fratrem è Capucinorum ordine, cui Saluatoris nomen inditum fuerat cum vehementer optaret horas, quæ Virginis sanctissimæ appellantur recitare : nec præ morbo solus id præstare posset adfuerunt Angeli qui alterno cantu languentem subleuarunt.

B. Felicem de Cantalice (qui Capucinorum familiæ non est vltima gloria) cum adhuc puer pastoritiam vitam ageret, perhibetur ouium cura tantisper subleuasse Angelus iuuenis formosi specie vestem insolentem apud Calapros induti ; dum felix puer suæ pietati & orationis studio faceret satis.

A. C. Erat prope in exitu sæculum cùm Madriti tri-
1599. bus ab hinc annis nuncupatum de deserendo sæculo votum adolescens non tam soluere negligebat quam perditis moribus irritum facere satagebat : cùm illi ludum quo se oblectarat deserenti adfuit amici qui sexaginta minimum leucis inde aberat specie Angelus ; & diuina Eloquentia suauiter efficaci ita inuectus est in eius inconstantiam vt eum ad reddenda quam primùm vota impulerit. Ea in mente mirum in modum confirmatus est vbi resciuit amicum illum suum eo tempore Madrito procul abfuisse. Adolescentem alium eodem anno in vrbe Augensi in Neustria Galliæ prouincia à Patre, & matre adeo malè mulctatum vt ex plagis

plagis decumberet, grauissimi doloris sensu & certo vitæ periculo bini Angeli forma planè cœlesti inuiserunt. Illorum alter erat adolescentis tutelaris: alter præses sodalitatis B. Virginis in eius vrbis collegio cum à Societate Iesu administraretur (exulabat enim tunc ex Gallia) hic se à Deo missos nunciauit vt illi reliquo vitæ tempore semper essent aspectabiles ad solatium in plagarum innocenter acceptarum, & patientissime toleratarum dolore: & intra certam diem quam designauit, & horam, abeuntē ex corpore deducerent rectà in cœlum ad patientiæ, & cultus virgini tributi præmium, fidem dictis fecit euentus.

Non minori aut benignitate, aut eloquentia, & fructu alij duo cœlites: aut idem bis eo anno qui fuit sæculi postremus, totidem homines à perditis consiliis, & meditatis sceleribus ad pœnitentiam, & vitæ sanctitatem reuocarunt. Horum alterum in Hispania noctu vadentem ad prostibulum quispiam manu pectori admota retrocedere iussit; damnato grauibus verbis impuro consilio Angelum fuisse persuasit subita perditi adolescentis in melius mutatio, & euolans ex oculis amicus monitor. Alterum in Regno Neapolitano igniariam catapultam in cubiculo parantem ad cædem, quam ea nocte facere decreuerat, adiuncto sibi socio cui præstolabatur, conuenit iuuenis formosi specie cœlitum vnus: quærit quid rei gerat: dissimulantem grauiter increpat quod se conscium celare vellet: meditatum scelus aperit: accusat; exaggerat: immemorem diuinorum beneficiorum animum & fœditatem vitij obiicit: Dei patientiam & bonitatem prædicat: & hac eloquentia per motum, victum, in fletus erumpentem amarissimos,

A. C. 1600.

ſerio monet vti quam primum apud tranſiturum illac ſacerdotem de Societate animũ expiet: dumque pulſanti fores ſceleris deſtinati ſocio iuſſus reſpondet abiiſſe tempus, aut verius mentem perpetrandi ſceleris; ſe ſubduxit mortalibus oculis Angelus relicto in eius pectore ſalutari pœnitentiæ telo.

Gratiſſimum finem fecerunt huic ſæculo cœleſtes ſymphoniaci qui in prouincia Mediolanenſi graui morbo laborantem vnum de ſocietatis Ieſu temporalibus adiutoribus Bartholomæũ Mantica mira cantus ſuauitate recrearunt, monitum poſtridie migraturum è vita; Id quamuis futurum negarent medici, non ſecus euenit atque prænunciatum fuerat.

Caput. XXIV.

Sæculum Decimum Septimum.

Recentior quidem eſt memoria quorumdam beneficiorum acceptorum à beneficis ſpiritibus hoc dimidiato fere quod nunc voluitur Sæculo. Sed eorum pauca cognita, paucioraque potui habere comperta, nondum ſatis in publicum propoſitis huius ætatis hiſtoriarum monumentis. Quorum autem habui notitiam ea paucis ordine perſtringo ex RR. PP. Minimorum, Capucinorum, & aliorum annalibus annuiſque Societatis Ieſu libris fideliſsimè decerpta.

Optimis auſpiciis conſecrauit hoc ſæculum is Angelus qui Ducem quemdam in Lithuania vi-

cenos annos hærentem in hæresi, & lethali morbo conflictatum solatus pluribus egit cum illo de diuina Misericordia: spemque fecit felicitatis si vitæ prioris eum serio, & efficaciter pœniteret. Quis tam suaui non flecteretur eloquentia: cui Sanctorum plurimi luce fulgentes, & illi Angelo comites suffragati sunt? sacerdoti itaque de Societate qui tunc ibi repertus est non difficulter arcana conscientiæ aperuit omnia. Euchatistia refectus ab eodem: ad postremam cum dæmone luctam inunctus spei plenus obiit. Cereum oblitus fuerat accendere, qui diuinam rem facienti ministrabat vnus de Capucinorum Fratrum numero: sed ne hic deesset cultus Eucharistiæ, qui solet illi haberi cum primum verbis solemnibus consecratur; ecce tibi multis testibus manus (Angeli haud dubie cœtero latente corpore) prehensum cereum visa est accendere.

Quem sub idem tempus Beatæ memoriæ Franciscus de Sales Geneuensis Episcopus huius, & superioris Sæculi Moysis mansuetudine, & zelo Apostolus, adhibebat ad confessiones vnum de Canonicis Ecclesiæ Geneuensis cui cognomen à familia non obscura inter ciues *De Coëx*, ab Ecclesiastico autem beneficio fuit à S. Catharina: Eum certa fama est ita iampridem familiariter vsum Angelo tutelari, vt ante sacerdotium aliquo progredientem anteuerteret Angelus: post autem quasi reueritus dignitatem sacerdotij eumdem sequeretur. l. 4. vitæ c 48.

Vt à morte, sic ab inferis anno, subsequente propius aberat nonnemo in Austria sacrilegiis multis ex homologesibus infamis: sed tutelaris Angeli conspectu, & præcipua beneuolentia per- A.C. 1602.

motus ad seriam, & sinceram pœnitentiam, æternæ suæ saluti consuluit.

Eodem anno cœlestis Angelus terrestri laico scilicet Capucino Angelo nomine, sed vitæ magis, non duxit graue ea in re valitudinarij nauare operam; quam homulorum aliquis magnam demissionem interpretaretur.

Absterrebat à sacro tribunali mulierem Belgam
A.C. dæmon horribili obiecto spectro: sed iam for-
1603. ma conspicuus Angelus ad illud efficaciter allexit.

A.C. Vix nomen dederat Sodalitati B Virginis Y-
1604. prensis Belga non modo clericus, sed iam morti proximus: cùm illi beati cœlites symphonia iucundissima gratulari sunt auditi.

A.C. Vni ex discipulis Societatis in Germania iuueni
1605. grauiter ægrotanti tres è beato spirituum exercitu adstitere, qui se illi duces breui futuros in cœlum receperunt.

A.C. Leodij virtute præstanti sodali Virginis fre-
1606. quentes se dederunt in conspectum Angeli, cum graui morbo teneretur, deque eorum numero vnus clarè prædixit futurum, vt eius diei meridie è terris excederet itaque factum est.

A.C. Domestico Patrum Minimorum famulo, cui
1607. nomen Andreas Laurin, viro stupido in speciem, sed solerti pietate, & miraculis nobili custos Angelus morbo confecto, se visendum obtulit: & eius animum eo conspectu, quasi magnetico illicio statim raptum è corpore in cœlum, vt spes est, abripuit,

A.C. Antonium Faustinum adiutorem temporalem
1608. Societatis, Nouellaræ morientem sic adiuuat præses Angelus, vt quemadmodum in Energumenis

fassi

fassi sunt dæmones nullis hora illa, decretoria fuerit Lemurum tartareorum machinationibus aut turbatus,aut territus.

Eodem anno in Belgio experta est mulier quantum possit ad plecandum aliquem (quod à Petro Fabro primo S. Ignatij Socio; & Angelorum amantissimo indicatum est) Angelum eius tutelarem sibi precibus conciliare. Iniit siquidem illa viam hanc; breuique coniugem iuuentutis, & virium fiducia ferocientem ita mitem experta est: vt in virum alterum mutatum gauderet vehementer.

Probarat omnibus inuictam in extremo morbo patientiam P. Claudius Ponceot Anicij apud Velaunos, cætera multis, & eximiis naturæ, & gratiæ donis clarus de Societate Iesu operarius, sed superesse plura, quæ perferret duo cœlites iacenti significarunt amara pharmaca miscentes sub eius oculos: cum de subito tertius adfuit, qui edixit Deiparæ Virgini lubitum ne vel augerentur, vel producerentur eius dolores: Mors breui subsecuta nequaquam inane fuisse visum ostendit. A.C. 1609.

Decessit anno proximo alter de Societate Sacerdos Franciscus Foellian Sanctissimæ Trinitati ita præcipua, & singulari pietate addictus, vt eam interdiu positis humi genibus in sole; noctu in igne contemplaretur. Hoc posterius dum aliquando diutius fecisset obrepente somno pronus ruebat in accensum focum; nisi eum Angeli quibus mirificè afficiebatur excitatum è somno discrimini subduxissent. A.C. 1610.

Agebant eo anno Florentiæ duo viri nobiles, & sanguine, & pietate hoc fere discrimine quod

eorum altero in lachrymas solui solito inter orandum, alter pumice aridior permaneret. Non inuidebat iste quidem fratri eos pietatis sensus, sed participare nimium quantum cupiebat Angelum. Itaque Fratris tutelarem supplex orat, vt suum clientem impellere ne grauetur ad parem pietatem à numine sibi impetrandam: Audiit orantem Angelus, Angeli impulsui obsequitur cliens: clienti quod petebat ita magnificè concessit Deus, vt ex arido pumice deinceps lachrymæ largissimè fluxerint.

A.C. 1611. Ab Angelo renouatum est anno vndecimo sæculi in Mexicano iuuene noctu cum sociis inambulante, & scelus meditante, quod exeunte superiori sæculo præstitum ab eo memini Hispano iuueni: hunc enim non secus ac illum à destinato deterruit scelere pudicitiæ amator spiritus.

A.C. 1612. Mexicanum alius adduxerat vt generali totius vitæ noxarum exhomologesi animum rite expiaret monitum quibusdam aut silentio præteritis, aut non satis explcatis: Sed quæ est hominum inconstantia fecisset irritum hoc salutare Angeli consilium suo confirmare.

A.C. 1613. Pari beneficio affecerunt Angeli anno proximè sequenti duos homines; alterum in Sardinia alterum in Polonia: vtrique è concione prodeunti autores fuere & hortatores vt ex auditis fructum caperent: & Deo in gratiam redirent exhomologesi peccatorum. Et illi quidem memoria refricata est peccati grauis ante annos quindecim admissi, neque vlla vnquam confessione expiati; Polonum autem iam septuagenarium qui semel tantum idque in iuuentute pœnitentiæ sacramen-

tum obiisset; quia non tam facile fuit in virtutis gyrum compellere; iterum idem Angelus procrastinantem aggressus Iuuenis specie admonuit officii: Causantem sua negotia, quibus differre exhomologesin cogeretur terruit; minatus se illum nisij sponderet facturum breui quod suaserat in cœnum demersurum: spopondit ille quidem, sed vbi videri desiit Angelus ad mentem, & pristinam dilationem rediit. Cum ecce subito aspectabilem se præbet Angelus, & demersum in cœnum non ante liberum emergere patitur, quàm sanctè promissi constantiam iurasset. Et verò se nulla mora cœno proripiens cucurrit eadem die ad sacrum tribunal: vnde purus à peccatorum fæcibus, & lætus exiliit.

Sinam Christinum apud Iaponios commorantem sæuiente in Christianos Iaponiorum Imperatore Crucem statuere parantem ad venerationem; sed anxium de Crucis inscriptione Latina, leuauit ea solicitudine nusquam alibi visus Lusitanus, qui titulum Crucis incidit. Angelum fuisse certissima est coniectura. P. Soliet l. 9. c. 17.

Patrem Bernardinum Realinum notæ in Apulia præsertim, & multis quà Sanctis operibus, quà vaticinationibus, & miraculis testatæ vt perhibent sanctitatis religiosum de Societate Iesu euocauit è terris Deus anno huius sæculi sexto & decimo, ætatis sexto & octogesimo. Difficile autem est dicere quantam adhiberet ille reuerentiam aduersus tutelarem Angelum: & quàm singulari esset curæ Angelo. Nam vt paucis multa complectar (quæ vitæ huius excellentis viri scriptor multis edisserit) ille æque reuerenter agebat cum tutelari si à nemine mortalium se conspici putaret vt se gerere A. C. 1616. In eius vita.

solent vrbanissimi homines cum viris qui natalium splendore, aut dignitate præstant cæteris: ingressurus quippe templum subsistebat interior, dexteram Angelo deferens. Tutelaris autem suum clientem iugibus cumulabat beneficiis: periculosè labentem manu quæ sub sensus cadebat fulciit ne grauiter offenderet: Nudo capite sacris operantem summa hyeme defendit à frigore ne noceret: (Quod eò mirabilius est quò minus probabile videri possit) versus scribenti initia dictabat quæ ipse absolueret. Lupiis vrbe Apuliæ quadraginta totos annos ad mortem vsque substitit Angelorum ministerio cœlum, & nubes miscente Deo quoties præsidum iussu alio demigrabat. Eam enim vrbem quæ illum postea animam agentem tutelarem poposcit volebat hoc suo famulo celebrem Deus. Cùm eo in ea vrbe commorante auditi sunt Angeli familiares intra cellam miscere sermones: In eius gratiam bini Lupios venientem negotiorum causa procuratorem Collegij Bariensis de Societate omni excipiebant humanitatis genere famulorum in morem etiam continenda ephippij scandula: qui se missos à P. Bernardino dicebant.

Eius precibus ad Deum fusis ardore maximo factum non semel vt ad occultandum scelus quarumdam muliercularum, quibus certa erat mors ab con anguineis si resciuissent pudoris, & pudicitiæ iacturam ab iis factam, Angelus aduolans susceptum partum ad piam detulit fœminam eiusmodi naufragia colligere assuetam, neque hoc inauditum cum teste Vincentio Berconacensi virgo sanctissima miserata mulierem cui grauiditas erat infamiam allatura si innotesceret & opem supliciter

ter expoſcentem dignata eſt inuiſere: duos Angelos iubere illi obſtetricari, fœtúmque alio aſportare, & nutritio committere. Hæc aliaque plurima ab Angelis accepta ab eo beneficia iuſtam dedere cauſam illius imaginem ita pingendi, vt ei beatus adſtet genius.

Quo tempore in Luſitania reſerabatur ab Epiſcopo Lamecenſi iuſſu Regis Catholici Sepulchrũ Mafaldæ, quæ Sancio primo eius nominis, & ſecundo Luſitanorum Rege nata, poſt diuortium inter ipſam, & Henricum primum Caſtellæ Regem ſanctiſſimè vixerat ante trecentos, & amplius annos, audita eſt cœleſtis Muſica, & percepta mira ſuauitas odoris toto templo diffuſa: Angelorum haud dubium opus erga quos ea Princeps fœmina fuerat ſingulari pietate. A.C. 1617. Vaſconcellus in Sancio primo.

Tres Societatis tyrones peregrinari ad Sacrum locum in Neapolitano regno pro more, & inſtituto iuſſi hærebant incerti viæ ad montis aſperrimi radices: cum de ſubito illos aſſecutus puer viam docuit vltro donatos linteo quale detergendis manibus adhiberi ſolet; intra quod erant poma ſucci adeo ſuauis ad guſtatum vt è Paradiſi arboribus decerpta viderentur; & adeo ſalutaris ad vires reparandas, vt eo cibo refecti aſperrimum illum montem ſine laſſitudine ſubierint. Quia in iis tyronibus erat is Marcellus Maſtrilly qui ante paucos annos maxima totius Europæ admiratione certæ morti miraculo eſt ereptus virtute Crucis, & Sancti Franciſi Xauerij precibus; quadriennio pôſt pro illata Iaponiis fidei luce crudeliter ab iis cæſus martyrij Corona donaretur. Coniectura probabilis eſt hunc Angelum qui pueri ſpecie illi viſus eſt, & ſociis hanc viciſſim retuliſſe gratiam A.C. 1620.

Marcello pro accepta ab eo ſtipe cum ante decem annos mendici habitu clientis ſui charitatem exercere,& probare voluit.

A.C. 1621. Iaponiam mulierem è ſomno Tutelaris Angelus ſummo mane excitabat vt quod inſtituerat auguſtiſſimis Ieſum, & Mariam nominibus quotidie centies, & quadragies millies poſſet appellare.

A.C. 1626. P. Petrus Cottonus (cuius vel ipſum nomen vel imago, vel memoria ſuauitate perfundit eos omnes qui tantiſper viuentis conſuetudine, imo ſolo aſpectu gaudere potuerunt) ipſo Sancti Ioſephi cui erat addictiſſimus feſto die terris ereptus: anno ſexto, & vigeſimo huius ſœculi, non potuit in aula velut in fornace permanere illæſus ab eo igne qui inibi ardet: neque purior in dies euadere, niſi Angelum qui tres Principes in flammis recreauit, habuiſſet adiutorem potentiſſimum.

Illum Deus deſtinarat, vt vitæ innocentia, rebuſque præclarè geſtis duorum in Gallia Regum Henrici Magni, & Ludouici Iuſti magna quidem gratia, ſed de vtriuſque conſcientia maiori cura illuſtraret magnam Ieſu Societatem quæ eſt Eccleſia, & minimam hanc Sancti Ignatij miniſterio, conſcriptam cui nomen dederat. Quare iam à prima ætate beati Angeli pro illo vigilabant, & tanquam in ſpecula collocati proſpiciebant aduerſos omnes caſus à quibus tutum illum præſtarent quamtùm è re diuina foret. Sic cùm adoleſcens adhuc iuris ciuilis prudentiæ daret operam Taurini inuitatus à Socio ad æſtum qui tunc ingens erat temperandum lauatione in vicino flumine annuiſſet ea conditione, vt id & modeſtè, & ſine

fine arbitris fieret: properabat vterque ad locum opportunum ei rei visum; cùm statim inclamantes ne illuc pergerent procul audierunt, & viderunt iuuenes duos coccinea veste fulgentes: qui protinus videri ab iis desierunt. Non dubitarunt quin Angel essent vbi ex Sene percunctati de illo stuuij sinu didicerunt quotannis alicui fatalem esse. Prædixit eidem Angelus reuocandam breui Societatem in Gallias cùm ex iis exularet. Sui & eorum, quibus præerat tutelaris frequenti dignatus est conspectu: & semel atque iterum contigit, vt à Præsidibus Angelis monitus sit in æde Lauretana sacrificans de fundendis precibus pro suorum clientium perfectione: & sisteretur peregrè profecturus, donec nonnullis eius opera indigentibus tulisset opem. Vicissim etiam ipse beneficiis rependebat officia: pietatem erga Angelos imitari solitus, tum eam quam à P. Bernardino Realino memini vsurpatam deferendo illis primas: tum aliam præscriptam exemplo P. Fabri, Prouinciarum, & locorum præsides quà iter habebat honorifice salutando. Venit aliquando ad non neminem sanctitatis laude florentem cui dum salutem impertiret, visi sunt vtriusque Tutelares Angeli specie duorum adolescentum inter se magna lætitiæ, & reuerentiæ significatione agere.

Ab anno vigesimo septimo, cœpit lux inferri Euangelij in Regnum Tumquim dictum; Sinis ad occidentem solem finitimum, & vectigale eo tempore. Huic excolendo non tacitis modò sed etiam manifestis viis in cubuisse beatos Angelos vel inde constat, quod cum idolorum impius cultor fascinum sub cubile Neophyti abdidisset: vnde fiebat vt in eius cuibiculo noctu dæmon figura

hoñibi

horribili deambularet, lanceā altera manu vibrans, ſtrictum enſem alterā geſtans, flammas pedibus trahens: & Chriſtianum hunc terreret vehementer. Vocatus ad ferendam opem à ſupplici Neophyto tutelaris Angelus ſtatim adfuit, in conſpectum venit, docuit proturbandi è cubiculo dœmonis modum: cumque nocte proxima rediiſſet Tartareus hoſtis faſcino compulſus ad iterandum terrorem priſtinum: rediit etiam Tutelaris ad clientem ſupplicem: iuſſit eadem qua prius ratione eiicere dæmonem: indicauit faſcini latebras: erutum ex iis poſteaquam docente Angelo lacerauit; alta in poſterum pace, & ſecuritate gauiſus eſt.

In Regno Siam Malacæ vicino iuuenes aliquot forma præſtanti viſi ſunt circunſtare corpus. P. Iulij Cæſaris Margico de Societate Ieſu eo ipſo tempore extincti veneno in carcere: in quorum alterum quidam Chriſti deſertor eum per calūniam detruſerat; illi fraudulenter pietatis ſpecie propinarat.

Eodem anno mortem obiit admodum Reuerendus Pater Hebert trigeſimus ſecundus ordinis S. Franciſci de Paula generalis cui virtutis eximiæ luculentum teſtimonium datum eſt à Deo luce qua radiabat cum diuinam rem faceret; & ab Angelis ſymphoniaco cantu quo illum ſæpè numero recrearunt.

A.C. 1629. Biennium fluxerat cum erumpens è Veſuuio poſt ingentes terræ motus poſtque cinerum, & lapidum pluuiam torrens igneus vicina monti loca latè vaſtauit, ac nominatim pagum cui porticus erat nomen Neapolitanorum nobilium hyemales delicias: mirum dictu vnius viri plebeij quidem ſed clariſſimæ probitatis ager inter cæteros deuaſtatos

ſtatos permanſit innoxius omnem ignis iniuriam ab eo propulſante Angelo tutelari. Argumento eſt primum eius viri erga eum Angelum pietas cui cum ſua, tum ab aliis conquiſita pecunia inauratam ſtatuam affabrè faciendam curauerat, collocatam poſtea in eiuſdem pagi æde ſacra. Deinde ſingularis de Angelico præſidio eius viri fiducia qua cum in eo periculo Neapolim ſe recepiſſet interrogatus numquid detrimenti eius prædium accepiſſet reſpondit fidenter omnino nullum: nam meus tutelaris Angelus, inquit ad agelli mei limites adſtat, omnem ignis iniuriam propulſaturus. Itaque prorſus euenit diuina clementia, & Angeli benignitate. Etenim velificante non multo poſt cymba prope pagum, ij qui vehebantur videre pueri ſpeciem veluti adnantis littori. Et cum propiùs acceſſiſſent agnouere ſtatuam eſſe Angeli tutelaris quam Nicolaus, (id nomen erat illi pio viro,) conflandam curauerat ea vertice erecto ſtabat : vndis, adeſt abatque ripis quæ Nicolai prædio prominebant quaſi limites cuſtodiret eodem planè modo quo ille, vel optauerat, vel præſenſerat Agnoſceres (inquit P. Iulius Cæſar Recupitus ex quo hæc ferè ad verbum deſcripſi, (Angelum ad terreſtris Paradiſi fores inſtructum gladio, non vt olim flammeo, ſed flammas arcente. Tanti eſt erga eum pietate eſſe præcipua, & de eius in clientes ſuos benignitate quàm optimè ſperare. In nuntio de Veſuuiano incẽdio.

Ab hic annis circiter quinque probarunt manifeſtis ſignis Angeli Græciam ſibi aliàs chariſſimum nunc etiam eſſe curæ : paratoſque vetera inſtaurare erga eam beneficia quoties fidem incontaminatam colet, & pietatem ſinceram exercebit A.C. 1643. Hiſtoricius rei.

cebit Cretensem Adolescentem Marcum Kyreia copulum annos natum viginti vehementer pœnitebat à se deseri ante annos aliquot Christi vt Mahumetanæ impietatis externa specie patris seueriori disciplinæ se subduceret. Autores illi fuere tum Patriarcha Græcus Constantinopoli, tum alij in Creta insula, vt quãdo decreuerat eiurare Mahumetem: & Christianam fidem haud dubio vitæ periculo coram Turcis profiteri; Id Smyrnæ præstaret vbi sua desertione Christianos offenderat,
A. C. 1643. Paruit ille consulentibus: torquetur mox crudelissimè à Turcis: Igni primum addicitur; post tamen gladio perimitur. Id ipse nocte proxima prædixerat ab Angelo ea de re certior factus, cum quo auditus est à custodiis Mahumetanis ea nocte miscere sermones. Is certe generosus Christi martyr asseruit se ab Archangelo Michaële sustentatum sex illis diebus quos in Carcere ieiunus traduxerat.

Relatio Canadēsis eius anni. Nuper in noua Francia Canadensis neophyrus octogenarius, qui recens prodibat sacris vndis in lucem fidei; & iam morti proximus cœlum anhelabat, hac vna re tristior quod martyrio non animus, sed opportunitas deesset. Adstabat animam agẽti vnus de patribus Societatis qui regiones illas excolunt: adstabat etiam, vt senex sanctè & mirabundus affirmauit testatus sibi mentem constare, nec oculis illudi: astabat inquam Angelus adolescentis specie, singulari pulchritudine: patre negante quemquam à se videri, & sene asserente venisse eum, vt coniunctim cum patre sibi esset auxilio ad sanctam & felicem è corpore migrationem in cœlum.

Biennio

Biennio poſt terris exceſſit celeberrimæ apud Cau ares pietatis Maria Teſſonnier ciuis Valentiæ in Delphinatu. Vbi nata ſexto, & ſeptuageſimo ſœculi, decimi quinti anno, ibidem ſeptuagenaria maior vitam hanc mortalem innocentiſſimè actam penè à pueritia in Dei prouidentiæ, atque ſingularis erga eam beneuolentiæ ſinu, inter penè continuos diuinæ lucis radios, altiſſimæ contemplationis ſplendores atque ignes, heroicarum virtut e actus, cum immortali, (vt ſpes eſt certiſſima,) commutauit. Quamquam eius curam præcipuam, & propriam habere ſit dignatus cœleſtis ſponſus, & ſecundum eum Magna parens, nihilominus ſuam illi operam detulerunt Angeli. Tutelaris quidem ſæpiſſime illam aſpectabili ſua præſentia recreauit, cum dæmone pugnantem: Euchariſtia ſemel impertiuit eius cibi deſiderio æſtuantem, miris modis ſolatus eſt, & docuit res diuinas, itaque illi familiaris totos annos quinquaginta factus eſt, vt vix quicquam coniunctius cogitari poſſit: nam vt cætera omittam cum poſtremis vitæ annis quinque periculum eſſet ne ob fracti ætate, & ieiuniis, aliiſque laboribus corpuſculi imbecillitatem inter gradiendum, laberetur, omnem eum caſum præſtiti Angelus pollicitus ſe illi ſcipionis inſtar futurum. De cæteris Angelis quis recenſeat quam frequentes illi adfuerint, ſiue qui curam eorum ſacerdotum gerebant quibus ad confeſsiones vtebatur, ſiue qui comitabantur Chriſto, B. Virgini, & Sanctis eam ſuo conſpectu ſæpiſsimè dignantibus. Et verò, ſi vitæ ſcriptori varo grauiſsimo, doctrina, & pietate claro fides habetur annos quinque

A.C. 1648.

Eius vitæ ſcripta A.R.P. la Riuiere ord. Minimorum.

l. 1. c. 16. 19.

l. 2. c. 18. 37.

quinque minimùm, & quinquaginta eam vitam vixit, quæ cœlesti similior erat quàm terrestri, moriusque illi cum cœlestibus quàm cum mortalibus commercium fuit.

A.C. 1649. 7. decem.

Iam fere dimidiatum sæculum decimum & septimum illustrauit vnius de Societate Iesu sacerdotis] sanctè obita mors inter Canadenses quos Hurones vocant. Carolo Garnier nomen illi erat Parisiis nato ex nobili, & opulenta familia: sed pietas iam inde à puero maior: quam vt augeret simul, & in tuto poneret Societati Iesu nomen dedit ætatis anno fere vigesimo: vt cumularet Missionem Canadensem (deportatione Oasim haud multo leuiorem si ad vitæ commoda sola respectum habeas) ambiuit diu, impetrauit magna animi voluptate, obiuit annos fere tredecim omnibus ornatus virtutibus quibus sancti fiūt, laboribus exercitus qui gnauos vineæ Domini operarios decent: tanta in barbaros etiam à Christi fide alienos Benouolentia vt cum iter faceret cum illis non dubitaret ægrotos humeris vnam & alteram Leucam gestare demerendo illos hoc beneficio, vt quod vnum illi erat in votis ad Christum traduceret; tametsi citra labores illos constat eum multorum duritiam fregisse Angelica modestia, blando conspectu, leni verbo. Nec mirum quandoquidem comitem habebat & adiutorem Angelum, qui specie adolescentis eximia forma, & verenda maiestate aliquando visus est eius latus claudere ab agentibus animam Neophytis, quibus Pater aderat præsens. Mirabantur ægroti Iuuenem adeo formosum: quærebant ex patre quis esset, neque enim Angelum suspicabantur, nondum fortassis

Relatio Canadēsis an. 1650.

edocti

edocti beatos illos spiritus adhibens à Deo custodes hominibus: certe quidem morem illi gerebant suadenti vt patrem audirent. Hoc adiutore vsum fortissimo Patrem quis ambigat cum irruentibus in vicum Huronum perfidis & crudelibus barbaris quos Iroquos appellant hortantibus neophytis vt fuga quam illis suaserat suæ etiam ipse vitæ consuleret auscultare noluit ne imbelli Neophytorum in quos ferro & flamma sæuiebant hostes, deesset turbæ, & vt flammis semiustoslatos adhuc semiuiuos ægros, nec non Catechumenos & infantes sacris vndis ablueret: & iam olim sacris iisdem initiatos à peccatis absolueret. Inter quæ heroicæ charitatis officia genuina glande pectus & ventrem traiectus: iteratoque securis ictu tempora confossus sanctæ vitæ: & laborum quos Christi causa exhantlauit mercedem accepit non gloriosam modo mortem sed vt iure sperandum est vitam cum Angelis sempiternam.

Atque hæc habui quæ de rebus gestis Angelorum beatorum ex Ecclesiæ fastis obseruarem quibus consētanea sine dubitatione facere pergent in hominum sed piorum præsertim commodum. Quid autem facturi sint sub Mundi finem habe paucis: mittentur cum tuba & voce magna ad congregandos electos à quatuor ventis, oraculum est ore Christi editum. Idem iterauit S. Apostolus indicans futurum vt ab Archangelo vox illa mittatur, & inflerur tuba & quidem ab eo qui cæteris præest vt censuit Theophylactus, nempe S. Michaële vt cum aliis multis docuit S. Thomas. Eorumdem Angelorum opera colligendos humanorum corporum cineres existimauit Lyranus. Matth. 24. 1. Thess. 4. ibid. In 4. dist. 43. q 1 an, 2. Matth. 25.

Lege Victorellũ l. 1. de Angelorum custodia la Cerda c 4. & 34.

Descendentem ad iudicandum Christum Dominum stipabunt Angeli A cuiusque ordinis principe præferendum quippiam eorum quæ vsui fuere Iudæis ad Christum Iesum cruciandum censuere pij quidam scriptores. Ex ius Michaëlem arbitratus est crucis labaro futurum insignem vtpote opimis spoliis semel iterumque nobilem pulso scilicet è cœlis Lucifero, & occiso Antichristo ducibus impiorum.

* *
*

CORAL



COROLLARIA.

AD ANGELICÆ HISTORIÆ EPITOMEN

Æquè ſalutaria Mortalibus ac ipſis Angelis glorioſa.



QVIDEM Sancti Angeli rerum ab ortu ſuo ad opificis omnium gloriā geſtarum præmium acceperunt ampliſſimum æternæ felicitatis Coronam; quæ clara continetur, & perpetua Dei notitia, eiuſdemque ardenti ac conſtanti amore; & puriſſima, quæ inde naſcitur, voluptate: huic autem coronæ tametſi Deus nihil vnquam additurus ſit vel lucis ad clariorem diuinæ naturæ, & perſonarum cognitionem; vel ardoris ad charitatis incrementum; vel ſuauitatis, ad delectationem indidem hauſtam: attamen illum aliis quaſi Corollis beatos Angelos ſubinde donare pro vt quiſque fidelem illi variis obſequiis nauauit operam habeo perſuaſiſſimum. Quid enim

aliud significare voluit dominus ipse cùm felices spiritus præcipuo dixit effecti gaudio quoties hominum aliquis è vitiorum emergit cœno? aut quis existmare possit Deum perduelles Genios identidem nouis mactare suppliciis, quia nouis criminibus sua sponte vetera cumulant: In Angelos autem obsequentes nihil aduentitij gaudij effundere quo res eorum præclare gestas ad sui nominis gloriam inter homines amplificandam remuneretur? Quasi vero non sit ad remunerandum obsequium, quàm ad vlciscendam injuriam procliuior quodammodo cuius natura est bonitas & opus misericordia.

Est sanè tam illustris ea gloria, qua fruuntur, summi boni possessione: & tam immensa voluptas qua inde perfunduntur vt cuiusuis alterius minoris aut gloriæ, aut delectationis sensum habere non posse videantur. Diuinorum quippe fructum metimur nostræ naturæ imbecillitate quæ magnis; aut bonis aut malis obruitur; non efficientia, & capacitate; quam Deus beatis tantam impertit vt nullis neque agendis exhauriatur illa; neque hæc recipiendis ita expleatur vt pluribus superis donis non sufficiat. Adde (quod docent Theologi, & planum est factum Christo Domino dum vixit in terris cœlestes animos & clara Dei cognitione amoreque felices perinde se habere ad cætera omnia vt si Deum lumine gloriæ collustrati non intuerentur, & charitate supera succensi non ardentissimè, ac suauissimè amarent.

Capaces sunt itaque aduentitiorum bonorum & gaudiorum Angeli beati, non minus quàm plurium aliorum operum effectores. Ac proinde dubitari nō potest quin diuina bonitas in eam capacitatem noua subinde dona ingerat pro eo ac illi

ſibi impertita efficacitate vtuntur ſedulò ad ea præſtenda, quæ Deo glorioſa,& grata futura ſunt. Quamquam illa ipſa quæ moliuntur ad diuinam gloriam opera ſi omnis abeſſet alia merces ſunt beatis Angelis pretium ampliſſimum: quemadmodum ex præcipuorum breui commentatione facile liquebit, huius autem noui gaudij, & laudis argumenta quædam breuiter indico: nam dilatare neque neceſſarium eſt, neque decet.

COROLLARIVM I.

Beatis Angelis eſt maxima cum Deo ſimilitudo.

PRimum itaque quod ex iis quæ de beatis Angelis hactenus diſſerui prorſus efficitur; eſtque illis elogium præclariſſimum, atque votorum ſumma: nobis aduerſus eos reuerentiæ,amoris, imitationis illecebra, ſimilitudo eſt cum Deo maxima. Tametſi enim ſacræ literæ ſolum hominem memorent ad imaginem, & Similitudinem Dei factum: neç defuerint Sancti Patres, qui hanc laudem ab Angelis abiudicarunt: aut illos mortalibus inferiores eſſe cenſuerũt manet tamen & fixum eſt quod S. Gregorius cognomento magnus obſeruauit in Angelis velut in cera ſimilitudinem impreſſam, earumque perfectionum imaginem, quas in Deo velut in ſigillo naturaliter ineſſe conſtat eóque ſpectare illud Ezechielis vaticinium quo, *ſignaculum ſimilitudinis*, vocatur ſpirituum Princeps; tametſi nequam, & impius

desertor. Atque ita non prætermiserunt hoc tantum Angelorum præconium Sancti Scriptores omnes: nam siluisse Mosem nihil mirum est:quia (quæ est obseruatio Philonis) de hoc vniuerso quod sub sensus cadit distinctè scribens hominem præ animalibus solummodo Deo simillimum dixit. Sancti autem Patres qui hoc decus authomini soli, aut præcipuum illi asseruerunt, ij ferè cum Deo similitudinem nimis anguste definierunt: vt S. Damascenus qui sitam putauit in eo quod hominis anima in sibi coniunctum corpus velut in seruum naturalem dominatur: cui vt S. Ambrosius eloquenter disseruit non aliter intimè præsens ac Deus vniuerso; vitam illi dat, & motum, suique consilij gubernatione illud regit.

Cæterùm quia de hoc decore cum aliis vt decet magnificè sentiendum est hominem Dei, vnius quidem esse imaginem, vel animæ natura corporis experte; vel arbitrio, & libertate; vel immortalitate; Trini autem effigiem mente, notitia & amore; statuamus.

Ad similitudinem; quæ amplius quiddam esse putatur quàm imago, pro certo habeamus hominem Deo accedere, cùm domitas habet omnes cupiditates; virtutum numeros explet: ab illis vacuus, harum splendore fulget: In diuinorum cognitionem defixus eorum amore inflammatur; perpetuusque Dei imitator ea morum & actionum similitudine summi numinis beneuolentiam sibi conciliat, beneuolantia se in eius consuetudinem, & familiaritatem immergit, & consuetudine ita illi coniungitur vt Deus quodammodo non naturæ communione, sed sanctitudinis & felicitatis participatione euadat.

Quæ

Quæ ſi tam vera ſunt quam Sanctorum Patrum iudicio firmata : quis non aduertit Angelis Maximè beatis hoc imaginis diuinæ , & cum opifice ſuo ſimilitudinis Elogium ita conuenire , vt homines præ illis ſint tantùm adumbratæ Dei imagines : cum illi ſint expreſſæ , nec non eminentes eiuſdem effigies? Quid quod Guilielmus Pariſienſis agens de hac ſimilitudine pronunciat Angelos ad eam eſſe aptiores ; & quaſi à natura, veriùs ab autore naturæ fictos ?

Ita profecto ſentiet, cui venerit, in mentem eorum ; quæ tribus huiuſce opuſculi partibus ſatis breuiter pro rerum amplitudine diſſerui. Primùm enim non altera ſui tantum parte vt homines , ſed ſe totis ab omni ſunt concretione materiæ liberi Angeli diuinamque vt loquuntur ſimplicitatem hoc eſt indiuiduam naturam hoc perfectiùs imitantur quod non ex duabus naturis conſtent , vt homines : ſed vnicam Dei voluntate ſortiti, nihil habent in ſe ſubſtantiæ, quod non ſit Angelus.

Arbitrio vero ſuo diuinum hoc excellentiùs repræſentant quod illud neque infantia, neque ſomno neque morbis animi quæ ſunt perturbationes neque corporis ægrotationibus aliiſue rebus innumeris habent vnquam, vt homines vel ligatum, vel imminutum, vel in fraudem inductum.

Intelligentia, voluntate , memoria, ſeu ſi magis placet mente notitia, & amore , quis neſcit cum auguſtiſſima Trinitate præcipuā eſſe Angelis ſimilitudinem ? niſi qui has facultates tanto eſſe præſtantiores in illis quàm in hominibus ignorat, quanto terræ incolis hominum animis cœleſtes, perſpicacia ſanctitudine , felicitate præſtant. Vnde etiam conſequitur plura quoque Angelos & per-

fectius cognoſcere, & meminiſſe feliciùs, necnon amare conſtantiùs.

De ſimilitudine cum Deo quæ ſanctitate definitur quàm excellens ſit in beatis Angelis nemo vnus eſt mortalium, qui animo, & cogitatione nedum oratione complecti poſſit.

Nihl enim eſt in iis ſine demptis quidem naturæ dotibus, quas ſpiritus impij ſuis ſceleribus contaminarunt in quo diuina ſanctitatis adumbratam ſaltem imaginem videre non liceat. Etenim (vt ea leuiter attingam, quæ fuſius fortaſſis alibi explicabo) quis in iis quæ diſſerui ipſo huius operis initio de natura & qualitatibus Angelorum non intuetur altius impreſſas eius ſanctitatis notas quam in Deo ita contemplantur Theologi vt aſſerant recte explicari non ab omni macula ſordibus, & inferiorum admiſtione libera mente: ſi quidem exigua prorſus eſſet inquiunt ea diuinæ laus ſanctitatis: ſed natura, quæ cæteris omnibus excellit infinitè ab iiſque diuerſa ſit, & ſecreta: vnde etiam efficitur eam quoque ab omni macula puram eſſe vt pote nullius fœdatam inferioris admiſtione: neque alteri ſubiectam cuius ductu agere debeat cum ſibi ipſa ſua lex ſit ad quam naturas omnes inferiores dirigi oporteat.

Iobius apud Photium cod. 122.

Hoc poſtremum certe abeſt Angelorum excellenti alioqui naturæ: Si quidem ad diuinum ductum ſe applicare non aliter debet ac humanæ ideoque peccato eſt obnoxia. Sed vt minus frequentes habet peccati illecebras ob naturæ præſtantiam cui nihil eſt cum rebus corporeis commercij: Ita diuinam ſanctitatem hac etiam parte repræſentat excellentius.

Iam ſi à natura dotibus ad ſuperadditas illis

gratiæ

gratiæ diuitias, & claræ Dei notitiæ atque flagrantissimæ charitatis felices delicias, animum & cogitationem referamus: cui dubium esse possit quin Deo simillimi sint beati Angeli quos cum S. Gregorius Nazianzenus ob naturæ præstantiam dixerit *Diuinitati propinquos*: *Mundum intelligentem, secundos splendores primi administros.* S. Dionysius Areopagita suspiciens superam lucem & pulchritudinem iis à Deo gratis impertitam eosdem vocat *laeuia, pura, fulgentia, diuinitatis specula, quæ infinitum Dei pulchritudinis* fulgorem totum quodammodo in se se admittentes, eum in oculos intuentium ita regerunt vt Deum ipsum se putent intueri qui Sanctos Angelos penitus habent perspectos.

Quod autem eosdem S. Gregorius Nazianzenus appellat *secundam Trinitatem* id eo fortasse pertinet vt eam significet similitudinem quæ beatis est Angelis cum diuinarum personarum Trinitate: quam similitudinem statuit Hugo à S. Victore in eo quod sint distincti in tres Hierarchias: & in earum qualibet tres sunt ordines. Maximè verò hac conspicuos similitudine notat tres ordines primæ hierarchiæ: quia (quod ante illum obseruarant S. Dionysij Interpretes) æque omnes nullius interiectu à Deo sacris vt aiunt initiantur, æquales sunt inter se gradu, diuinorum luminum participatione, in alias Hierarchias dominatu, nemini subiecti nisi Deo Trino. Cumque potestas, & dominatus; sapientia, & amor, seu bonitas, non aliter ac cætera attributa sint ita communia tribus diuinis personis, vt tamen patri potestas, sapientia filio Amor spiritui Sancto certas ob causas à Theologis tribui soleat. Inde fit vt Throni pa- Summæ sentent tract. 2. c. 5. in c. 7. coel. hier.

trem: Cherubini filium; Seraphini Spiritum sanctum singulari quadam modo] repræsentent: Neque obstat huic rei quod in appellandis tribus illis ordinibus alium teneant ordinem Theologi qui Seraphinos cæteris præferunt; Thronos autem postremo loco statuunt: nam (vt subtiliores prætercam rationes quas affertHugo Victorinus cur id faciant) videmus emissos à tribus lucidis corporibus per foramen radios in eo decussari: ac proinde sic in charta verbi causa, certo interuallo posita, sui describere imaginem; vt inuerso prorsus ordine extremæ duæ effigies suis respondeant exemplaribus. Adde æquè sine trium diuinarum personarum iniuria, aut pietatis imminutione posse illas inuocari, & nominari ordine alio, quàm qui iustissimis de causis teneri solet.

In cæteris hierarchiis tametsi multo minor cum SS. Trinitate possit obseruari similitudo: quia superioribus sunt subiectæ à quibus illustrantur: nõnullam tamen statuunt eruditi aliqui scriptores huius ætatis. Nam in secunda quæ complectitur virtutes, Dominationes, potestates primæ intelligentiæ quandam habere videntur conuenientiam cum Spiritu sancto: postremæ ad Patrem; mediæ ad filium spectant. In terra similiter principatus ad Patrem; Archangeli ad filium; Angeli ad Spiritum sanctum referuntur; quia Patri Principij & Potentis nomina præcipua quadam ratione tribui solent filius Magni Consilij Angelus audit, seu Archangelus; cuius est ad magna mitti: idemque Dominus excellenter appellatur. Spiritum autem, quem mittit pater & filius virtutes velut sacros latices in puros animos liberalissimè irrigat.

Hac tam excellenti impertitos à Deo cum sua Maiestatę

Maiestate similitudine & naturæ bonis, & gratiæ donis quis non censeat præcipua colendos à nobis obseruantia? quis non vehementer gaudeat nobis à Deo datos imbecillis Adiutores potentissimos, cæcis Duces occulatissimos; in omne nefas impulsis à stygio tyranno sanctissimos optimos & amantissimos Alexicacos? Quis si illorum fidei non credat intrepidus? Quis se ad eorum ductum non constanter applicet, & in familiaritatem non se ardenter insinuet: imo penitus immergat? Sed hæc postea pluribus fortassis: Interea quod ex dictis aptum, & nixum est diligenter obseruari debet vt ex eo similitudinem ducamus. Quid illud? quod si imitamur diligenter, næ nos Deo similes euademus, Viden igitur vt à Deo donis ornatis eximiis in hoc vnum mentis aciem intendant, hoc vnum spectent, vt cui cùm naturæ, tum gratiæ præstantia sunt similes, eundem continenter magis ac magis exprimant moribus; & qui sui, mollissimæ ceræ instar ad æternum numen applicatione tanquam in sigillum, eius in se imaginem habent expressam: eam vt pote actuosam semperque sanctissimè occupatam ita imitentur, vt quoad fas est illud efficere, & eo modo nitantur quod ipsam moliri obseruant. Hoc nimirum est quod Diuinus Dionysius cœlesti ex Angelis compositæ hierarchiæ scripsit esse propositum, Deum agendo sic imitari, & Deum fieri; dum quam in se summi quique beatorum animorum experiuntur benignã Numinis efficientiam superæ lucis liberali communicatione; ipsi eius effingant in se formam, ita diffundendo lucem diuinitùs haustam in propinquam hierarchiam, vt eam Dei nomine iubeant id beneficij reliquis deinceps pariter impertiri.

Hanc

iubeat: tametsi quædam tunc caritura sint nonnulla vt ita loquar denominatione quam ab efficientia creatæ naturæ trahunt. Habet igitur Adiutores in rebus agendis Deus non efficientiæ tenuitate. Sed benignitatis immensa amplitudine qua res à se conditas voluit esse actuosas: nec minus suam participare efficacitatem quàm naturam. Adde sic aptiùs necti corpora quæ sensu carent; arctius coniungi animantes: participes autem intelligentiæ homines, & Angelos ad Societatem fictos iucundiùs inter se sociari.

Adde diuinæ prouidentiæ suauitatem extare illustriorem; nam homines verbi causa conuenieter suæ naturæ diuinis erudiuntur, primùm per externam vocem; tum visis, seu vt græci dicunt phantasia quoties dormientibus, aut etiam vigilantibus nobis signantur in cerebro & sensu communi rerum species: Postremo affluente ad mentem, & illabente supera luce & flamma. Ita prouidit Deus vt quando commodè fieri potest primam illam operam nauet homo homini qui vix aliter hominem erudire potest: Secundam Angelus, quam illi naturæ suæ, & mentis subtilitas facit expeditatam. Nam tertiam præbet solus Deus: quia nemo præter eum potest in animum sic illabi.

Ad primam respectum habebat Apostolus cùm dixit se suique similes adiutores esseDei agricolas, vt de eo ibi loquitur: quia verbo prædicationis humani cordis terram arabant, & sulcos imprimebant, in quos Deus excitantis gratiæ semen spargeret, Beatos Angelos pariter constat esse adiutores Dei quando non solum in hoc humanæ salutis negotio præstant quod ipsorum est proprium nempe

nempe sulcos altiùs imprimere; iamque aratum agrum nouare, & iterare: aut etiam sparsum semen occare: sed sæpe numero cum desunt homines qui commodè id faciant ficta ex aëre diuiso voce vigilantes etiam mortales officij admonent rerumque diuinarum rudes, & ignaros instituunt. Sic enim vt huius generis quam plurima prætermittam quæ variis effecerunt sæculis eaque sola memorem quæ temporum notis consignare non potui. Sic inquam Sanctæ Quiteriæ Virgini Doctor Angelus tradidit vias exercendæ virtutis; ac demum vitæ pro Christo fundendæ quas ipsa tenuit. Sic Sanctæ Ermelandi nunciauit Angelus consilium impudici cuiusdam de ea vi abducenda cùm prodiret è templo viamque euadendi, & tutum perfugium indicauit. Sic Sanctam Christianam Ethnici Regis Augeli filiam Angelus specie mendici primis instituit Christianæ fidei rudimentis.

Mar. Siculus de rebus hispan.

Surius 29. Oct.

Saussay. 26. Iulij.

Hanc Adiutorum Dei in huiusmodi negotiis laudem asserunt beatis mentibus, magnificæ illæ appellationes Doctorum, Pastorum, Episcoporum, & id genus plurimæ quibus eos Sancti Patres ornare student: seu quod eodem pertinet actiones omnes sacræ quibus haustum è fonte luminum Deo, splendorem summa hierarchia diffundit ordinariè in secundam: & hæc in tertiam: Vnde deriuari solet in homines maxima postremi huius sacrorum principatus propensione, & voluptate singulari. Quippe qui sibi eximiæ ducit gloriæ, & aduentitij gaudij materiam credit in iis occupari quæ cœli principibus deoque ipsi extra se agenti summa sunt: Auctorem scilicet quodammodo fieri salutis humanæ naturæ cuius pri-

mitias vt cum ſacris ſcriptoribus loquar æterno verbo vnitate perſonæ ſociatas Angelicæ omnes mentes ſuſpiciunt, amant, venerantur: & in eo imitari geſtiunt quòd ſe totum Chriſtus homo, & dignitatem ex ea coniunctione cum verbo exiſtentem in ſalutis humanæ pretium laboribus, ærumnis, doctrinis, & morte impenderit.

Corollarium III.

Beati Angeli Dei ſunt, & Chriſti Adminiſtri.

SI autem in beatos omnes animos quod perſuaſum habent graues aliqui Theologi ita fluxit ex diuina liberalitate ea gratiæ qua præſtāt ſanctique, & felices ſunt copia, vt eam ſolidam etiam hominis Chriſti meritis acceptam referre debeant, cur dubium eſſe poſſit quin vt Deo, ſic ipſi Chriſto adiutores venire geſtiant ad humanæ ſalutis opus: imo ſibi glorioſum ducant, & pluſquam Regium, adiutorum ſpecioſo nomine omiſſo. Adminiſtri Dei & Chriſti audire? quis ambigat quin viliſſima in ſpeciem munia ſuſtineant libentiſsimè, & obeant munera; dummodo iis ſalus hominum quæratur: Deique & Chriſti augeatur gloria: niſi qui non exiſtimat eos Chriſti Ieſu Maieſtatis conſcios vehementer obſtupuiſſe cum illum viderunt quaſi ſuæ cum Deo patre æqualitatis immemorem ſuſtinentem eius ſeruum dici: humanæ nimirum naturæ reſpectu, & ſeruilem in modum haberi, & crucifigi paſſum.

Equidem

Equidem mihi facile persuadeo (quæ est Sanctorum Angelorum in tanta luce cui sunt immersi voluntaria demissio animi omnem refugientis honorem præ Deo, ad quem se nihil esse clarè intelligunt) lubentius eos audire vocem Apostoli pronuntiantis beatos Spiritus nullo dempto *Dei*, (quidni etiam Christi ?) *ministratores esse*, quàm illud gloriosum Elogium. ***Adiutorum Dei :*** quamquam id si diligenter expendatur sono quidem vocis est à Ministro diuersum, reapse autem, seu significatione prorsus idem.

Certè vt ante Christum natum, & passum se diuinos, & homine maiores non naturæ modo excellentia, sed etiam dignitatis gradu censeri facile tulerunt : cùm Deum non raro mortalibus referebant : At post euectum in cœlos, & ad Dei patris Thronum, hominem Christum hominum conserui dici satis habuerunt. Quamquam autem iam inde ab Adamo in peccatum lapso vsque ad Adæ secundi Virgineos natales, *Adiutorum Dei* munus frequentius palam sustinuerint : deinceps autem se non adeo sæpe adiutores , vt seruos & ministros præbuerint : attamen vtroque tempore sæpius obseruati sunt seruile Deo obsequium tribuere quam adiutorum adesse forma. Ita facile sentiet qui non ad omnia quidem in opere Chronologico indicata cogitationem & animum referet id enim tædium fortasse faciat , sed quædam magis illustria memoria repetet:huiusmodi autem fuerunt currus illi vel bellici vel triumphales visi Isaïæ, & Ezechieli quibus ita Deus magnificè insidebat, vt Seraphinis & Cherubinis animalium forma quasi quadriiugibus equis inuehi videretur Adde sedenti in throno antiquo dierum visum ministra

ministrare multa eorum spirituum millia quos ab obsequio nomen Angelorum habere sæpe monui quin Andræas Cæsariensis plurimum illis honorem habere se putat, cum *eos primarios Trinitatis seruos* nominat.

Daniel 7. in c. 1. apoc.

Victori satanæ in tergemino conflictu Christo ministrasse perhibentur. Eidem in Eucharistia latenti astare famulorum instar S.Chrysostomo conspectos nemo ignorat. Beatæ Angelæ à Fulciniaco circum altare stantes ministrorum habitu de Thronorum ordine tam multi obiecti vt eos reipsa innumeros existimatura fuisset, nisi aliunde didicisset nihil in rebus à Deo conditis esse infinitum. Vt autem hoc administrorum, & conseruorum nomine gaudeant, & glorientur Christi respectu facit primum diuina verbi maiestas qua patri, & spiritui sancto æqualis supremum in omnes naturas obtinet dominatum: & ab omnibus nullo discrimine clientelare, imo & seruile obsequium iure suo poscit. Facit secundò Christi hominis infinita dignitas ex ea coniunctione cum Diuino verbo nata; qua Seraphinis non solum antecellit, sed etiam si Sanctos Hilarium, Augustinum, Thomam audimus præest vt caput corpori. Autorque salutis fuit vniuersis, seu vt habet S.Bernardus post Theodoretum *Redemptor*: causa scilicet gratiæ homini quidem vt surgeret; Sanctis autem Angelis ne caderent, facit Diuinum imperium quo iubentur illi subesse, & parere vt vniuersorum Domino facit eius sanctitas cuius adumbratam tantummodo habent in se effigiem: cuique hoc similiores fiunt nouorum saltem luminum ab ipso Christo diffusorum in eos participatione, & diuini Saluatoris nominis communione quo in opus salutis huma-

Vide Iud. de la Cerda l. de excell. Angel. cap. 3. toto

næ pro vt iubentur ipsi diligentiùs, & felicius incumbunt.

Hæc & plura de beatorum spirituum obsequiis in ipsum etiam hominem Christum paucis complexus est Apostolus epistola ad Hebræos; ex quibus S. Ioannes Chrysostomus effici dixit, ita esse Christi proprium opus pro salute proximi quiduis suscipere, & exequi, vt etiam Angelicum iure censeri queat.

Et sanè ita sunt hominum amantes Angeli (quo nomine eos appellat S. Dionysius) vt omnia illorum causa & velint, & faciant, quantumquidem decet. Sed hæc postea: priùs enim quod ex dictis nexum est paucis obseruare iuuat.

Corollarium IV.

Beati Angeli Sanctissimæ Deiparæ Virginis gaudent esse Administri.

AD omnes etiam Beatos Angelos pertinet illud ab Arnoldo Carnotensi de beatissima Dei parente Virgine magnificè dictum, *quicunque Iesu flectit genu, matri quoque pronus supplicat.* Tantum enim abest, vt hinc cœli Principibus animis quidquam de sua decedat dignitate, vt potius illis accedat multum ad gloriam si (quod habeo pro certo) verè scriptum est à Sancto Anselmo, *inter eius Virginis mancipia numerari, plusquam Regium esse.*

Et

Et ſancta quidem Eccleſia probè Conſcia verarum laudum, quæ ſui ſponſi Chriſti ſanctiſſimæ parenti tribui poſſunt, & debent eam *Angelorum Reginam & Dominam*, ſalutare non dubitat: nam Sanctos Patres qui aut iiſdem, aut æque honorificis verbis eam appellarunt nimis longum eſſet percenſere: præterquam quod id videatur eſſe ſuperfluum, hoc Virginis Elogio iam à recentioribus de noſtra Societate Scriptoribus plurimorum teſtimoniis, & autoritatibus confirmato; atque in primis à Ioanne Ludouico de la Cerda qui Libri de excellentia cœleſtium ſpirituum capite octauo toto diſſerit de B. Angelorum obſequiis erga Virginem Dei genitricem.

Spinell. de beata c. 12. 26. in ſpeculo c. 3.

Illud tamen à Sancto Bonauentura diligenter obſeruatum de duabus ancillis quæ Reginam Eſtherem comitabantur ſubeuntem ædes Regias Aſſueri præterire non poſſum, Eſthere Virginem Sanctiſſimam præſignificatam in cœlos abituram Regia pompa: & Ancillarum altera naturam humanam, altera autem Angelicam deſignatam, ambas Virgini obſequi; & ambas ſummam illi tribuere venerationem hoc poſterius conceptis verbis ſeptem Angelorum Principes ita feruntur affirmaſſe Beato Amadeo de familia S. Franciſci Aſſiſinatis, vt cœteris hominibus antecellant. Prius illud de obſequio, & obedientia Angelorum vnus S. Birgitam aperte docuit. Neutrum graue fuit illis poſteaquam Sanctiſſimæ Trinitatis iuſſu ſe homini Chriſto ſubiecerunt tanquam intelligentiæ, & ſanctitatis participum præcellentiſſimo; tanquam vniuerſorum hæredi; tanquam Domino qui diuina dona, & lumina ſapientiſſimè diribet. Nam (vt omittam hæc Sanctorum Spiri-

tuum in Virginem obsequia viia S. Bernardo senensi facilia secum reputantibus quod habet S. Lucas Iesum illi, & Iosepho subditum esse voluisse.) gratia & sanctitate antecellit Angelis vniuersis Virgo iisdem dignitate tanto præstat, quanto plus est Dei Matrem esse quàm opus solummodo: vnde etiam effici notat Sanctus Damascenus, vt filij consors fiat singulari quodam in res omnes Filio Dei subditas dominatu.

Adde visum Sanctis Antonino, & Bernardo de plenitudine etiam Virginis accipere aliquid Sanctorum Angelorum cœtum ad suæ gloriæ cumulum primùm quidem quatenus per eam etiam vacuæ desertorum perduellione sedes Empyrei hominum obedientia replentur quod beatis Angelis aduentitiæ lætitiæ seges est, & materia: deinde quia nouorum luminum fiunt frequenter participes opera Virginis, quæ solet è fonte ipso lucis, diuinitate scilicet, haurire quod in Angelos, & homines amantissime diffundat.

Opere de Virgine 3. p. tit. 15. c. 22. Est quippe Virgo Dei genitrix, vt obseruarunt Albertus magnus, & S. Antoninus omni Angelica superior hierarchia; in se vna dotes omnium,& dignitatis atque appellationum causa mirabilius complexa quam prima secundæ, & tertiæ laudes. Vnde illi verè conuenit respectu Angelorum quod summis Angelis tribuitur: vt ab eo quidem nomen inuenerint quod eximium est, & in omnibus Angelorum laudibus primum, ac summum: nihil ominibus tamen cæterorum ordinum nominibus iure possint appellari, quia ea ipsa laude quæ cæteris deinceps ordinibus summa est præcellunt vniuersis Seraphini.

Et vero Angeli appellationem quatenus eam omni

bus beatis animis communem facit obsequium quod diuina nunciant, liquet hoc excellentiùs Virgini sanctissimæ conuenire quòd ipsum Dei Patris verbum humana tectum natura velut voce quæ sensu percipi possit è virgineo Patris, & suo petulit sinu; atque ad mortales vnde salutem haurirent sempiternam pertulit.

Iam quod singulorum proprium est ordinum quem nisi rerum ab ea gestarum prorsus ignarum latere potest infimum ordinem qui à munere communi nomen Angelorum habet non æquè ac Virginem singulorum curam gerere mortalium, & minima quandoque nunciasse illis profutura? Quis nescit eam suscepisse non tantum Romæ nouæ quæ vrbs Virginis ideo dicta est sed plurimarum fereque omnium ciuitatum defensionem, & Patrocinium, quæ solent inter Archangelorum munia censeri? Prouincias, Regna, Imperia, vniuersum hoc quod cœlos, & terram complectitur Christique Ecclesiam nullus felicium animorum qui Principatus audiunt tam sedulo administrat vt virgo, nullus præ illa summum rerum principem Deum continuo Regiarum exercitio virtutum perfectè imitatur, & omni ope satagit vt naturas omnes intelligentia præditas ad suum Principium reuocet, eiusque dicto præstet obsequentes.

Potestatum gloriosam appelationem iustius sibi vindicat Virgo præpotens quam beatæ mentes quia Dæmones, coërcet, terret, dat in fugam vel ipsum Mariæ nomen: quanto magis ipsa quæ ob Angelicæ in terris actæ vitæ sanctitatem non minorem impiis terrorem quam ad pugnam acies instructa. Verendam simul, & Augustam suauemque præfert totius oris, & corporis Majestatem: Gaillel. apud Delrio in c.6. cant. v.3.

 omnia

omnia locis aptis collocat, & componit, cùm in id etiam incumbit, Vt Beatorum numerus augeatur ordine Virginum quibus ad inauditæ propemodum mortalium generi virtutis cultum quasi signum aliquod prima intulit. Virtutum audit Regina, quia dum vixit in virtutibus omne studium posuit: eas suis clientibus facile à Spiritu sancto impetrat. Et cum secundo secundæ Beatorum spirituum hierarchiæ ordini virtutum nomen sit impositum, ob ea miracula quæ diuino iussu solent edere, causarum naturalium variæ coniunctarum efficacitate: præstat in iis edendis operibus Virgo. Præter quam quod eius vel voluntate, etiam ministerio Deus frequentissime permulta efficit quæ nulla causa naturalis possit eximere miraculo.

Dominationes habent in Virgine cuius nomen Dominam sonat, quod suspiciant: nam cum omne genus seruitutis præter illud in quo summa est libertas, & dignitas quo Deo subiicimur à se repulerint: ipsa vni quidem Deo, & Christo subest; & in cætera omnia dominatum obtinet moderatione suauissimum, amore in suos ita iucundum vt ne si possent quidem, detrectarent imperia: & diuini in res conditas Dominatus imitatione adeo mirabilem, vt aliud nihil habeat propositum nisi sibi, subditorum sanctitatem, & beatitudinem in eo maximè positam quod diuinum nutum obseruant continenter, & eo se regi ac gubernari gestiunt.

Throni nomen tam sæpe à Sanctis Patribus virgini tributum, ipsi adiudicat meritorum excellens magnitudo; vindicat nulli obnoxia mutationi, sanctitas; afferit cor excipiendo apertum numini;

verbi

verbique Diuini & mente & ventre conceptus, confirmat immensitas desideriorum, & consiliorum puritas, quibus vnum hoc spectat atque vehementer cupit, vt Deum omnes ferant in oculis, laudibus efferant in eorum proferant aspectum qui tanta in luce adhuc caligant.

Cherubinis præcellit scientia Diuinorum: quid enim eam latere potuit quæ in cellam vinariam sponsi admissa sapientiam totam æterni Patris virgineo exhausit conceptu; & eo vino sine sobrietatis imminutione ebria, nihil iam humile, nihil falsum cogitare potuit, sed summa omnia & verissima & diuina sapere Deo plena tunc maximè cœpit, & ad omnem perpetuitatem sapiet.

Seraphinos S. Dionysius dictos scribit ab æstuosa vita, ab ardore amoris quo feruntur in Deum illique sic adhærent vt ab eo diuelli nequeant: nec non flagranti studio quo tenentur naturas intelligentiæ participes omnes quoad fieri potest nulla dempta, eodem amoris igne incendendi, atque in Deum quodammodo transferendi: verum lentus est hic Seraphimorum ignis præ virginis de quo quid dici aptius potest quam quod S. Ildephonsus scripsit: *Beatam Mariam velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decoxit, eoque illa sic incanduit & igniuit vt in ea nihil videatur nisi Spiritus Sancti flamma, nihilque sentiatur nisi Diuini amoris ardor.* Serm. de Assumpt.

Atque in hoc charitatis igne qui Matris dignitati tam coniunctus est & insitus, quàm timor est seruili conditioni natiuus existimauerim sitam eam singularem virginem cum Deo similitudinem, in qua Magnus Albertus positam putat præstantiam qua proprium quemdam sacrorum principatuum,

& vt loquuntur hierarchiam Angelicis superiorem obtinet: iisque sacrarum omnium actionum exemplar quod imitentur in se ipsa proponit.

Quis enim percensere possit quàm multis Christianarum institutionum rudibus, & ignorantia inquinatis: aut in vitiorum nocte, & cœno iacentibus eam lucem intulerit qua purgarentur? Cui non est compertum S. Gregorio Neocæsareæ ponti Episcopo de sanctissimæ Trinitatis mysterio minus adhuc perfecte erudito, eiusdem illustriorem communicatam iussu Virginis à S. Ioanne notitiam.

Quantis porro splendoribus clientes suos Elzearium Lutgardem, Birgittam, aliosque innumeros multa iam in luce cœlum anhelantes cumularit ad amplioris sanctitatis studium non est mei instituti commemorare in præsentia, mihi si quidem hoc vnum propositum satisque est, si ex iis quæ perstrinxi constet habere beatos Angelos iustissimas causas virginem sanctissimam Christi Matrem venerandi, vt omnibus gratiæ donis & matris dignitate superiorem: Amandi ob studiorum similitudinem: suspiciendi vt exemplar ad imitandum propositum audiendi vt Dominam.

Spec. c. 3. in Serm. Angelico cap. 20. Ita certè audire Virginem & eius dictis parere gaudent tum Michaël tum cæteri omnes Angeli testibus SS. Augustino & Bonauentura S. Birgittæ omni confirmauit asseueratione de illorum numero vnus: quiduis perpessuros libentius, ne inferorum quidem cruciatibus qui pœna sensus dicuntur exceptis, quàm vllum eius recusaturos imperium.

Venerabundum illi accidisse S. Michaëlem & supplicem in gratiam Principis Lusitani Ferdinandi,

di, me notare memini in Chron.. o , quid minores Angelos facere par est tanto sui Ducis exemplo sed magis Virginis maiestate ad eam iustam venerationem prouocatos?

Obsequium coniunctim, & venerationem, atque amorem Angelorum in Virginem testantur quæ sacri scriptores & S. Patres obseruarunt; Eam cum adhuc maternis penderet ab vberibus solitam Angelis cingi, vt habet S. Damascenus; cum triennis scalas templi subiret Deo sanctissimè offerenda ab iisdem adiutam si S. Vincentij Ferrerij certa est cōiectura in templo vndecim circiter annos cœlesti cibo refectam nisi SS. Bonauenturæ, Germano Constantinopolitano Patriarchæ Andreæ Cretensi, Georgio Nicomediensi & Cedreno fides abrogatur: Ibidem saltem eo toto tempore frequenti cœlitum consuetudine vsam quod SS. Hieronymus & Ildephonsus asserunt: adfuisse illi multos Archangelos cum nuncium optatissimum vniuerso pertulit ad eam S. Gabriel scribit S. Ambrosius. Quo ex tempore ad mortem vsque dubitari non potest quin illi non solum S. Gabriel, sed alij innumeri non tam necessarij vt nobis quàm honorari, custodes vt Chisto adstiterint qui ab eius præsentia prohiberent impuros Spiritus.

Vide la Cerda de excell. Ang. c. 8. tot. orat. 1. de Natiuit.

Serm 1. & 2. de Natiuit. Virg.

t. 9. l. de Natiuit. Virg.

Serm. 5. de Assu.

l. 2. de Virg.

Etenim quàm frequentes eius mortuæ exequias duxerint & celebrarint quid opus est dicere: cum omnes rediuiuæ & in cœlos nobilissimum agentis triumphum occurrisse Patres plurimi sine dubitatione asserant? Quidquod vix eam vnquam cœlis ad hominum solatium, & opem descendisse legas & dignatam venire in conspectum Mortalium, nisi multis Angelorum millibus stipatam? sed vt prima illa fuerunt Angelorum venerationis, te-

neuolentiæ atque obſequij in Virginem: Ita hæc poſtrema ſunt præterea amoris erga nos mortales certiſſimæ notæ quorum cauſa omnia volunt, ſuſcipiunt, præſtant quoad poſſunt Dei, Chriſti & Virginis imperio in hanc curam incumbentes, ſuapte etiam (qua ſunt ad beneficentiam propenſione) humanæ ſalutis negotium diligenter acturi.

COROLLARIVM V.

Amantes hominum Beati Angeli nihil non ipſis volunt, & efficiunt quod quidem ſalutare futurum ſciant.

QVanta & quàm multa Sancti cœlites hominum cauſa & velint, & efficiant nemo eſt quin ſatis intelligat non poſſe quemquam cogitatione conſequi, nedum oratione ab homine mortali explicari: Nemo eſt quin fateatur ſatis indicatum fuiſſe à me tum vltimo ſecundæ partis capite, tum tota ſynopſi chronologica: nemo denique tametſi ſilerent ea de re ſcriptores omnes cui facilis non ſit huius rei coniectura ex incredibili quo feruntur in Deum, Chriſtum & Virginem amore, quibus hominum ſalutem curæ ſciunt eſſe ſingulari. Et vero vt penitus perſpectum habent ad eam ſalutem cum afflicta eſſet reſtituendam, filium vnigenam ab æterno Patre & à Virgine matre in mortem traditum: filium ſe ad ſacrificium pro ea faciendum

ciendum præbuiſſe hoſtiam quam Spiritus Sanctus ſuis quo ſanctior eſſet finxerat quodammodo manibus, ornarat virtutibus & donis cumularat: ita fieri non poteſt quin pro eo ac Deum, Chriſtum & Virginem amant, ſint hominum ſalutis ſtudioſiſſimi & cupidiſſimi; ſeque ſuaque omnia quantum quidem fas eſt ad eam conſeruandam & augendam diligenter impendant.

Quid enim? ſi Dæmones iniuſtiſſimo, & inexpiabili auguſtiſſimæ Trinitatis odio ſcelerata in homines inuidia nihil non moliuntur, vt hos omnibus bonis euertant, ſecumque in tartara præcipites trahant, Sanctiſſimam autem Trinitatem ea fraudent Gloria quam ſibi ex hominum obedientia & ſalute quærit: Minor erit Beatorum Angelorum, minuſque efficax in Deum amor atque erga Mortales beneuolentia?

Certe vt de mirabili & ardentiſſimo quem in illis excitat clarè viſus Deus, ſuæ bonitatis amore conſtat tantum eſſe ac tam efficacem, binas vt alas ſtantes ante Dominum Seraphimi ſemper habeant explicatas ad volandum quodcumque eos diuinus Spiritus impulerit: Ita dubitari non poteſt, quin parati ſint & expediti ad quiduis efficiendum noſtra cauſa qui hominum amantes à S. Andrea Cretenſi nuncupantur. Serm.de ſalut. Angel.

Suam in mortales omnes beneuolentiam eorumque ſalutis ſtudium nulla re, meo quidem iudicio, clarius indicauit Apoſtolus quam cum ſe præſtabat, vt ſcribit ad Corinthios, omnium ſeruum, tametſi liber eſſet: quando cum Iudæis Iudæum agebat, cum Gentili Gentilem, cum infirmis infirmum ac Denique vt omnes ſaluos faceret *Omnia non ſimulantis actu ſed commiſerantis fiebat* 1. cor. c. 9. v. 19. ep. 9. & 19.

affectu

affectu Vt S. Augustinus obseruauit. Sed hæc pace tanti Apostoli dixerim ad Angelorũ in eosdem homines charitatis testimonia sunt parum illustria si quidem nullam egit personam Apostolus qui à natura & conditione humana videatur aliena:Beati autem Angeli vt homines saluos præstarent quantum in ipsis est, primò quidem ferè semper humana specie visi sunt hoc est sibi ipsis minores haberi sustinuerunt: deinde nulla est inter homines tam abiecta vitæ conditio aut persona tam vilis cuius & speciem externam non præ se tulerint & munia non libenter obierint quoties id Deo gratum fuit, & hominibus salutare.

Nam in synopsi Chronologica quiuis potuit obseruare ab iis gestam personam, Primùm sacram omnem à summa ad infimarum aliquam. Egerunt enim pontificiam personam in consecratione S. Amphylochij Episcopi; Catechistæ autem fuerunt decies mille martyrum in monte Ararat crucifixorum. Deinde laicam omnem sustinuerunt ne exceptis quidem Vespillonis, Nauicularij, Bubulci, Mercenarij, viæ ducis Aurigæ, opilionis, sartoris serui à pedibus & Mendici personis inter mortales partim vilissimis, partim non honestissimum locum obtinentibus: Erit enim fortassis qui minus quàm decet honorificè de Angelica natura sentiens: non existimet Beatos illos cœli Milites, & Principes infra suam conditionem se demisisse cum videri dignati sunt specie vel militis pugnantis in gratiam Autolini:vel Imperatoris Constantij manibus Nisibensibus inambulantis ad Persarum terrorem.

Verum hæc tanta varietas Personarum omnis generis à felicibus animis suscepta hoc quidem

apertio

apertiorem eorum in homines benignitatem ante omnium oculos ponit, quòd illæ omnes sub sensus cadant. Illustriorem tamen eam longè præstant aliis benefactis quæ interiora sunt, & Angelicæ naturæ magis affinia, & quæ externus hic omnis famulatus, vt ita loquar ab iis suscipitur. Ea sunt autem salutaria consilia monita, præcepta, quibus in assumpta hominum figura eos ad Dei metum, & pietatem informant; clarissima lumina quibus eorumque mentes ignorantia liberant, illustrant perficiunt; & illustria omnium virtutum exempla quæ ad imitandum iis proponunt quorum sub aspectum venire, aut alio quouis sensu percipi dignantur. Hæc autem interiora beneficia præstare ita Beatis Angelis insitum est, vt inde censuerim quemadmodum de miraculis scripsit Maldonatus; vera hæc visa à falsis aut fictis certissimè diiudicari, & discerni; si præter eam quam solent afferre spectatoribus suauissimam lætitiam, & quandoque externam opem: nonnihil imo multum conferant ad morum sanctitatem.

Et vero quantum memorià repetere possum scripta in synopsi Chronologica de huiusmo diuisis eorum veritatem probant præter scriptorum fidem; consequuta ex iis vel in Martyribus quos inuisebant constantia, vel in Sanctis Confessoribus lux fidei maior charitatis flamma diuinior, aut ad aliquam aliam virtutem accessio: vel in contaminatis aliquo peccato mentibus reconciliationis cum Deo cupiditas. Hanc enim etiam assertorem humani generis Christum Dei Patris vnigenam cum Beatis Angelis quos adiutores adsciuit, & administros in hominum salutis procuratione communem eatenus habere laudem voluisse mihi persuadeo

persuadeo, vt quemadmodum ille quorum corpora persanabat, eorum mentes etiam sanctitate impertiret: ita isti quorum, vel aspectum, vel auditum, vel odoratum aut sensum interiorem castissima voluptate permulcent, eorum intelligentiam cognitione cœlesti, & voluntatem ad sanctitatis studium pia commoueant affectione.

Hoc fuit illorum studium iam inde à constituto sacrorum inter eos Principatu, cuius finem alibi monui post S.Dionysium alium non esse, nisi vt diuina Dei imitatione agant Beati spiritus: Et qui à Deo luce supera, & ardore amoris aucti Dij quodammodo euaserunt, ij eum cæteris deinceps eandem lucem, & flammam non solum sine inuidia, sed ardentissima Charitate inflammati communicent: eosque arctissimam cum summo numine coniunctionem, & maximam similitudinem euehere satagant.

Ex hoc porro Beatorum Angelorum amore erga homines concitantur in eorum voluntate omnes illi effectus qui in mortalibus nobis habent adiunctam corporis commotionem. Vt enim suorum clientum salutem desiderant; sperant; confidenter procurant; cúm aliis viis tum maximè precibus; eaquè magnopere gaudent, & triumphant. Ita quæuis peccata tanquam vitæ animorum lethifera venena oderunt, timent suis clientibus, & execrantur: Illa si viderint ab aliquo propinari sancta commouentur iracundia: si hausta senserint tristitiam suscipiunt quæ in desperationem desinit vbi restinctum eo frigore vitalem Gratiæ calorem præsentiunt nunquam accensum iri,

Sic enim desperantes olim Hebrææ gentis vniuersæ salutem auditi sunt Hierosolymitano templo

plo

plo excedere : pro cuius ſanctitate defendenda in Heliodorum exercuerant iracundiam : cuius affectus non aliter atque amoris cauſa exiſtimauerim etiam Beatos ſpiritus igni ſimiles ſæpe dici.

Exultare auditi ſunt cum S. Iulianum puellulum futurum Martyrem Sacris vndis tinctum eſſe ſenſerunt : omnibus incedere lætitiis viſi à S. Paulo ſimplice ſimul ac Monachus quiſpiam in gratiã cum Deo rediit. Efferri gaudio conſpecti quoties Sanctos animos in cœlum efferrent. Vna eſt triſtitia quam, licet S. Antonius ſcripſerit iis ingenerari ex æterna hominum pernicie : idque Beatus Angelus Sancto Furſeo apud Bedam confirmaſſe dicatur, non ſatis tamen intelligo cum Beatitate cohærere poſſe : præterquam ſi eum motum ab omni moleſtiæ ſenſu liberum conſtituas in eo præcisè quod à malo præſenti animum oppoſiti boni cupidum auertat, & abalienet ſpe omni præciſa fruendi deſiderato bono, & ea ſuauiſſima delectatione ex animo abſterſa, quam eius olim boni afferebat expectatio, ſic enim optimè interpretor quod S. Furſeo dicebat Angelus nullam in cœlis eſſe triſtitiam niſi de hominum in tartarum præcipiti caſu, quia malum ibi nullum contingere poteſt præterquam ſpe fruſtrari augendi Sanctorum numeri, vnde externæ Dei gloriæ aliquid & Sanctorum multum accedit lætitiæ, quam ſpe præcipiunt.

Corol.

Corollarium VI.

Quem animi sensum & motum Angelicæ historiæ notitia par sit in nobis ad Dei, Christi, & Virginis cultum concitari.

Adeò variis affectibus pro generis humani salute Beatos Angelos suapte sponte, vt ita dicam agitari cum latere nos minime possit, nisi rudes prorsus, & ignari simus eorum quæ de illis hactenus à me commemorata sunt, consequens profecto est, vt hoc magis animis sic afficiamur illorum causa quomodo eos nostra videmus affici; quòd eo omni conatu nostro, & grati animi erga beneficentissimos Spiritus testificatione Beneuolorum tantum officio fungamur: vnde plus etiam in nos ipsos fructus, & commodi deriuabitur quam in illos honoris, & cultus pro benefactis refundi queat.

Capvt

SECTIO I.

Primum erga Sanctos Angelos obsequium; Gratus in Diuinitatem animus pro collatis in Angelos beneficiis.

PRimum, ac potissimum, peneque solum à Mortalibus Beati Spiritus expetunt pro continuis& maximis suis in nos promeritis obsequium, vt quam fieri poterit sanctissimis animi affectibus feramur in Deum: nunc admiratione potentiæ qua præstantes suas naturas ex nihilo condidit, conditasque eximiis ornauit, & auxit dotibus: post amore infinitæ Bonitatis cuius vnius impulsu supera luce suas perfudit, & Cœlesti ardore accendit mentes, vt possent, & reipsa vellent se ad diuinum nutum fingere; & ad æternam euehi felicitatem; interea dum sociorum plerique elati superbia in sempiternum deturbarentur exitium. Tametsi autem gratum pro tantis Dei donis animum ipsi quoad fieri potest continuis, & laudationibus,& obsequis & cultu testari perseuerét: quia tamen beneficiorum magnitudini,& votorum ardori ne minima quidem ex parte respondere videntur ij conatus omnes, nostram eam ad rem exposcunt operam non aliter atque sancti omnes apud Dauidem. Eam si vt decet multam iis præbemus tum maxime cum Eucharistiæ sacrificium fit quo Gra-

tiæ Deo quam perfectissimè aguntur, suam vicissim perseuerabunt ferre opem: imo quod de sanctis vniuersi dixit ea occasione Cabasilas, se totos hoc procliuiùs dabunt fruendos nobis: quo constantiore illis coniungemur laudandi numinis societate.

Quidni enim suas omnes opes, & vires in nostrum commodum magnificè impenderent Angeli quas nostras facit Charitas si eius impulsione grati simus æque Deo, atque si nobis impertiuisset? Adde quod ea quæ diuinarum laudum argumenta notat in Angelis Pererius, præstans scilicet eorum natura, miræ proprietates, & actiones; Sacri Principatus excellens gratia, virtutes exemplares; æterna felicitas eatenus data sunt hominibus Dei concessu, & munere: quod non sibi ipsis tantum sed iis etiam viuunt mortalibus qui communem cum ipsis hæreditatem adituri sunt: hanc imprimis mutuam ab hominibus operam sacrificio, & gratulationibus de beneficiis à Deo acceptis S. Michaëlem exposcere voluit quãdo vel ab Apulis in Gargano, vel à Gallis in prærupto alio monte templa suo nomine insignia extrui iussit, nec aliud fere spectauit quicunque de cœlitum numero sibi cultum aliquem adhiberi voluit.

SECTIO. II.

Secundum Obsequium; gratus in Christum animus, illorum causa.

SEd quia secundum Augustissimam diuinarum Personarum Trinitatem humanæ Christi natu-

tæ ſe multis, & maximis deuinctos beneficiis Angeli libenter agnoſcunt: præterquam quod dignitate, ac ſuperis Gratiæ, Gloriæque donis haud paulo ſunt inferiores. Ideo gratiſſimum illis accidet à nobis obſequium ſi homini etiam Chriſto multum illorum cauſa tribuimus cultum, & gratum præſtamus animum.

Vide ſis cum Apoſtolo apud Ieſum cùm primis gratioſo Ioanne, vt innumeri myſticis animalibus, & viginti ac quatuor ſenioribus permiſti Dei Thronum, & hominem Chriſtum circunſtent venerabundi. Audi quam ſuaui conſentu gratulentur huic mortem obitam pro mundi ſalute cuius illos eatenus ſaltem participes fuiſſe dicebam, quod ab homine Chriſto noua ſubinde luce, & voluptate perfunduntur. Eam gratulationem ſi frequenter, coniunctiſque & vocibus, & effectibus vſurpamus gaudebunt haud dubiè plurimum; ſibique à nobis abundè ſatisfactum exiſtimabunt ſi canentibus *Dignum eſſe Agnum qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam & fortitudinem, & honorem, & Gloriam, & benedictionem* nos & noſtra & illorum cauſa ſuccinimus, quod à rebus creatis omnibus factum eſt eodem teſte Apoſtolo, *Sedenti in throno & Agno Benedictio & honor & gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum.*

Diſrumpuntur inuidia nequiſſimi Tartarorum incolæ genij humanam in Chriſto naturam ſuæ prælatam; nec ferre poſſunt ſummam eius dignitatem ex eo maximè mortalibus probatam ab Apoſtolo Paulo quòd illi omnis natura, ne dempta quidem Angelica, diuina licet proxima, ſubeſſe cultum tribuere, & parere iuſſa ſit. Beati autem

ſpiritus quo flagrant puriſſimo in Deum amore & qua ſunt animi voluntaria demiſſione adeo nihil ſuæ deceſſiſſe ſciunt excellentiæ Chriſti hominis dignitate, & ſuis in illum obſequiis: vt illi plurimum acceſſiſſe cenſeant: quatenus etiam Deo facti ſunt eò propinquiores & coniunctiores. quò propius ab humana Chriſti natura quæ vnitate perſonæ verbo coniungitur, quàm ab eius Diuinitate ab ſunt. Quare vix illis à nobis quicquam accidere poteſt iucundius, quam ſi ex naturæ Angelicæ, & proprietatum, & qualitatum eius præſtantia hominis Chriſti maieſtatem illuſtrari identidem cum Apoſtolo prædicemus: quippe intelligunt non imminui ſed amplificari ſuam dignitatem cui adeo nihil detrahitur ea ſubiectione & obſequiis, vt potius augeatur & creſcat dum Verbi hominis facti gloria velut columna in hominum conſpectu ſtatuenda Angelicæ naturæ velut ſtylobatæ imponitur.

Et ſane ſummam animi delectationem præ ſe ferre viſi ſunt, quoties homini Chriſto in terras ad Sanctorum aliquos glorioſa ſpecie recreandos deſcendenti comites fuerunt: & magno ſibi ducunt honori ius dicenti apparitores eſſe.

Ita igitur homini Chriſto gratulemur eum quē obtinet Angelorum Principatum; quando etiam ea gratulatione certum eſt nos ipſis etiam Angelis gratificari, vt quod vehementer cœperunt gratias eidem Chriſto homini maximas & frequenter agamus pro ſupera ſaltem luce, qua mentes eorum cumulat, pro laudibus quibus eos ornat, & aduentitio gaudio quo voluntatem eorum ſuauiſſimè perfundit.

SECT.

SECTIO III.

Tertium Obſequium; Cultus Virginis Reginæ Angelorum.

QVoniam autem omnibus opinor ſatis compertum, & exploratum eſſe quod paulò antè referebam; maximam aduerſus Chriſti Domini Matrem virginem reuerentiam adhiberi à Beatis ſpiritibus; quippe qui matris carnem coniunctam in filio venerentur: & filij gratiæ plenitudinem in matre ſuſpiciant, participent, & amore ſingulari complectantur: Ex his etiam conſequens eſt vt ſi quo erga illos obſequio grati eſſe conabimur, vt debemus, virginem ſanctam in qua omnes extant & eminent collectæ laudes quarum ſingulis ſingulos primum ornauit Deus, deinde filij cauſa ditauit & matris etiam in gratiam nonnihil vt dicebam auxit; obſeruemus & colamus cum aliis nominibus, tum eo maxime quod de Angelis optime eſt merita eorumque audit, & Domina, & Regina.

Summo non tantum optimè morati, ſed etiam barbari populi ſibi ducūt honori ſuos Reges quos quidem amant, & reuerentur ab aliis coli, non aliter ac illatam iiſdem iniuriam ſuum contemptum interpretantur, facileque ferunt rerum præclarè geſtarum ſolidam tribui Regibus ſuis gloriam; & ſi quid minus fortiter geſtum eſt eius totam infamiam in ſe deriuari. vt hoc poſterius in

Beatos Angelos cadere non poteſt quia nihil in cœleſti illorum & regno, & exercitu geritur quod tantillæ poſſit infamiæ læuiſſima ſuſpicione aſpergi. Ita prius illis mirabilem in modum conuenit ad quorum exultationem & plauſus quoties contingit nouum aliquem & præcipuum haberi honorem Virgini, nihil erant illæ lætitiæ ſignificationes quas Romanos dediſſe perhibent cum duos Armenorum Reges Imperatoribus ſuis Neroni primum, deinde Traiano ſupplices accidebant.

Faciunt huic rei fidem præter Beatorum ſpirituum ſanctitatem, ſincerumque in virginem amorem, & obſequium nonnulla quæ in Chronico perſtrinxi de adductis hominibus ad Virginis partes, & cultum ſingularem eorumdem Sanctorum cœlitum opem. Facit ea ſtudioſorum Virginis defenſio & propugnatio quam teſte Beata Gertruda ſuſcipiunt. Faciunt denique frequentes Domus Lauretanæ ex Paleſtina in Illiricum & in Picenum inuectiones Angelorũ manibus ad Sãctiſſimæ Virginis amplificandũ cultũ, necnon cœleſtes nuncij ad homines ab iis perlati de natali eius die, ſummo plauſu & lætitia celebrato in cœlis & feſto ac ſolemni ritu celebrando in terris.

Quocirca vt Deo, & Chriſto, ſic etiam proportione virgini cui ſe Beati ſpiritus obſtrictos gratè meminerunt erga quam vt ſint gratiores ſocios in agendis gratiis quærunt, gratulemur plurimum tam ſublimium & ſanctorum animorum in illam charitatem atque obſequia: & grates agamus quod eoſdem honore augeat, amoreque ſingulari ſimul, & efficaci complectatur.

Corol.

Corollarium VII.

Christianæ Pietatis officia in Angelos ipsos.

Coeterum hoc triplex in Angelos obsequium, vt sit summum non decet tamen esse solitarium: nam neque Deo satis est coli se, & amari in iis per quos velut alueos deflucre voluit sua in nos beneficia: nisi eosdem prout quisque capax est omni & honore, & beneuolentia, & officij genere prosequamur. Eum igitur nullum sit obsequij genus quo naturæ Angelicæ præstantia, morum sanctitas, conditionis dignitas, & in Mortales beneuolentia coli à nobis uon possit ac debeat; ita singula oratione perstringenda sunt, vt in iis tamen tribuendis multi, & prolixi esse studeamus. Quid enim ea dicendo persequar, & dilatem quæ satis multis explicata sunt ab aliquot de nostra Societate scriptoribus qui non ita pridem de collatis in Mortales ab Angelis beneficiis & mutuis hominum in eos officiis ad modum pie disputarunt? Sed omnium copiosissimè P. Ioannes Ludouicus de la Cerda: cuius liber de hoc argumento diu post effectuum opus istud venit in manus.

P. Albertinus. P. Drexelius in horologio auxiliaris Angeli. P. de Barry.

Sectio I.

Primum Pietatis in Sanctos Angelos Officium, optima de illis Existimatio.

PRimum igitur nostræ pietatis in Sanctos Angelos officium sit optima de illis existimatio in qua constat sitam præsertim gloriam quæ rerum gestarum, & meritorum amplissima est atque vnica fere merces ab hominibus expectanda. Et verò hæc neque postrema est, neque infima grati erga Deum animi testificatio optimè de illo existimare & cum admiratione quadam honore summo putare dignum. Pariet hanc de Angelis bonam in nobis existimationem frequens, & attenta commentatio summæ excellentiæ, bonitatis, & aliarum proprietatum quas illis à natura, & à gratia inesse disseruimus. Si iuuat easdem à nobili, & sancto iuuene, clariùs, breuiùs, & magno sensu pietatis explicata legere: vide sis sub finem historiæ, de vita B. Aloysij Gonzagæ, quæ de eodem argumento commentatus ad Posterorum commodum literis prodere iussus est. Ne multis. *Admirationem ordinata illa copia merentur.* Oratio est Sancti Gregorij Nysseni de Hierarchiis Angelorum disputantis.

Hom 15 in cant.

SECTIO.

Sectio II.

Secundum Pietatis officium, amor ſuis omnibus partibus abſolutus.

EX eo primo præſtatis officio ſecundum eſt aptum, quod dignitate primum, & fons reliquorum eſt, *amor*, ſcilicet ex quo S. Dionyſius *amantis Angelorum*, nomen ſumpſit. Equidem de clarè cognita, penituſque perſpecta ſanctorum Angelorum præſtanti natura, eximiis qualitatibus ſumma pulchritudine, bonitate ſingulari aliter quam de diuina ſentiendum eſſe ſcio: quia hæc non illa neceſſariè ardentes ſui in voluntate qualibet amores excitat. Ferus ſit tamen', ac ferreus, & bellua non homo qui tam excellentem naturam, non diligat, tam perſpicacem intelligentiam non amplectatur, tam cœleſtem pulchritudinis ſpeciem non ferat in oculis: & tantæ bonitati maximis ab ea prouocatus beneficiis non reſpondeat in amore. Hierarc. c. 13.

Hunc liberæ voluntatis primum, ac præcipuum partum ſic ſibi Deus conſecrari iubet tanquam Principio, & fini vltimo; vt velit etiam ſuis adiutoribus, & adminiſtris ſua cauſa in nos beneficia, ſua quoque cauſa dedicari. In quorum Adiutorum numero; quia, vt ſupra dicebam, Sancti Angeli ſecundum locum obtinent, nam primum tenet beatiſſima Virgo, & ſi quos illi gloria proximos voluit inter homines eſſe Deus, quod de

S. Iosepho nonnullis visum est: Ideo danda est enixè opera ne vnquam hoc in nobis desiderare possint officium, quod ardentioris illorum in nos beneuolentiæ erit illecebra, fomes, confirmatio, cæterorumque vt initio dicebam in eos obsequiorum perennis scatebra.

Non sinent benefici Spiritus se amore vinci, atque in hac grati animi palæstra (vt quippiam à Seneca mutuer) pilam iactam apud se residere: sed cùm amare ipsi nos cœperint in redamantes ferentur iterata & maiore quàm antea beneuolentia. Rursus quia vt obseruauit S. Augustinus qui vere amat non aliud ea charitate quærit nisi suauissimæ charitatis perpetuitatem; dum Sanctos Angelos diligemus ad iteratam & continuam illiciemur dilectionem. Sicque quod S. Leo magnifico suo stylo suasit faciendum, cum Angelis Dei confirmauimus amicitias.

Ser. 5. de Epipha. Efficiet autem hæc amor si præter eum suauem animi in Angelorum specie & pulchritudine cæterisque dotibus acquiescentis easque illis amicè gratulantis motum, beneuolentiam præstet qua cupiat illis & quoad eius fieri poterit aduentitiæ procuret bona; in consuetudinem illorum & familiaritatem se immergat; & ad omnem illorum se accommodet voluntatem, quibus quatuor rebus perfectus amor continetur de quibus pauca distinctiùs subnectam.

CAPVT.

SECTIO. III.

Tertium Pietatis in Angelos Officium omnibus honestis aimi affectibus.

PVrissima & perpetua est scatebra purus amor quia nimirum ex eo cæteræ omnes animi affectiones velut riui ex limpidissimo fonte deducuntur, imo nulla arte, sed naturæ solius impulsione fluunt. Siue enim eæ sint vnius amoris variæ tantum appellationes ab amati boni vel præsentia vel absentia vel facili aut difficili, adeptione; vel aliunde ductæ: siue sint reuera diuersi ac differentes animorum affectus ij consequentur ex efficaci erga Beatos spiritus Benouolentia. Illos certè tam iure à nobis requirunt Angeli sancti suum ad cultum & gratam Beneficiorum memoriam, quàm non patiuntur in se pares imo nobiliores affectus desiderari, quoties nostra interesse sciunt, sicut non ita multis ante pagellis obseruaui. Ab amore illo auspicemur quem vocant simplicem qui est vt dicebam quædam ad summum gratulatio Angelis à nobis facta de præstantibus eorum bonis, quæ illis inesse non sine aliquo nostro voluptatis sensu contemplamur. Hunc excipiat desideriũ non bona illa participandi quàm augendi: quod erit Beneuolentiæ: qua vèlimus beatis spiritibus omnia quæ tantæ illorum felicitati possunt aduenire cuiusmodi sunt noua lumina & gaudia diuinitus immissa. Nominis apud homines & famæ celebri-

tas,

tas; omnium quæ ad Dei gloriam & hominum salutem suscipiunt felix euentus, aliaque de quibus admonere pietatem industriam necesse nō est.

Hoc desiderium & beneuolentiam ne sit iners consequantur generosi spei, fidentiæ, & iræ motus quibus animus ad eorum bonorum fructum Angelis quærendum enitatur; adeò nihil deterritus quod ea sint futura & ardua; vt ea sit illi causa spei aut quod Rosæ instar spinis obsideatur quibus cruentandæ manus florem capturæ, vt eo fidentiùs inuadat per aspera quæque bonum id quod Beatis spiritibus valde cupit: & si quæ suis conatibus obstent in eadem ipse cœlesti exardescat iracundia & cum quippiam ex sententia in his erga cœlestes mentes obsequiis euenerit in sinu gaudeat, nihil addo de animi motibus oppositis odio, fuga, timore desperatione & tristitia, quia breuitatem consector, & quem sincerus amor in prioribus exercuerit, is facile intelliget & causas & vias posteriores istos ad Angelorum cultum excitandi. Vtilius hærebit aliquandiu stylus in annotandis singillatim aliquot bonis quæ Beatis Angelis efficaciter velle non minus nostræ salutis, quam illorum interest gloriæ.

SECTIO IV.

Quartum Pietatis in Angelos officium; Obedientia.

QVartum igitur pietatis erga Beatas mentes officium esto nostrum in illas obsequium

seu

ſeu monitis & præceptis, integra, expedita, hilaris & conſtans obedientia, hanc enim qui requiri in ſe patitur, næ ille ſatis oſtendit eius amoris quem præſe ferebat inanitatem, quandoquidem eadem velle eademque nolle germanus eſt amicitiæ character, & nota. Quin neque ſummo ſunt apud illũ in honore & pretio, parumquè honorificè ſentit de præſtantia naturæ, ſapientiæ, bonitatis & aliorum quæ Angelis competunt, qui tantis Principibus nihil niſi ſalutare conſulentibus non auſcultat, aut Imperantibus non obedit. Repete ex Chronologia quamdiu iacuerit in luctu Sanctus adoleſcens; quia ſolitus ab Angelo quotidie mane excitari è ſomno ad orandum ſemel ſopore depreſſus non illicò ſurrexiſſet. Diſce ex Moſe hoc nominatim erga Angelos obſequium flagitari à Deo cum de eo loquens quem Ducem Hebræis dederat, ita præcipit, *Obſerua eum, & audi vocem eius nec contemnendum putes quia non admittet cum peccaueris: & eſt nomen meum in illo.* Exo(Quibus poſtremis vocibus indicatur primùm cur beatis Mentibus ſit obtemperandum quia ſcilicet omnis eorum interior afflatus, aut vox exterior diuinæ eſt index voluntatis cuius iniuſſu nihil mortalibus aut conſulunt aut præcipiunt. Deinde alterius etiam obſequij materies, & cauſa deſignatur.

SECT.

SECTIO V.

Quintum Pietatis in Angelos officium. Veneratio.

EST autem quintum obſequium ex quarto negum, niſi mauelis illud huius eſſe partem non minimam. Siquidem obedientia venerationis & cultus eſt eximia ſanè portio; illique quem colimus longe acceptiſſima; quia quæ ſumma eſt eius præſtantiæ teſtificatio liberam voluntatem, & cum ea facultates animi omnes eidem ſubiicit.

Verum vt de veneratione Beatis mentibus debita aliquid vniuerſim perſtringamus, non eam contendo diuino probare oraculo quo Poſteri Iacobi lubenter obedire Angelo, quia nomine Dei, nube & igne tactus imperabat quæ res illi maximam quoque debuit conciliare venerationem: Sed tum ſanctorum exemplo quorum partim ſacræ literæ, partim Annales Eccleſiaſtici ita cum laude meminerunt, vt adhibitam ab iis aduerſus Angelos reuerentiam ſuo ſilentio ſatis approbent, quem alioqui à Sancto Spiritu, vel Eccleſiæ ſaltem argui iudicio docuit ſi diuinam Maieſtatem vel leuiſſimè imminueret. Nam quod ſemel atque iterum vetuit Angelus Sanctum Ioannem ſibi ad pedes accidere. Apoſtoli dignitatem oſtendit, & quanto habeant homines in pretio Beati ſpiritus quo ex tempore eorum naturam in diuinitatis ſolio ſedentem coram intueri, & adorare ceperunt. Quod autem

Apoc.

Apoſto

Apoſtolus ſcribens ad Coloſſenſes, *Regionem* damnat *Angelorum*, intelligendus eſt in eos dixiſſe ſententiam qui vel cum Cerintho Chriſtum, Angelis poſt habebant, vt annotarunt Sancti Patres Irenæus, & Epiphanius; vel qui vt monet Sanctus Hieronymus nomine militiæ cœli ſignificari aſtra eaque & Angelos, illaque cum iſtis coniunctim celebrant: vel qui Theodoreto teſte ad Deum negabant acceſſum dari niſi Angelorum ope, & gratia, nec obſtat huic aduerſus Beatas mentes reuerentiæ, & cultui Concilij Laodiceni Canon quintus ſupra trigeſimum: ſi quidem eos ſolos ſacro fulmine percutit qui vel Genios Ethnicorum more adorabant, vel cum Magis Angelos etiam Sanctos ad nefandas aduocabant artes. Cæteroqui enim Ioſuë accidens ad pedes Sancti Angeli qui ſe Principem exercitus Domini dicebat, eumque non diuino quidem ſed magno tamen honore afficiens; adeo non reprehenditur ab eo quod fieri debuit ſi in eo peccaretur, & pedum nuditatem ad maiorem loci in quo ſtabat aut fortaſſis etiam ad ſui venerationem imperaret. Quid illud quòd longe certiùs à peccati contagione quàm à corporea concretione ſecretas ac liberas mentes iam inde ab imperij Chriſtiani Principio non modo non intercedentibus S. Pontificibus ſed etiam ſuffragantibus, & pro ſua poteſtate iubentibus nemo eſt qui neſciat coli dierum feſtorum celebritate, Templorum magnificentia, teſſera inſignium equitum, Ordinibus, & peculiari ſacrificij ritu, quo ſoli quidem Deo ſed ad ſanctorum etiam venerationem ſupremus latriæ cultus tribui ſolet.

cap. 2. Spondan an. 60. num. 6.

Spondan ibid. n. 9.

Sacras ædes Sancti Michaëlis nomine inſignes

in regione Chonensi haud procul Colossis vrbe Lyciæ mirati sumus ineunte secundo sæculo; exultauimus extructas Romæ nouæ, iam adulto quarto ab Imperatore Constantino : & exeunte quinto variis locis à Iustiniano : suspeximus autore Deo in monte Gargano excauatas sub initia sexti, & in summa mole Adriani Romæ dedicatas à Sancto Pontifice Bonifacio eius nominis quarto. Quid enim recentiora memorem quæ adhuc oculis licet intueri in Galliis Sancti eiusdem Angelorum Principis monitu in altissima Rupe designatas : atque item Romæ in Thermis Diocletiani iam ad exitum præcipiti sæculo decimo sexto, & quidem autoritate Pontificia diuinisque visis, Christo satis apertè significante ,placere sibi vti colerentur eo loco cum matre admirabili, Angeli omnes ; sed imprimis ij septem qui Deo semper adstare perhibentur, Sanctos Martyres eius cultus participes voluit Pontifex, quia iis Thermis extruendis quadragesies mille Christiani ab impio Principe insignibus militaribus spoliati, & exautorati,septem annos iussi incumbere omnes;vel ibidem labore, & ærumnis confecti,vel qui superfuerunt operi perfecto decies mille & ducenti cum S. Zenone Tribuno, tertio ab vrbe lapide,gloriosa morte in cœlos sublati suo sudore, & sanguine amplissimas illas, & magnificas consecrarant.Illas dissimulanter variis locis (Architecti haud dubiè Christiani designatione) operarij industrij crucis figura multiplici impresserant : iam tum animo præsagientes id ædificium præ cæteris integrum ad hæc vsque tempora permansurum, & ad sanos vsus aliquando transferendum.

De festorum celebritate, & sacrificij cærimo-

niæ nihil opus eſt addere præter id quod Theodoſio ſeniore id eſt quarto ſæculoprior ille cultus iam tribuebatur S. Michaëli cuius nomine neminem latet inſtitutum Torquatorum Equitum ordinem in Galliis à Ludouico Rege eius nominis vndecimo votum exoluente quod Carolus ſeptimus eius parens in difficillimis Francici Imperij temporibus nuncuparat : præiuerat duodecimo ſæculo iam ad exitum vergente primus Luſitanorum Rex Alphonſus memor victoriæ de Arabibus relatæ S. Michaëlis & Angeli ſui cuſtodis ope ; ſeque certæ morti ſubductum. *Ala mirabili , & manu Angelica* quæ Maurorum etiam venit in conſpectum.

Præeuntes hoc pietatis in Sanctos Cœlites obſequio veneratione ſcilicet, Duces, Reges, Imperatores Pontifices quin ſequimur ? par omnibus eſt cauſa; cœleſtium ſcilicet animorum excellens natura , ſingularis apud Deum gratia ; ſublimis gloria præſtans dignitas magna de nobis benemerendi voluntas & facultas , collatorum numerus ingens beneficiorum ; nouorum & maiorum certa ſpes ſi monentibus auſcultamus , & Duces ſequimur.

At nobis inquies non ſuppetit facultas ſicut Regibus illis & Imperatoribus ad excitandas, aut ad dedicandas cum Pontificibus ædes magnificas in quibus Deo tam excellentes adminiſtros gratulemur ſacrificio : & cum Angelis adeo ſingularem apud ſupremum numen gratiam & ſuam felicitatem gaudeamus.

At in extructis iis ædibus, atque etiam in aliis fas eſt & liberum cuique cum Sanctis cœlitibus honorem habere quem Ioſüe vidimus eorum vni

tribuisse: sunt & aliæ innumeræ & faciles honore afficiendi rationes, quas ingeniosus amor excogitabat, & fortis ac constans pietas inibit.

Sectio VI.

Septimum Pietatis in Sanctos Angelos officium Imitatio.

SEd si quempiam tantopere sacrarum ædium Magnificentia capit, vt maximis Angelorum in se promeritis nullam putet Gratiam rependi posse nisi templo extruendo in quo supremus quidem cultus Deo illis autem quoad fas est maximus honos habeatur: bene est: designet primùm ædes magnificas; deinde materiam conquirat & aggerat æquè pretiosam, vt erat ea quæ describitur ab Apostolo Ioanne in plane diuino cœlestis Hierusalem ædificio. Tum latomos & muralis structuræ opifices, aliosque operi admoueat: ipseque grauiter & constanter in idem opus incumbat & inuigilet: mirum quàm magnificum quàm Deo gratum & Beatis Angelis honorificum templum excitabit.

Ne autem illum diutius oratione suspensum teneam hoc ædificium aliud non est nisi animus sanctitate conspicuus: quem Apostolus templum vocat Spiritus Sancti, Materia est multiplex eiusdem anim facultas, ipsumque adeo Corpus humanum, Latomi, & opifices sunt *virtutes* quæ Autore Boetio *Sanctorum corpus ædificant* seu in templum transferunt, Architectus erit amor: Eius

templi

templi secundum Deum, Christum & Virginem Idæa, seu species, & forma alibi quærenda non est quàm in Sanctis Angelis, è quibus si conabimur in extruendo hoc templo similitudinem ducere operæ pretiũ sine dubitatione faciemus gratissimumque illis honorem tribuemus. Vix enim video quare quispiam magnificentius coli possit à nobis quàm si eius quam simillimi esse studeamus: quippe qui hoc honore dum afficitur cæteris augetur omnibus, bona scilicet existimatione gloria quæ est clara eius notitia, amore quem conciliat similitudo: Bonorum communione, voluntatum, studiorum & sententiarum summa consensione & si quo præterea potest obsequio delectari.

Vna igitur aut saltem præcipua sit cura Beatos Angelos imitatione continua venerari. Neque enim tantum eo fine sunt hominibus à Diuina bonitate præpositi vt quod necessarium fuisse notauit Hilarius cùm *natura sint potiores* nos à Tartareis monstris defenderent in periculis: nobis essent clara (vt eos vocat S. Dionysius) in tenebris lumina optimi Duces in via: Tutores & Pedagogi in ætate infirma hoc est in hac tota mortali vita. Aliud quippiam spectauit Deus quod non nisi diuinitùs datis præceptoribus conuenire potest quodque in Angelis mirum quantum eminet, vt suis & moribus atque externa etiam specie eam præferrent omnem sanctitatem ad quam homines informare suscipiunt. Sicque exemplis potius quam verbo, teneros animos virtute imbuerent: & quod obseruauit S. Chrysostomus eò maior vtilitas in discipulos deriuaretur quò iustiorem habet præceptor excellens venerationem. Diuinæ sunt bonitatis si-

c.4. de diuin nomin.

hom. 12. in ep. ad Coloss.

mulachra Sanctissima vt eos S. Dionysius nominat, quem ergo ad finem homines eorum notitia dignatus est Deus nisi vt inde & laudum diuinarum argumentum acciperent, & morum ducerent similitudinem.

c. 3 de diuin.

Certe suis omnibus absolutos numeris & perfectos homines tum singulos tum vniuersos seu illorum cœtum fide, spe charitate sociatum qui est Ecclesia vix alio gloriosiori nomine nisi Angelorum lego nuncupari. Sic enim visus est S. Chysologus satis magnis ornasse laudibus sacerdotem cum *Totum in Angelum substitutum esse* dixit. Sic SS. Ephrem, Chrysostomus, Bernardus de cœtibus Religiosorum hominum perquam honorificè sentire sunt existimati cum eos Angelis haud absimiles esse scripserunt. Sic Sanctissimos Apostolos dignè Diuinus Dionysius laudasse iudicatur cum eos *Angelorum dign.am egisse vitam* pronunciauit. Sic denique Ecclesiam, & sacrorum Principatum triplicem qui in ea est scribit post S. Dionysium Clemens Alexandrinus esse *imitationem Angelorum.* S. Chrysostomus vocat *Angelicam Rempublicam.* S. Anastasius *expressam ex cœlesti hierarchia velut ex Archetypo* nominat *Apographum & exemplar.*

serm. 26.

cœl. hier. c. t.

cœl. hier c. 6 serm. hom. 7. in acta præf. in hexam.

Vix inter homines posteaquam discesseris ab homine Christo & Beata virgine vnum aliquem inuenias quem tutum sit in omnibus imitari. In omnibus enim aut leuem noxam obserues: aut aliquid desideres quod illi non absit tantum sed etiam desit. In Beatis autem Angelis nihil est neque naturalium bonorum, neque liberorum actuum quod morum sanctitate non possimus pro virili parte exprimere. Prius illud non est opus pluribus,

pluribus confirmare sufficit enim eorum reuocare memoriam quæ prima huius epitomes parte scripsi, quodque huius postremæ primo corollario perstrinxi posterius de rerum omnium ab Angelis gestarum sanctitate eodem attigi Corollario quod ex secunda ac tertia parte opusculi satis liquido constat : In quibus facile fuerit obseruare nullius virtutis non extare perquam illustria exempla nobis ad imitandum ab iisdem proposita, sicque quod S. Bonauentura de Seraphinis significationis quam elegantiæ studiosior dixit *Exemplificatiuos esse*, ad cæteros etiam ordi- pertinet.

Sint illi forma toti Ecclesiæ eius sacrorum Principatus qui vel sacri iuris dicendi potestate, vel attingendi res sacras dignitate continetur. At eo quem Apostolus videtur agnoscere situm in diuersa quidem sed ordinate tamen digesta virtutum, cœlestiumque donorum participatione ; vniuersis & singulis hominibus sunt species admirabilis & idea perfecta : nam (vt in paucos versus coarctem quæ libro non vna dilatata legi) ita sacer hic principatus ex prænotione futurorum, linguarum varietate & cæteris gratuitis constituitur Dei donis quæ Sanctus percenset Apostolus; vt quæ in singulis inesse semper & ad suam ipsorum vtilitatem & sanctitatem potest diuinorum notitia & quæ ex ea sequitur virtus multiplex illis donis vniuersim respondant. Rom. 12. 1. Cor. 5. 6. 7. 8. 13. 14. 15.

Primùm quidem Angelis, Archangelis & principatibus ex quibus tertia Beatorum Spirituum hierarchia constat similes fiunt qui ad Dei cognitionem se se excitant rerum, quæ sub sensus externos aut internos cadunt notitia: & in eo diligen- Cellotius l. 4. & 8 de hierarchia.

do plurimum vtuntur appetendi facultate quæ corpori innata eſt.

Poſt ſecundam imitantur hierarchiam quos dignatur Deus puriori ſcientia & amore.

Denique tertiam exprimunt, qui ad ſummam quæ poteſt ab homine mortali haberi aduerſus Deum reuerentiam, & charitatem diuino munere aſpirarunt; & anhelant cœleſtia, atque ſempiterna.

reuelat. c.54. in horologio auxiliaris Angeli hora mortis a.

Sed faciliorem viam imitationis ineamus oportet quam Chriſtus Dominus chariſſimæ ſibi virginis Sanctæ Nechtildi indicaſſe iam ante Drexelius monuit; Angelis ad ſimilitudinem accedunt in egenos, ægros & peregrinos beneficij. Archangeli audiunt qui diuinorum commentationi, & orationi diligenter incumbunt. Principatus obtinent nomen, & gradum qui prauos affectus coërcent. Poteſtatibus annumerabuntur ſi anxio & ſollicito amore ſibi commiſſorum procurant ſalutem. Virtutibus inſeri merentur qui paupertati à Chriſto laudatæ diuitias poſthabent; Aduerſa patienter ferunt; ſumma parent animi demiſſione. Dominantur qui Deo perfectè ſe ſubiiciunt, & ad eius voluntatem ſe accommodant. Throni ſunt qui Deum vt ita dicam circumferunt mente ſanctis & ſublimibus contemplationibus fœta. Cherubimi euadunt, cum omni mentis acie in Deum defixa ſuam cùm aliis lucem amantiſſimè communicant. Seraphimis denique adſcribuntur cùm Diuina charitate ſuccenſi omnes quamtumuis aduerſarios, & inimicos amore ſincero Dei cauſa complectuntur, nulliſque mouentur iniuriis niſi quando intelligunt diuinam iis maieſtatem violari.

Repetendum autem hoc obiter quod Corolla-

rio quinto perstrinxi sic Angelos cupere suas cum hominibus laudes omnes communicatas vt quo facilius sit cuiuis ad eorum Imitationem se excitare, vix vlla sit honesta mortales inter vitæ conditio quam præ se non tulerint: vix vllum munus abiectum aut excellens quod non obierint. Ita enim Diuino plane consilio nullum est vitæ genus quemadmodum diligenter annotauit atque suo more erudité pater Theophilus Raynaudus ex quo non aliquem Deus euexerit ad excellentem virtutem vt simul esset piis Mortalibus eiusdem forma; & impiis os obstrueret solitis inaccessam vt loquuntur suæ conditionis hominibus sanctitatem vel ignauiæ, vel nequitiæ obtendere. Geteror. spirit.

Percenserem libenter omnes humanæ vitæ conditiones ducto initio ab summo Pontificatu quem earum apicem, & fastigium esse constat, & deinceps ad Personarum deuenirem abiectissimam quæ putatur esse lictorum qui pœnas de reis sumunt. Sed superfluus videretur hic labor cum si qui Chronicon legent id facile nemine admonente obseruabunt. Cœteri autem ne in hanc quidem pagellam oculos coniicient.

Hoc tantum moneo neque Deo nec Sanctis Angelis gratiorem esse cultum virtutum exercitio quod eorum imitatione erit frequentissimum, atque illos ita vel vnico virtutis actu capi; vt mira præstent in eius gratiam qui tam gratum iis honorem habet. Sic enim nobilem Adolescentem cui Falco nomen erat capitis damnatum iamque collum securi subiicientem, Constantinopoli, Angelus certæ morti mirabiliter eripuit Carnificibus quinque qui deinceps in eum gladio animaduertere iussi sunt à Iudice, & quorum in conspectum

Ludouic de la Cerda lib. de excel. cœl. spir. c. 10. ex Francisc. Ximenio patriarc. Hierosl. l. 3. de natura Ang. c. 8.

ſpectum ſe dabat minaciter vetitis Adoleſcentem quantumuis homicidam, & iure damnatum ferire. Erat quippe illi Angelo cliens tantopere addictus, vt cum pridem inſtituiſſet Patronum colere veracibus dictis, maluerit certum adire mortis periculum, confeſſione homicidij, clam (vt ferè fit ſingulari prælio) perpetrati, quàm illud inficiando Verbum eloqui quod ſimilitudinem aliquam gereret, ſpeciemque mendacij hic porro ad grati animi erga Angelum teſtimonium vitam Angelicam inter cœnobitas egit, & Angelus de patroni ſui nomine dici voluit.

in paral. l.1.c.7. Atque hactenus de Beatorum Spirituum imitatione, ſatis multa dicta ſint, quã à nobis exigit purus erga illos amor: quibus nihil æquè iucundum poteſt ab hominibus euenire. Nã eo ſtudio certior illis ſpes affertur, vt ſuſceptus pro ſalute clientium labor cedat ex ſententia. Eodem firmatur amicitia cum illis quia, *non alio magis nexu cum Angelis copulamur*, inquit S. Damaſcenus, *quàm ſapientia & virtute*, ac demum orationis, & fiduciæ (quæ duo poſſent præterea requirere Angeli) obſequia fient ex hac imitatione multis partibus illuſtriora.

Sectio VII.

Septimum Pietatis in Angelos officium Oratio, & fiducia.

Vide la Cerda lib. de excel. cœl ſpir. c.17.tot.

SVpplici prece, atque humili obſecratione conciliandos Angelos quorum præſidio tegimur Sancti Patres verbo docent, & exemplo, & Sanctus

ctus quidem Ildefonsus ab eorum vno contendebat, vt se vellet notitia laudum Beatissimæ Virginis, & eiusdem amore similem, Sanctus autem Anselmus tunc maximè futuros nobis propitios affirmat cùm eos appellauerimus. Et verò quandoquidem constat ex superioribus dignatos honore *adiutortum*, Dei ad salutem nostram eiusdem prouidentiæ satis consentaneum videtur, vt qui nihil admodum impertiatur adultis (exceptis primis afflatibus) nisi quod ab eo humili, & ardenti prece flagitauerimus, velit etiam Angelos præcipuã opem tunc tantum afferre clientibus cùm eam prius enixè postularint; & ab iis magna bonitatis illorum expectauerint fiducia, quæ septimum est officiũ in tantos ac tam Beneficos cœli Principes.

Cùm eos, vt salutis nostræ deprecatores esse velint, obsecramus tunc quo sint apud Deum in honore & pretio: & quam gratiosi agnoscere nos palam facimus: qua re nihil est maius ad eam gloriam quæ illis apud Mortales esse potest: cum autem fidimus, & nostra causa deprecaturos libenter, & Deum exoraturos facile; foreque vt quãdo opus erit veniant ipsi auxilio, cæterosque si necesse sit ad salutis nostræ procurationem asciscant adiutores; *Nihilque*, vt S. Bernardus loquitur, *sub tantis Custodibus timendum esse ducimus nisi ne quid illis diffisi timeamus*: quid ad optimam de illorum bonitate, cæterisque & naturæ, & gratiæ bonis quibus affluunt existimationem potest excellentius cogitatione fingi? Vtroque obsequio prece videlicet, & fiducia voluntatem etiam nostram illis addicimus: Quæ cum existimationi accessit ad gloriæ cumulum, ita nobis illos conciliat, vt nihil eorum quæ docent ab iis certo sperare, non

possimus atque debeamus.

lib. 2. de nat. Ang. cap. 15 apud la Gerda c. 7. de excell. cœl. spir.

Hæc oratio cum fiducia salutaris fuit Bohemo qui meretriciis amoribus implicatus tam erat dissimilis Angelis, quàm indignus Episcopali munere, & Patriarchatu Aquileiensi quibus inter mortales eminebat: hunc enim teste Ximenio Hierosolymitano Patriarcha singulari erga custodem Angelum obseruantia, sed pari impudicitia in scelere, & loco infami deprehensum, repentinisque tonitribus & fulguribus exterritum, Angeloque ea de causa tanto in periculo supplicem is factus aspectabilis grauiter verbis increpitum caste viuere docuit, & ea morum sanctitate vt illi Beati Angeli morienti præsto fuisse perhibeatur.

Corollarium VIII.

Idea longe præstantior Pietatis Erga Beatos Angelos imitatione præsertim excellentis eorum sanctitatis Sanctus Iosephus.

TAmetsi non me latet si qui fortassis in hoc incurrent opusculum, illudque legendo percurrerant futuros qui sibi negabunt liquere an cum hac historiæ Angelorum Epitome satis apte cohæreant quæ de Sancto Iosepho iam tum subiunxe

iunxeretam cum eam gallice ſcribebam, vt initio monui: hærebo tamen in ſententia, nec oblatam prætermittam occaſionem aliquid ſcribendi de Sancti iſtius laudibus quam à me multis illis nominibus obſtrictiſſimo captari oportuerat. Certè quidem neminem vnum fore arbitror quin fateatur ea quæ dicere aggredior ex iis apta eſſe quæ diſſerui de pietate qua nos erga beatos Spiritus eſſe iubet Deus: ſi modo meminerit nulla re magis adduci homines vt aliquid magnum ſuſcipiant quam ſi poſt demonſtratam eius præſtantiam, quæque inde exiſtent vtilitatem, & delectationem; id ipſum æquè domeſtico, & illuſtri propoſito exemplo, perfici poſſe planum facias.

Quod autem homini Chriſtiano in ſanctitatis domicilio Eccleſia educato domeſticum magis exemplum quàm Sancti Ioſephi qui domus huiuſce Dominus, & Pater familias tam verè dici poteſt, quam liquet, *à Patre futuri ſæculi*, Patris habitum, & cultum loco: quia Virginis Matris fuit ſponſus legitimus, & ipſiuſmet pueri Ieſu nutritius.

Quid illuſtrius eo, qui Beatos Spiritus ita ſemper coluit, & imitatus eſt, vt illis ſanctitate, & dignitate ſi minus ſuperior, ſaltem æqualis fuerit; iiſque muneribus omnibus à quibus nouem Angelorum ordines inuenere nomen, hactenus ſanctiſſime defungatur. Hæc tria poſtea quam breuiter probabilibus minimum rationibus confirmauero, palam erit opinor quod propoſui habere nos in Sancto Ioſepho pietatis erga Angelos ideam admirabilem. Redeamus in memoriam eorum, quæ ſupra dicebam de cultu quem beatis Angelis decet tribuere. Initium faciendum à ma-

gna

gna de illorum præstanti essentia, naturalibusque, & omni creata natura superioribus bonis existimatione. Hanc excipit admiratio qua illos dignos esse honore censemus; & pro virili parte afficimus fidem deinde illis habemus: & amore coniungimur suauissimo; gratulantes illis tot bonorum fructum: solicito, de iis quo ad fieri possit augendis omni nostro, & cæterorum erga eos obsequio: ardenti, actuoso, nec partem nullam quietis capienti, donec illis imitatione simillimi, imo vnum quodam modo cum iisdem euadamus perfecta voluntatum, & studiorum consensione.

Quàm benè autem de cœlestibus illis animis existimauerit, quam egregia senserit S. Iosephus nihil equidem distinctè traditum à Sacris Scriptoribus me legere memini; nihilo tamen minus certam capere possumus coniecturam ex iis quæ diuinis tradita sunt oraculis de illius Iustitia, quæ perfecta suis omnibus partibus minimè fuisset, si partium eius haud quaquam postrema de fuisset; qua nos erga bene meritos memores præbemus, & gratos. Vt enim concederem, quod nunquam tamen dabo latuisse S. Iosephum quæ in maiores suos Beati Angeli contulerunt beneficia Abrahamum, Iacobum, Dauidem, Ezechiam: Ea certè quibus benefici illi Spiritus illum affecere tam illustria fuerunt, vt non potuerit iusti nomen adipisci nisi quo decet, & fas est cultu memorem illis animum testari niteretur, quis enim ausit opinari cum se Angeli dederunt illi in conspectum, non sequutum Abrahami, Iacobi, Danielis, Tobiæque, & aliorum Exemplum pari honore coluisse? fidem certè, & visis & oraculis illorum tantam adiunxit, vt paulò ante valde anxio quid

de

de grauiditate sponsæ statueret, vbi Angelus mysterium omni fide humana maius verbo tantum enuntiauit, nulla reliqua fuerit solicitudo: sed sponsam certo sibi persuaserit esse simul Virginem, & Matrem Christi Abrahamo, & Dauidi diuinitus promissi. Cumque eum humano generi futurum crederet salutis auctorem: cui nascenti beati Spiritus Genethliacon suauissimè cecinerant Angelo iubenti fuga in Ægyptum diuini puelli saluti consulere paruit: nihilque causatus sine cunctatione se dedit in viam pari obsequio tandiu exulauit donec ab eodem Angelo de reditu in Patriam mandatum accessit: & celeriter exhausit.

Qua putas obedientia verè excelsi animi, cætera perfecisse, quæ dubium non est quin sæpiùs de rebus eiusmodi ad eum cœlis attulerint Angeli? quis satis cogitatione complecti possit quàm promptus fuerit, & expeditus ad omnem eorum nutùm & interiorem afflatum, quo vel sui officij admonebatur, vel se ad Illustriores virtutum actus excitari sentiebat. Quanto autem in præstantes adeoque beneficos spiritus amore omnis generis inflammaretur, facile est æstimare ex acceptorum magnitudine beneficiorum; ex certissima persuasione de eorum nobilitate, & admirabili pulchritudine; ex consuetudine & familiaritate quæ vt Virgini cum illis continua, sic S. Iosepho frequens erat quod mihi superest indicandum, quodque caput esse dixi & pietatis in beatos Angelos & laudum S. Iosephi, Maxima sanctitatis, dignitatis, studiorum, & munerum non imitatione tantum sed etiam similitudine quę ad amicitiam illicere solet.

Age enim quæ par Angelorum puritati fuisse potuit

potuit integritas inter mortales, posteaquam à Virgine eorum Regina discesseris, nisi S. Iosephi aut olim coniugati vt quibusdam visum est continentia ab sua sponsa omnium quæ fuerant, & futura sunt formosissima virginum, aut perpetua virginitas multis Sanctorum Patrum calculis; imo etiam beato Petro Damiano Iudice; fidei Christianæ decretis approbata.

Equidem cum illam Isaiæ vaticinationem *habitabit Iuuenis cum virgine*, de Maria, & Iosepho lego accipi, vt facile mihi persuadeo quod grauibus Theologis placuit illius sacros artus prima donatos integritate qua fruebatur innocens Adamus, ideoque & voluntate, & corpore fuisse virginem nulli obnoxium ne minime quidem cupiditati quod planè est Angelicum. Ita vtrumque illis duobus Cherubimis diuinè præsignificatos arbitror qui ex incorrupto ligno ficti, & aureis laminis tecti in Sanctum specie, atque etiam quod nonnullis visum est hic puelli & alter puellæ forma ad arcæ latera stantes, & conuersis ad Deum vultibus eius ex auro solium porrectis manibus sustinebant, & expansis atque decussatis inter se alis vmbellæ, & pensilis instar cœli tegebant. Dubitare si maximè vellem non possem quin vt ea virginitas Sanctum Iosephum præstat Angelis qui præsunt hominibus æqualem; sic eum Cherubimis vt modestissimè loquar parem effecerit vicinitas, & assiduus diuini verbi in humana natura velut in arca testamenti sedentis conspectus; & obsequiorum frequentia quibus Christum coniunctim cum Virgine coluit. Affulgebat nimirum ab eo sole lux scientia tanta, & tam multiplex in S. etiam Iosephum, vt ab ea sola Cherubimi nomen

trahere

trahere iure potuerit. Quis Thronis eũ non æquet quoties puellum Iesum vlnis ab eo gestatum audit? quis Seraphimis similem fuisse non censeat, cùm eundem puellum amantissimè complexus suauissimè osculabatur?

Iam si diligenter animum intendas in id quod præcipuum est, hac ab eo præstita non obiter, & raro. Sed ardenter & penè assiduè: neque sola impulsione diuina & ministerio; sed paterno etiam amore, & officio, fatebere non inuitus eadem pene ratione qua vsus est Apostolus ad inferendum Christi in Angelos principatum, concludi etiam maiorem Sancti Iosephi quam beatorum spirituum fuisse dignitatem. Quem enim Angelorum vnquam Christi Domini Patrem veritatis interptes Virgo sanctissima nuncupauit? Cuius cælestium animorum legibus se subiectum esse voluit Dominus omnium, quem Sancto Iosepho subditum fuisse Deo docente didicimus.

Et verò tametsi Christi Pater non æquè fuerit Sanctus Iosephus ac Virgo eiusdem Mater fuit; quippe quæ sola sanguinem suum purissimum subministrauit vnde diuina bonitas, & efficientia corpus vniendum animæ, & verbo comformauit: sola etiam ad idem corpus effingendum operam eam omnem contulit, quam cœteræ matres in filiorum cenformatione ponere solent: nihil autem prorsus effecerit Virgo sponsus: attamen aliis multis nominibus potest, ac debet æquè censeri verus Pater, ac ij quorum defunctorum ex viduis liberos susceperant germani superstites, dicebantur erantque Deo iubente proli sita susceptæ Patres.

Erat autem hoc verius Christi Pater Sanctus

Iosephus

Iosephus, quòd non esset morte vinculum coniugij solutum cum beatissima Virgine, vt dirememptam fuisse liquet coniunctionem, inter defunctum maritum, & superstitem eam coniugem ex qua mortuo Fratri liberos viuus Frater preoreare iubebatur. Ac proinde ex ea Virginea tellure diuina Sancti Spiritus efficacia editus fructus iure censebatur eius esse cuius in ditione, & potestate erat ager ille, quid quod eas nuptias sempiterno nexu conciliatas, ac proinde perpetuas esse constat? si quidem vt diuinè scripsit Rupertus, *erat vtriusque nexus, & amor coniugalis Spiritus Sanctus* non, malè significatus illa columba pennarum argento, & auro conspicua inter hanc geminam suam vt ita loquar hereditatem acquiescens. Vtrique virginitatis amorem inspirans, quique vt Gerson dixit, Sancto Iosepho suaserat, vt has iniret cum Maria nuptias, tántum abest vt hunc riualem suum (quo nomine video vocari à pio scriptore Sanctum Iosephum) odisset hominum more, quia tales fuerunt hæ nuptiæ cum sponsa Virgine, vt sponsos Virgines plures sine cuiusque iniuria paterentur; & vnica esset vtriusque sponsa summo vtrique amore, & fide coniuncta fœcunditatem habens à Sancto Spiritu admirabilem, nulla virginitatis imminutione: quæ quia diuinæ gloriæ intererat eam ab oculis dœmonum aliquandiu remoueri, accipiebat ab initio cum S. Iosepho coniugio vmbram aliquam, & recessum vbi lateret.

Atque hinc noua existit laus S. Iosephi & dignitas Seraphimorum sublimi gradu excelsior. Vincunt isti quidem amore in Deum cæteros omnes spiritus cœlestes: sed eo nunquam peruene-

runt

runt amando, vt Spiritus Sancti qui est amor infinitus Riuales audierint: & illam eo iubente censeantur habere sponsam quam sibi sempiterno nexu, & fide coniunxit integerrima. Vsque adeo verum fuit inter Sanctum Iosephum, & Virginem Dei Matrem coniugium, vt omnes fuerint cum Virgine sponso communes laudes quas Virgineus partus præstabat matri singulares. Sancto quippe Iosepho fuit idem filius qui æterno Parenti, & Virgini matri erat communis & vnicus. Tantum abest, vt eius esse sponsa desierit Maria quia Spiritus Sanctus eam sibi asseruit, vt ex coniunctione quæ Mariæ cum Spiritu Sancto fuit est, eritque ad perpetuum tempus, ea nata sit sanctitas qua Virgini sponso perpetuæ Virginitatis Societate coniuncta fuit.

Confer nunc gloriosa cœlestium spirituum nomina cum his S. Iosephi verè diuinis titulis: & fatere primum hos illis tantò præstantiores esse, quantò cœlestia, ne dicam diuina terrestribus antecellunt. Deinde quia neutra nomina sunt inania sed veri decoris notæ; concede hoc sublimiorem esse S. Iosephi dignitatem quò præstantius est, imo diuinius habere Dei Matrem sponsam, quàm Reginam; Dei Verbum Filium, quàm solummodo Dominum; Spiritum Sanctum Riualem, aut si eius Reuerentia vetat ita loqui fauentem certè, & propitium quàm cœlestium tantũ afflatuum principium, & ad sanctos actus adiutorem.

Vt autem planius fiat quàm sit Diuina hæc Dignitas; quantis comitata gratiæ donis, & illustrata fulgoribus: Vide quod Diuinorum luminum verissimum est argumentum qua sit animi demissione voluntaria cum ad tam excelsi honoris culmen

euehitur: Et dum admiraris Virginem se minimè fucatè, sed sincerè, & ex animi sui sententia profiteri ancillam Domini cum ei Matris Dei nomen cœlestis nuncius pollicetur habe pro certo nihilo magis abesse ab ea laudabili demissione S. Iosephum quam à Virginitatis studio, & vtraque esse virtute sponsæ simillimum. Quis enim dubitare possit quin vbi in somnis accepit tam diuina tanque honorifica sibi nuncia, statim se coram numine deiecerit altius, se indignum famuli nomine professus? Etsi enim eo somno cessarent externi sensus, & fortassis etiam feriarentur interni, vigilabat tamen animus supera luce collustratus; & ad cœlestia multo magis quam olim Salomon libera voluntate ferebatur. Postquam autem expergefactus visorum in somnis meminit, cui non sit persuasissimum imitatione Mosis, Diuidis, Ezechiæ, Annæ, Debboræ & aliorum gratum animum alicuius ex sacris literis saltem petiti carminis cantu fuisse testatum, quo Deum simul meritis quoad fieri potest laudibus efferret; se autẽ in nihili profundum abiiceret. Certè fabrilem officinam, & artem abiectam nihilo difficilius quam antea repetiit: nec se Regio Dauidis, & aliorum Principum sanguine natum: atque insuper filio rerum omnium præpotenti, & vniuersi Domino, ac Deo iam auctum dedecere putauit vili artificio victum quærere: qui intelligebat neque sponsam, nec eius filium eo ascensuros quo eos sua merita vocabant, nisi altissima animi demissione prius infra omnes descenderent.

Quid illud? quanti est momenti ad hanc Sancti Iosephi voluntariam demissionem illustrandam, quod se dedisse cœlitus omni asseueratione affirmauit

affirmauit Sancta Birgitta; quodque Sancti Basilius, & Bernardus censuerunt; cum secum statuebat de secessu à Beata Virgine non fuisse anxium de eius grauiditate; sed reueritum singularem eius puritatem, & prolis in vtero virgineo tum adhuc latentis non satis compertam sibi causam,& decus admirabile? clam secedere voluit; ne si palam id faceret vel taciturnitate sua sponsam vocaret in adulterij suspicionem: vel edicens causam secessus minimum fidei faceret quam plurimis oratione sua, quæ curiosis futura esset occasio inquisitionum à quibus virgineus pudor vehementer abhorret. Nec obstant huic sententiæ quæ Gabriel Iosepho dormienti nunciauit, *Ne timeret accipere Mariam coniugem suam quod enim in ea natum erat de Spiritu Sancto esse.* Timebat iustissimus hominum non aliquid de sponsa suspicatus, sed illo timore perculsus quo dignitate præstantes reueremur; ab ii'que venerabundí refugimus quia nos eorum consuetudine indignissimos ducimus. Is fuit diuinus animi affectus Sancti Petri cùm obstupefactus multitudine piscium vno retis iactu conclusorum ad Christi nutum; timore perterritus ab eo longius abesse voluit. Neque vox illa, *Enim*, qua secundam orationis suæ partem priori nectit Angelus quamquam ab hac sententia debet abducere, quasi causam afferat cur timorem omittere debeat Iosephus: siquidem illi latinæ particulæ quæ respondent in hebræa lingua non semper causam, sed sæpe consecutionem significant:sæpissimè autem posteriores orationis partes cum prioribus solummodo contexunt, vt quidem obseruarunt sacrarum literarum interpretes duo sanè cum primis eruditi.

Si inscript. Cornel. A lapide can. 14. in ex. S. Paul.

ita porro vacuum ina na de se existimatione animum; & dum ad sublimia vocatur à Deo se ipsum infra omnes sincere demittentem quid insolens si osor vacui Deus amplioribus suis donis, seque ipso repleuit? quid mirum si suapte, & virtutis depressum pondere cœlestis honoris, & gloriæ subuexit alis ad Thronum sponsæ solio viciniorem quàm sit vlla Beatis homini us destinata sedes? Audio esse Theologorum non paucos eosque eruditissimos qui Sanctum Iosephum non modo dum viueret in terris fuisse dignitate superiorem Seraphinis docuerunt, quippe qui ab incarnato verbo propius abesset eius Pater nomine & mortalium salutem existimatione haud quaquam inani, vt dicebam: & nutritius: sed etiam gloria ad omnem perpetuitatem iisdem antecellere censuerunt. Ad hanc sententiam illos induxit hæc opinor ratiocinatio: quod sicut æternum numen animis illis cœlestibus superos afflatus, diuinum ardorem, & ad agendum auxilia pro eo liberaliter impertiuit quantum erat vel cuiu que naturæ decus vel muneris ad quod quemque destinabat pondus, & momentum: Ita S. Iosepho tanto plus contulit gratiæ Deus, quanto sublimior erat quouis Angelico munere sponsę Virginis, Patris & nutritij, Christi dignitas, cumque verisimillimum sit eum non minus quam Angelorum infimos perfectè vsum oblatis gratiæ donis, inde quoque effici gloria præstare in cœlo qui gratia, & muneris dignitate in terris præcelluit. Sed quia hæc in coniectura posita sunt de illis nihil certi statuendum puto; maximè cum vnum de septem Angelis nunciasse perhibeant se vni Virgini subesse secundum filium, cæteris omnibus homini-

bus

bus præire. Hoc tantum pro certo habendum ſuadet reuerentia aduerſus Sanctum Ioſephum inter beatos homines huic eſſe & futurum ſemper dignitatis, & gloriæ ordinem, vt Virgini Matri ſit longo licet interuallo proximus, & vt aiebat S.Thereſia ſemper aliquid paternæ dignitatis retineat cum cæteris, ſanctiſſimis licet, amicos haberi à Chriſto, ſed plus quam ſatis.

Cæterùm enim (quod mihi poſtremo loco demonſtrandum ſumſi) cum nouem Angelorum ordinibus tanta eſt Sancto Ioſepho ſimilitudo, & ſocietas ſtudiorum, vt vix inuenias quicquam in Beatis ſpiritibus vnde varietas illa, & nominum & munerum ducitur, quod à Sancto Ioſepho mirabiliter expreſſum non ſit, & nobis ad imitandum quoad facere poterimus propoſitum. Id totum aliàs ſatis fuſe explicatum, & paulo ante obiter indicatum ita paucis ediſſero.

Primum conſtat illum tam verè dici potuiſſe cuſtodem Angelum virginitatis integerrimæ Dei Matris quam Sancta Delphina ſolebat id de ſancto ſuo ſponſo Elzeario prædicare: vterque enim caſti coniugij velut vmbra ſuæ ſponſæ integritatem protegebat, & ab iis defendebat inſidiis quas nondum in matrimonium collocatis virginibus perditi homines collocare ſolent, Sanctus Ioſephus in ſuper à Maria ſuſpicionem propulſabat in quam virgineo partu cadere potuit.

Deinde eandem etiam ob cauſam iure dicetur fuiſſe Chriſti hominis cuſtos Angelus, quamquam enim non conſentiant Theologi an ſicut pro ſingulis hominibus ſinguli Angeli excubant; ita iuſti ſint à Deo aliqui pro Chriſto homine nominatim vigilare qui ab eo nocitura propulſarent, &

vtilitati prouiderent. Dubitari ſanè non poteſt quin S. Ioſephi quoque fuerint omnia erga hominem Deum obſequia quibus hominum ſaluti cœleſtes ſpiritus proſpiciunt: nam ſi Angelos hoc honore dignatus eſt Chriſtus, vt ſibi cuſtodes eos adhiberet, eo tantum fine id præſtitit, vt myſterium Dei hominis Dæmonibus eſſet occultius. Quid enim illi opus erat Angelorum prouidentia, cui Verbum Diuinum ſingulari ratione conſulebat ſibi ipſi, ſuæque propriæ velificans gloriæ?

Cùm autem ſuauitati diuinæ prouidentiæ eſſet conſentaneum in iis quæ in Ieſu puero palam eſſe oportebat, nihil admodum abeſſe illum à cæteris, excepto peccato, eoque conſilio prædixiſſet Iſaias fore vt *lacte & melle cæterorum infantum more veſceretur*: locus datus eſt S. Ioſepho omnem Dei Filio nauandi operam qua de hominibus bene mereri ſtudent Beati Cœlites.

Naſcentem cùm excepit vt ſuum; ſcutum illi fuit, inquit pius ſcriptor aduerſus probrum quod ignari Virgineæ fœcunditatis, ſplendori natalium erant obiecturi, natum omni ope fouit. Herodis notiſſimæ crudelitati, & Archelai dominatui quem ſuſpectum habebat celeriter, & prouide ſubduxit. Quod aliquando Sancti Angeli præſtant in hominum ſibi commiſſorum gratiam, cibos ſua manu paratos iis ſubminiſtrando: id Sanctus Ioſephus multis annis continenter effecit quæſitos arte ſua, & ſudore cibos Ieſu puero reuerenter apponendo. Geſtabat in vlnis infantem: puellum manu ducebat: puerum etiam fortaſſis, quia ſic iubebat Diuina prouidentia fabrilem artem non docebat ille quidem, ſed tamen admonebat, qua in re, & quo eſſet ordine exercenda: Aſcenſuro

in sacram ciuitatem monstrabat viam : (vt summatim dicam omnia) ab eo suæ curæ, & amori commisso rarissimè dùm vixit oculos, nunquam cogitationem deiiciebat.

Quod de sanctis viris audio piorum sermone celebrari illos ægerrimè vitam trahere in terris, & cupide mori ; id de Sanctissimo Iosepho dici meo quidem iudicio verè non potuit : quippe qui sciret abeunti sibi in Abrahæ sinum non futurum adhuc copiam Diuinitatis coram , & clare contuendæ : & carendum sibi conspectu, consuetudine, & familiaritate Christi hominis , & sponsæ Virginis quibus secundumDiuinam naturam suam contineri felicitatem non ignorabat. Sed neque hac in re passus est Angelorum obsequium in se desiderari quare vt illis simul innotuit, cœlis in terras descendendum ad Diuinum aliquod mandatum exhauriendum illico quasi cœlis tellurem, miseros mortales fœlicibus , & immortalibus animis, suam felicitatem peccatorum saluti post haberent : præcipitant in terras si par est ita loqui. Ita Sanctus Iosephus vbi sensit adesse constitutam sibi à Deo mortis horam animum in præsentis Christi manus emisit ab eodem quocunque liberet dimittendum.

Admonet me vox ista S. Iosephum qui viuus partes egit, quodammodo custodis Angeli Christi respectu, morientem perstitisse in eodem Angelico munere. Non aliter enim ac olim Raphaël Iunioris Tobiæ precibus tantisper ab eo discessit. vt Reges Medorum Ciuitatem se conferret pecuniam viæ totius causam reciperet à Gabelo,& Gabelum ad geniales epulas adduceret:quo toto tempore tametsi abfuerit à suo cliente, nihilo minus

custodis obibat & auxiliatis munus: Ita S. Iosephus nõ desiit esse Christi Angelus quando eius imperio descendit ad sanctorum cœtũ subterraneo clausum carcere, illustriorem partem corporis eius mystici, cuius caput erat iam tum puer Iesus. Quin potius omissa subtiliore hac fortasse quàm conueniat ratiocinatione: Censeamus id quod neminem fugere potest S. Iosephum cœpisse Angelum esse noua causa cum missus est à Christo vt Sanctis Patribus optatissimum nuncium de propinqua salute perferret, ea tamen cautione vt ne Tartari incolis innotesceret. Deus Immortalis quàm prudenter quàm sedulò, quàm sincerè, & amanter hoc defunctus est munere? Aberrem coniectura nec ne, tuum esto iudicium qui has paginas percurris: Mihi quidem omnino videtur primò nihil à purgantibus flammis læsum, quia nihil vel tota vita peccauerat, vel si quid leuissimè deliquerat id totum iugibus in Christum obsequiis, & amoris Diuini nimium quantum ardentibus ignibus expiarat: Deinde Sanctorum in Prophetarum & iustorum cœtum se penetrauit nouo splendore radians: Deoque iubente principem inter eos locum iam tum tenere cœpit quem, vt supra dicebã, inter homines saltem excepta Virgine ad æternum tempus obtenturus est, vt probabilibus rationibus aliqui concludunt Theologi. Tum ita felicem nuncium attulit vniuersis vt quo res tanta sanctiore pompa perficeretur, faciliusque lateret Erebi monstra, Sanctos animos imitatus ex quibus cœlestis constat hierarchia, haustum ex ipso luminum fonte Christo Iesu lumen supremi Seraphimi instar cum Sanctitate proximis, ac deinceps eorum opera cum cæteris amicissimè cõmunicauit.

Atque

Atque hunc, mea quidem ſententia, tenet ordinem in cœlo quando aliquid nouæ lucis cum cæteris communicandæ ſiue à Deo ipſo, ſiue ab homine Chriſto, ſiue à Virgine accepit: quem ſeruari dicebam vel ab Angelorum ſupremo, vel ab hierarchiæ primæ tribus ordinibus, ſi vt quibuſdam viſum eſt ſinguli à Deo nullius interpoſitu docentur. Sicque S. Ioſephus tres illos ſupremos ordines æmulatur tribus illis ſacris actibus quibus ſuam vim ſalutarem exerunt eadem opera Inferiores purgando, illuſtrando, perficiendo.

Qui fidem non putant prorſus abrogandam iis quæ ſacris nuper exorciſtarum imperiis adacti dæmones Lauduni ſacrarum quas poſſidebant Virginum ore locuti ſunt: Intelligent quo pacto S. Ioſephus ſecundæ Angelorum hierarchiæ munus obeat, nunc etiam in cœlis: Nominatim autem tertij ordinis cui nomen à poteſtate quam habet coërcendi Dæmones, inter quos qui nequitia præſtant & potentia faſſi ſunt ſe ab illo quamuis reluctantes conſtringi, primum ne quos inſident eos ab ea deiiciant animi tranquillitate quæ diuinis afflatibus, & impulſionibus eſt opportuna: Deinde etiam ex iis eiici quox infeſto irretiebant hoſpitio.

Non diſſimularunt iidem pietatis, & S. Ioſephi inimici præſtare illum virtute diuinitus indita ad curanda mirabiliter corpora, quæ pars eſt non exigua illius ex qua ſecundæ Beatorum ſpirituum hierarchiæ ſecundus ordo nomen *virtutum* reperit.

De primò ordine qui eſt Dominationum nihil opus eſt diſſerere: quis enim diuinum illum dominatum vnde appellationem traxerunt neget ex-

cellentem esse in eo qui Præpotentis rerum omnium Domini Pater iure audiit, & Dominæ Angelorum sponsus virgo fuit, atque esse perseuerat? Omitto quod nemo in dubium vocare audeat, hos magnificos titulos illum multis iustiùs fuisse partibus promeritum eo ad Deum respectu, vnde Seraphimorum, Cherubimorum, & cæterorum appellationes deinceps inditas dicebam secunda huius opusculi parte. Satis enim superque est eius viri iusti, qualem diuina pronunciarunt oracula, recordari cum puello Iesu, & virgine matre perpetuum conuictum, & Societatem: ac proinde etiam cum Augustissima diuinarum personarum Trinitate consuetudinem, & familiaritatem: nam neque à filio Pater aberat; nec à Virgine sponsa Spiritus Sanctus discedebat. Quis enim inde non effici sentiat, & plenum Deo Thronorum instar, & Diuinis iam tum collustratum fulgoribus, paribus quoque flammis exarsisse: Cherubimi simul apertos, & multiplices oculos in Deum defixos, & explicatas amoris alas cum Seraphimis habuisse: Dei, in mortales omnes, seque imprimis, dominatu vehementer gauisum; eidem vnde virtus & potestas omnis manat constanter adhæsisse; ad omnes eius nutus cum tribus postremæ hierarchiæ ordinibus continenter expeditum.

Huius certæ vltimæ hierarchiæ muneribus maximè tribus, quæ fere humanam salutem secundum Dei Gloriam spectant, mihi constat sanctè perfunctum hactenus. Primum quidem de oratione ad Deum fusa qua precibus nostris dum suas adiungit, eas Beatorum spirituum more numini offerre dicitur; Dubitare non sinit inflammata eius in miseros mortales Charitas, & in eos maximè

ximè quos recepit in hanc suam ciuitatem in terris à se institutam Christus; quando adhuc in sinu Abrahæ latens Elias obnixè pro suis Hierosolymitis Deum precabatur.

Quam efficaces autem sint S. Iosephi preces declarat satis magna eius apud Christum gratia; & si Sanctæ Teresiæ Virgini habenda est fides, præstans in cœlis quædam Christi aduersus eum reuerentia. Certe nullus Beatorum postquam à Virgine matre discesseris tantumdem potest ad exorandum numen, quantum S. Iosephus, vt se asserebat eadem S. Theresia & cœlitus, & propria didicisse experientia.

De diuini luminis, & ardoris communicatione quò maximè spectant & Sanctorum Angelorum, & S. Iosephi pro mortalibus vota preces & amica erga eosdem officia: & secundum est eorum in nos promeritum nihil habeo dicere nisi quod in gratiam Laudunensium Virginum à Dæmonibus infessarum nuper contigisse paulò ante referebam, sed vt eius historiæ fides vacillet: stat victrix precum eius Sancti efficacia quarum fructus primus & præcipuè à nobis quærendus dum hic viuimus in superæ lucis & flammæ impetratione positus est.

Quidni autem quod Astronomi mirabiles quosdam effectus naturales quorum causa non potuit hactenus deprehendi acceptos ferunt vel Empyrei cœli, vel sublimium & ab hominum conspectu subductorum sydcrum efficientiæ: ita nos quoque S. Iosephi cuius dignitas & gloria latuit hactenus, tribuamus lucis radios & ardores diuinos de quibus non liquet cuius apud Deum gratia mortalibus obueniant? Nullus beatorum Secundum

dum Virginem æquè incumbit in diuini cultus amplificationem: & hominum salutem atque ille, quippe cuius maximè intersit Iesu sui gloriam augeri, & Imperij fines propagari.

Iam vt de horum trium officiorum postremo nonnihil dicam in eoque extremum habeat aliquid hæc scriptio: tametsi non constaret multis & luculentis testibus nihil Angelos auxiliares præstare ad suorum clientum defensionem ab iis quæ vitæ huic mortali noxia sunt quod S. Iosephus à se f ustra desiderari sit passus. Vnico beneficio ita palam fecit ante nouem annos. Vt qui Vesuuij montis à vertice erumpebant ignes eodem tempore & loco nihilo magis illustres & manifesti essent. Nec Angelus Lothum à Sodomorum incendio mirabiliùs eduxit, quàm S. Iosephus puerum è Vesuuij flammis latè grassantibus eripuit. Rem adeo illustrem ad S. Iosephi gloriam & eiusdem cum Angelis similitudinem nec mihi perstrinxisse satis est: nec aliis verbis enarrare lubet præterquam P. Iulij Cæsaris Recupiti de nostra Societate qui penè testis, & spectator fuit eius incendij, & quæ in eo contigerunt adeo politè, & luculentè scripsit vt simul incendij horrorem sua minuerit elegantia; & S. Iosephi de suis clientibus curam aduentitia quadam gratia perspergere videatur. Huic certè opusculo clausulam aliam iucundiorem addere me posse diffido. Rem totam ita paucis expedio. Ex ea non minus eleganti quam diffusa narratione flosculos, partim etiam continuam orationem vbi erit opus transcribens.

Erat propemodum in exitu annus primus supra trigesimum huius idest decimi & septimi sæculi, cum Mons Vesuuius duodecim à Christo nato,

multo

multo pluribus ab orbe condito clarus incendiis ex eo latere quo per ſubiectam planitiem ad mare vergit poſt frequentes terræ ſuccuſſus, & motus; poſt cinerum, & lapidum pluuiam, & bombi ſonitum flammam eructare cœpit.

Terræ motus Neapolim vrbem non procul à Veſuuio ſitam putabatur ſuis diuulſurus ſedibus iam cinere fumoque oppletam: & ciues in apertam planitiem commigrare metus ruinarum coëgerat. Bombi ſonus ad trecenta milliaria auditus Dalmatis terrorem incuſſit. Ciuis Ægæum propè rexit, & quidam adeo grauis, tantique ponderis vt Nolauarum ædium lacunaria decubuerint: erant quippe lapidum intra Veſuuij viſcera abſumptorum reliquiæ ferrique ac chalybis & argenti ramenta. Lapidibus immanis etiam magnitudinis & ignitis vi flammarum iactatis quaſi tormentariis pilis immiſſis, non modo vicinas Veſuuio vrbes, ſed nonnullas ab eo centum fere paſſuum millibus diſtantes viſus is mons quatere, ac bello petere.

Torrens igneus è vertice montis exiliens bitumine, & ſulphure illitus, & per cliuum ſummo ſe impetu parique fragore deiiciens antequam deuolueretur in planitiem in plures veluti riuos quadam fluminis ſimilitudine deriuatus ſeptem aliò atque aliò flammarum fecit diuortia ſicque plures ſimul oppreſſit, & fugam plurimis intercluſit. Horum vnus riuorum Herculanum ad radices Veſuuij collocatum, oppidum ob cœli temperiem adeo celebre, vt in eo ad decem millia capitum cenſerentur, ita deleuit, vt vix à gnaris locum digito commonſtrantibus dici poſſit, hic Herculanum fuit.

Eius

Eius oppidi mulier Camilla nomine,cum inter fugam aduentantes flammas, vidisset, atque effugia interclusa; consilium ab ea desperatione cepit quæ rebus extremis spem facit. Saltu è rupe se proiecit ad littus; & nepotem quinquennem Iosephum nomine, in ipsis planè mortis faucibus coacta relinquere, elatis ad cœlum oculis, sancte; inquit, Ioseph tibi commendo Iosephum. Nec plura. Mox tota in fugam incubuit quam celerrimè littus legens, timore pedibus alas addente, atque arenis vix hærente vestigio. Vt periculum euasit subiit iam sui securam prima cura puerulus: quem quoniam rebatur iam mortuum flebat primo ætatis flore demessum,& vsura lucis defunctum quam vix libauerat. Inter eiulatus, ac fletus cum deuenisset ad pontem sub quo inter ingentes fornices tenui sebethus amne dilabitur, nomine compellari se sensit. Eò conuersa vnde notæ sonum vocis acceperat,Iosephum videt suum,eumque sospitem ac subridentem. Hæsit primò prope saxea præ stupore: tum recepto spiritu percontatur quis eò tam multis ereptum periculis duxisset; respondit alacriter puerulus, Sanctus Iosephus manu prehensum per flammas medias huc ocyssimè me duxit incolumem,vbi iam diu te moror.Ne quære an mulier nepotem amplexata mœrorem in gaudium, eiulatus in diuinas laudes, fletum accerbissimum in lætitiæ lachrymas altero feliciùs fonte deductas commutarit. Sed hinc potius disce quid à Sancto Iosepho sperare possint opis, qui pares illi atque Angelis honores tribuunt cum quibus omnia fere habet paria,sanctitatem, virgineum decus erga homines benignitatem, munera, beatitudinem.

FINIS.

